CODICES E VATICANIS SELECTI

QUAM SIMILLIME EXPRESSI

IUSSU

PAULI PP. VI

CONSILIO ET OPERA CURATORUM

BYBLIOTHECAE APOSTOLICAE VATICANAE

VOLUMEN XXVIII

CODICES GRAECI VATICANI SAECULIS XIII ET XIV SCRIPTI ANNORUMQUE NOTIS INSTRUCTI

CONGESSIT ENARRAVIT EORUMQUE SPECIMINA PROTULIT

TABULIS CCV PHOTOTYPICE EXPRESSIS

ALEXANDER TURYN

PROFESSOR UNIVERSITATIS ILLINENSIS

IN CIVITATE VATICANA

EX BYBLIOTHECA APOSTOLICA VATICANA

MCMLXIV

IMPRIMATUR:
e Vicariatu Civitatis Vaticanae, die 7 Octobris 1964
† Fr. PETRUS CANISIUS VAN LIERDE, Ep. Porphyr.
Vic. Gen. Civ. Vat.

LIBER EXCUSUS TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS — MCMLXIV

MEMORIAE

IOANNIS CARDINALIS MERCATI

SACRVM

PRAEFATIO

Dum per annos amplius triginta poetarum graecorum memoriae codicibus traditae operam navo, ipse clare perspexi, quod permultos doctos expertos esse constat, maxime nostra interesse, ut codicum ignoto tempore exaratorum aetatem etiamque originem recte iudicaremus, quae res saepissime ad memoriae manuscriptae rationes probe enucleandas plurimum conferre possunt. Patet autem nos hac ex parte mirifice adiuvari, si codices certis temporibus scriptos eosdemque scripturae habitu quam simillimo praeditos in comparationem vocemus. His quidem studiorum necessitatibus perbene docti illi inservierunt, qui haud parvam supellectilem imaginum ex codicibus certae aetatis expressarum foras dederunt. Quin illud manifestum est ob singularem scripturae graecae varietatem nobis talium imaginum copia opus esse quam amplissima. Et quidem codices litteris minusculis usque ad annum 1200 exaratos strenue pervestigaverunt Kirsopp et Silva Lake imaginesque plurimas inde expressas divulgaverunt. Quae cum ita essent, constitui operam meam in codicibus, qui subsequentibus saeculis XIII et XIV scripti essent, ita collocare, ut codices graecos annorum notis instructos eosdemque inter annos 1200 et 1400 scriptos in bibliothecae Europae occidentalis, ad quas nobis facilior aditus pateret, investigarem atque specimina scripturae inde deprompta in lucem emitterem. Quod munus maioris erat molis, quam ut uno volumine comprehenderetur. Itaque proximum mihi multas ob causas visum est, ut ante omnia studium meum ad ditissimos Bibliothecae Vaticanae codicum thesauros converterem.

Omnes igitur, quos quidem exstare cognovissem, codices graecos Vaticanos intra saecula XIII et XIV certis annis scriptos adhibere et examinare eorumque specimina phototypica proferre constitui. Quod ut perficerem, Bibliothecae Vaticanae codicum graecorum catalogos typis mandatos et inventaria permultarumque editionum criticarum praefationes atque varios libros et commentarios ad litteras antiquas Byzantinasque et sacras et profanas spectantes percensui, ut singulas res, quae ad illius generis codices pertinerent, sedulo enotarem conquireremque. Etiam permultos codices, qui in catalogis recentibus nondum inclusi essent, in Bibliotheca percucurri, siquam subscriptionem ad illa saecula spectantem reperirem. Deinde ipsos codices, quos meae provinciae esse didiceram, in Bibliotheca diligentius examinavi et identidem excussi. Qua in re, ut par erat, subscriptionibus et annorum notis operam quam attentissimam navavi. Quin etiam quarundam subscriptionum evanidarum verba ope luminis ultraviolacei vel imaginibus photographicis accuratissimis usus perscrutabar. Cum subscriptiones vel annorum notae

ad codicum tempus eruendum et historiam patefaciendam maximi momenti essent, id officii mei antiquissimi duxi, ut subscriptionum verba quam fidelissime in prolegomenis referrem. Praeterea subscriptionum imagines scripturae librariae exemplis adiunximus, ut legentes ipsi haec codicum aetatis testimonia firma intueri possent. Plerique codicum, quos in hoc libro adhibui, in catalogorum Vaticanorum typis mandatorum serie recensiti sunt. Quare nolui eorundem codicum argumenta particulatim illic enarrata iterum exacte referre. Modo cum de nonnullis codicibus Vaticanis graecis et Barberinianis graecis agerem, qui in illa catalogorum serie nondum apparerent, in rem esse putavi eorum argumenta diligentius indicare. Ceterum in unoquoque codice a nobis tractato summatim saltem argumentorum genus notare voluimus, ut legentes ipsi scirent, quod litterarum genus in codice exstaret, et scripturae exemplum intuentes sentire possent, quae necessitudo peculiaris interdum inter argumenti genus et indolem scripturae intercederet. Namque in tanto codicum a nobis usurpatorum numero mira apparet argumentorum copia et scripturae differentia, quae ex argumentorum varietate et diversitate regionum temporumque, quibus illi codices orti sunt, pendet. Equidem spero philologos, historicos, theologos, qui hoc imaginum corpore utentur, discrimina scripturae graecae secundum illas differentias facilius iudicare posse. Etiam illud ostendere velim nos, cum in subscriptionum verba scrupulose inquireremus, nonnumquam demonstrare conatos esse, quid inde ad cultus et humanitatis rerumque medii aevi memoriam illustrandam redundaret. Nonnullae enim subscriptiones certe documenta historica alicuius pretii sunt. Omnino viris codicum studiosis tabulas quam plurimas attente versantibus simulque codicum expressorum historiam reputantibus non modo de aliorum codicum aetate rectius sentire licebit, verum etiam haud ita raro eis continget, ut fortuito nonnullas manus in tabulis exhibitas etiam alibi in quibusdam codicibus, qui eis praecipuae curae sint, agnoscant et hoc pacto multas res de eorundem codicum aetate, librariis (sive nomine prodito ornatis sive nominis indicio carentibus), regionibus, scriptoriis necopinato reperiant atque interdum casu discant, quas partes illi librarii in certorum operum memoria codicibus propaganda egerint.

Cum codices in hoc opere tractandos conquirerem, spero paucissimos codices, qui ad negotium meum pertinerent, me fugisse. In universum haec mihi stetit ratio, ut codices adhiberem, qui nota anni ab ipso librario inscripta eademque ad codicis confecti tempus spectante ornati essent. Quamquam in codice Vaticano graeco 1899 praescriptio ab illa, quae codicem exaravit, Theodora Palaeologina Rhaulaena facta anni numerum exactum haud indicat, at Theodorae vita perpensa facile spatium temporis circumscribi potest, intra quod codex ille exstitit, ideoque hunc codicem recepimus. Similiter in codice Vaticano graeco 105 subscriptione ab uno de duobus librariis facta haud difficile est propter personas historicas ibidem memoratas spatium decem annorum reperiri, intra quos codex confectus sit. Etiam codicem Palatinum graecum 367 sumpsi, cuius adnotationes ab ipso librario de propinquis mortuis factae annorumque notis insignitae codicis scripti tempus intra paucissimos annos inclusum indicant. Si qui codex ab uno librario subscriptus a duobus vel pluribus librariis scriptus est, etiam plura specimina ex tali codice delibabam, siquidem pro certo apparebat totum librum uno tenore exara-

tum esse. Idcirco in talibus rebus nonnumquam subtilius mihi probandum esse censebam, quomodo codex e singulis partibus compositus esset, ut hoc pacto confirmarem una illa subscriptione integri codicis scripti tempus ostendi. Adnotationes alienas etsi annorum notis instructas, sed non a codicum librariis profectas, fere neglexi neque eas expressi aut ipsos codices, qui eas continent, adhibui. Nisi quod ad codicis Vaticani graeci 191 tempus definiendum plures adnotationes praesertim a codicis revisore vel editore aequali exaratas consideravi notisque annorum ibi indicatis nixus demonstravi, cui temporis spatio artissimo codex attribuendus esset, itaque hunc codicem totum amplexus sum et multis inde scripturae exemplis depromptis etiam adnotationes ab illo revisore et alio viro coaevo scriptura diligentissima illic inscriptas in tabulis 54 et 69 expressi. Praeterea adnotationes alienas annorum indiciis ornatas ex codice Vaticano graeco 2019 (in tabula 7) expressimus, propterea quod dignissimae visae sunt, quae exhiberentur et accuratissime explanarentur. Tum adnotationem alienam ex codice Ottoboniano graeco 381 (in tabula 154) expressimus, quia scripturae indole ad venustatem scripturae librariae proxime accedit.

Codices, qui nulla alia re nisi tabulis paschalibus ad quoddam tempus referri possent, consulto omisi. Ubicumque annorum notae quadam discrepantia iusto graviore aut litura aut notarum numeralium ductu dubio vel minus claro laborabant, ut annus notatus vel incerte lectus nimiam dubitationem moveret, tales codices in re nimis incerta praetermittere malui. Itaque codices Barberinianum graecum 239, Barberinianum graecum 350, Borgianum graecum 7 praeterire animum induxi. Tum codicem Palatinum graecum 138 missum feci, cum temporis notam aliena manu ibi appictam vidissem. Etiam codicem Ottobonianum graecum 440, quo Constantini Harmenopuli Hexabiblos continetur, de industria reieci, quod annorum notas illic ab ipso quidem librario inscriptas non ad codicis exarati tempus referri, verum ex ipsius Harmenopuli prototypo repetitas descriptasque esse mihi multas ob causas persuasum habui. Postremo codices Vaticanum graecum 813 et Vaticanum graecum 816 omisi, propterea quod codicem Vaticanum graecum 541 recepi ab eodem scriba eadem aetate exaratum.

Cum abhinc quinque annos Romam venissem, ut a codicibus Vaticanis laboris mei initium sumerem, et de ratione investigationis institutae ad Em.mum virum Ioachim Anselmum M. Cardinalem Albareda, qui tum Bibliothecae Apostolicae Vaticanae praeerat, rettulissem, vir Em.mus benevolentissime me cohortatus facultate quam plurimos codices inspiciendi et examinandi data spem mihi ostendit fore, ut liber meus auspiciis Bibliothecae ederetur. Deinde hoc opus triennio post absolutum Rev.mus P. Alfonsus Raes S.I., Bibliothecae praefectus clarissimus studiorumque fautor strenuissimus, continuo comprobavit et eximia benignitate Bibliothecae cura edendum recepit. Atque Rev.mus D. Paulus Canart, Bibliothecae scriptor doctissimus et codicum graecorum peritissimus, multis in rebus amicissime mihi affuit permultaque officia ultro praestitit, ut hic liber melior evaderet.

Fundatio Guggenheimiana, quae Neo-Eboraci floret, anno 1959 amplum beneficium in me contulit, ut studiorum meorum gratia longius iter in Europam facere possem. Tum Concilium Americanum Societatum studiis liberalibus provehendis (quod Ameri-

can Council of Learned Societies nuncupatur et Neo-Eboraci sedem habet) impensam alterius itineris aestate anni 1961 eandem ob causam a nobis suscepti multum levavit. Denique Universitatis Illinensis moderatores studiis meis constanter summa benevolentia faverunt; sumptus enim ad codicum imagines photographicas comparandas, quibus mihi opus esset, liberalissime suppeditaverunt meque munere docendi per multa semestria liberaverunt, ut totus studiis vacarem.

His omnibus viris praestantissimis et societatibus illustrissimis de me et de hoc libro optime meritis gratissimum me esse libenter profiteor.

Scribebam Urbanae in Illinois U.S.A. mense Aprili an. MCMLXIV.

ALEXANDER TURYN

CONSPECTUS RERUM

ADDENDA

p. IX lin. 23–26: De codice Ottoboniano graeco 440 nunc cf. J. Verpeaux, « Un témoin de choix des œuvres de Constantin Harménopoulos: le Vaticanus Ottobonianus gr. 440, » *Revue des études byzantines* 21 (1963) pp. 221–231.

p. 23 lin. ab imo 15 sqq.: De sonis *u* et *o* in oriente graeco permutatis etiam quaedam exempla epigraphica conferri licet: cf. W. Weber apud Hans Rott, *Kleinasiatische Denkmäler aus Pisidien, Pamphylien, Kappadokien und Lykien* (Studien über christliche Denkmäler, 5. u. 6. Heft), Leipzig 1908, p. 373. Et quidem e titulo sepulcrali, qui in Cappadociae oppido Bor ad Tyana sito inventus est, haec afferenda sunt: *Corpus Inscriptionum Graecarum* 9240 (vol. IV, Berolini 1877, p. 458) † *Μνήμη τῶ φι|λοχρίστω στρατ|ιώτω Θεοδώρου | κτλ.* (cf. quae de huius tituli verbis et aetate animadvertit Ihor Ševčenko, *Dumbarton Oaks Papers* 17 [1963] p. 396 n. 34, cf. pp. 395 sq.). Patet verba *τῶ φιλοχρίστω στρατιώτω* pro *τοῦ φιλοχρίστου στρατιώτου* incisa esse. Tum tituli sepulcralis in loco Semendre prope Cappadociae oppidum Niğde sito inventi partem hic laudari satis est (ed. W. Weber apud Rott, *Kleinasiatische Denkmäler* pp. 372 sq. sub num. 85): + *Μνίμι Θεο|δοσίω γεν|αμένου πάν|των δοῦλος.* Nimirum apparet *μνήμη Θεοδοσίου κτλ.* intellegi debere. Etiam e titulo dedicationis A.D. 596 insculpto, qui in Ciliciae loco Sis inventus est, haec afférre libet (ed. [*Τάσος*] Néroutsos, «Inscription de Sis en Cilicie, » *Bulletin de Correspondance Hellénique* 1 [1877] p. 328 — inscriptionis lin. 11, antecedunt genetivi): *καὶ τοῦ ὁσιοτάτω ἐπισκόπου Πέτρω.* Haec vero verba *καὶ τοῦ ὁσιωτάτου ἐπισκόπου Πέτρου* scribi debuerunt. (Horum titulorum primus et tertius indicati sunt apud Franz Cumont, « Les inscriptions chrétiennes de l'Asie Mineure, » *Mélanges d'archéologie et d'histoire* 15 [1895] p. 287 num. 443, p. 288 num. 463.)

p. 24 lin. ab imo 15 sqq.: De Aloysii Lollino bibliotheca cf. nunc etiam Robert Devreesse, « Pour l'histoire des manuscrits du fonds Vatican grec, » *Collectanea Vaticana in honorem Anselmi M. Card. Albareda a Bibliotheca Apostolica edita* vol. I (Studi e Testi, 219), Città del Vaticano 1962, p. 335 (praesertim p. 335 n. 3 de codice Vaticano graeco 2281).

p. 26 lin. paenult.: De frequentissima illa locutione *τὸ ἐπίκλην* cf. quae disseruit Nikos A. Bees, *Die griechisch-christlichen Inschriften des Peloponnes* (Christlich-Archäologische Gesellschaft zu Athen. Corpus der griechisch-christlichen Inschriften von Hellas, I), Lieferung 1, Athen 1941, pp. 123 sq.

p. 31 lin. 27–29: De Frederico II imperatore *Ῥωμαίων* (non *Ῥωμάνων*) fere appellato cf. L. R. Ménager, « Notes et documents sur quelques monastères de Calabre à l'époque normande, » *Byzantinische Zeitschrift* 50 (1957) p. 21 n. 1.

p. 32 lin. 17: Quo anno codices Basiliani Bibliothecae Vaticanae accesserint, cf.: Giovanni Mercati, *Per la storia dei manoscritti greci di Genova, di varie badie basiliane d'Italia e di Patmo* (Studi e Testi, 68), Città del Vaticano 1935, pp. 214–218; Robert Devreesse, «Pour l'histoire des manuscrits du fonds Vatican grec, » *Collectanea Vaticana in honorem Anselmi M. Card. Albareda a Bibliotheca Apostolica edita* vol. I (Studi e Testi, 219), Città del Vaticano 1962, p. 335.

p. 42 lin. 5: Codex Dresdensis Da 37 nunc in Russia asservatur: cf. Marcel Richard, *Répertoire des bibliothèques et des catalogues de manuscrits grecs*[2] (Publications de l'Institut de Recherche et d'Histoire des Textes, 1), Paris 1958, p. 88.

p. 48 lin. 4: De codice Vaticano graeco 64 cf. etiam: Nicolaus Terzaghi, *Synesii Cyrenensis hymni et opuscula*, vol. I, Romae 1939, pp. XIV, 3 (siglo *λ* pro Synesii hymnis indito); vol. II fasc. 1 (1944) p. XXIII (siglo *μ* pro opusculis indito); Antonio Garzya, « Per l'edizione delle epistole di Sinesio, » *Società Nazionale di Scienze, Lettere ed Arti Napoli. Rendiconti della Accademia di Archeologia, Lettere e Belle Arti* Nuova Serie vol. XXXIII (1958) p. 44.

p. 50 lin. paenult. — p. 51 lin. 3: De notarum numeralium ordine inverso in titulis graecis Syriae usitato oportebat amplius corpus inscriptionum laudari: cf. Louis Jalabert – René Mouterde – Claude Mondésert, *Inscriptions grecques et latines de la Syrie* vol. I–V (quae adhuc prodierunt), (Haut-Commissariat de la République Française en Syrie et au Liban. Service des Antiquités et des Beaux-Arts. Bibliothèque Archéologique et Historique, XII, XXXII. Institut Français d'Archéologie de Beyrouth. Bibliothèque Archéologique et Historique, XLVI, LI, LXI, LXVI), Paris 1929–1959, *passim*.

p. 53 lin. ab imo 15–14 et lin. paenult.: Verba *τῇ ἐπωνυμίᾳ τινὸς* nonnumquam idem valere atque *υἱός τινος* et simpliciter ad patris nomen referri monstrat exempli causa subscriptio documenti, quod vulgavit Giuseppe Spata, *Le pergamene greche esistenti nel Grande Archivio di Palermo*, Palermo 1862, p. 356 lin. 5: *εγῶ λέων τι επωνιμια τõν φηληππου κτλ.* Vulgo quidem his verbis cognomentum indicatur.

p. 55 lin. 3: Illud moneo codicis, qui nunc est Hierosolymitanus Bibliothecae Patriarchicae *τοῦ τιμίου Σταυροῦ* 48, subscriptionem A.D. 1202 in folio 174ᵛ factam locum illum de scribis errantibus — *ὅτι ὁ γρά(φ)ων παραγράφῃ* — continere (cf. *Α. Παπαδόπουλος-Κεραμεύς*, *Ἱεροσολυμιτικὴ Βιβλιοθήκη* III, *ἐν Πετρουπόλει* 1897, p. 105). At prorsus contendo hunc codicem (cuius imaginem photographicam inspexi) Italiae australis stilo qui vocatur Rhegino tribuendum esse.

p. 58 lin. ab imo 13: Ad cognomen Byzantinum *Φιλοκάλης* cf. etiam: V. Laurent, *Les bulles métriques dans la Sigillographie byzantine* (Archives de l'Orient Chrétien, 2), Institut Français d'Études Byzantines 1932, p. 52 num. 147, p. 184 num. 522, pp. 186 sq. num. 531; V. Laurent, *Documents de sigillographie byzantine. La collection C. Orghidan* (Bibliothèque Byzantine publiée sous la direction de Paul Lemerle. Documents, 1), Paris 1952, pp. 51 sq. num. 78; Antoine Bon, *Le Péloponnèse byzantin jusqu'en 1204* (Bibliothèque Byzantine. Études, 1), Paris 1951, pp. 197–199.

p. 62 lin. 6: Etiam cf. quae supra ad p. 23 lin. ab imo 15 sqq. adnotavimus.

p. 62 lin. ab imo 7 sqq.: Locus Veteris Testamenti, qui in nostra tabula **35** expressus est, inveniri potest in editione propria Prophetologii: Carsten Høeg et Günther Zuntz, *Prophetologium* (Monumenta Musicae Byzantinae. Lectionaria edenda curaverunt Carsten Høeg et Günther Zuntz, vol. I), fasc. 5, Hauniae 1962, pp. 445^{160} — 446^{209}.

p. 63 lin. ab imo 14: De codice Vaticano graeco 770 cf. etiam Høeg-Zuntz, *Prophetologium* fasc. 5 (1962) p. 424. De Prophetologii historia et indole cf. G. Zuntz, « Das byzantinische Septuaginta-Lektionar ("Prophetologion"), » *Classica et Mediaevalia* 17 (1956) pp. 183–198 (cum quattuor tabulis ex codicibus expressis), de prophetologiis italograecis pp. 195, 197.

p. 67 lin. ab imo 11: Ad vocem *ἐπίκλην* cf. quae supra ad p. 26 lin. paenult. adnotavimus.

p. 69 lin. ab imo 11: Christiani Raue (Ravii) nota possessionis codicis Reginensis graeci 31 folio Iʳ inscripta expressa est apud J. Bignami Odier, « Le Fonds de la Reine à la Bibliothèque Vaticane, » *Collectanea Vaticana in honorem Anselmi M. Card. Albareda a Bibliotheca Apostolica edita* vol. I (Studi e Testi, 219), Città del Vaticano 1962, tab. XII 3; de Ravio cf. ibidem p. 162 n. 2, p. 164 n. 5.

p. 71 lin. 24: De Ioseph Capiblanco nunc cf. Romeo De Maio, « La Biblioteca Apostolica Vaticana sotto Paolo IV e Pio IV (1555–1565), » *Collectanea Vaticana in honorem Anselmi M. Card. Albareda a Bibliotheca Apostolica edita* vol. I (Studi e Testi, 219), Città del Vaticano 1962, p. 298.

p. 72 lin. 21 sqq.: cf. Robert Devreesse, « Pour l'histoire des manuscrits du fonds Vatican grec, » *Collectanea Vaticana in honorem Anselmi M. Card. Albareda a Bibliotheca Apostolica edita* vol. I (Studi e Testi, 219), Città del Vaticano 1962, p. 336 (de codicibus Mureti, Collegii Romani et s. Pii X).

p. 74 lin. 1: Ad verba *τὸ ἐπίκλην* cf. quae supra ad p. 26 lin. paenult. adnotavimus.

p. 77 lin. 20: De praepositione *σύν* cum genetivo constructa cf. etiam: A. N. Jannaris, *An Historical Greek Grammar*, London 1897, p. 396 § 1670; Henry George Liddell and Robert Scott, *A Greek-English Lexicon*. A New Edition by Henry Stuart Jones. II, Oxford [1940], p. 1690 s.v. *σύν* (in ipso articuli initio).

p. 83 lin. ab imo 10: Ad vocem *καταράσται* cf. quae de sonis *στ* pro *σθ* in Italia australi enun-

tiatis observavit Gerhard Rohlfs, *Historische Grammatik der unteritalienischen Gräzität* (Sitzungsberichte der Bayerischen Akademie der Wissenschaften. Philosophisch-historische Klasse. Jahrgang 1949, Heft 4), München 1950, p. 54 lin. ab imo 6–4; cf. infra in ipso textu p. 168 lin. 13 *εὔχεσται* et *καταράσται*.

p. 97 lin. 2: In codice Vaticano graeco 191 etiam opus, quod Apomasar (Abū Maʿšar) astrologus Arabs de revolutionibus nativitatum scripsit, ex arabica lingua graece versum exstat. Qua de re cf. has duas commentationes (quas expresse laudare debui, quamquam iam a Mercati-Franchi de' Cavalieri, *Codices Vaticani graeci* I pp. 225, XXXII, indicatae erant): Ch.-Ém. Ruelle, « Deux identifications. L'Exégèse dite anonyme de la Tétrabible de Claude Ptolémée et le traité dit d'Hermès le philosophe "de revolutionibus nativitatum" attribués à l'astrologue arabe Abou-Mashar. — Découverte du texte grec du second traité, » *Académie des Inscriptions & Belles-Lettres. Comptes rendus des séances* de l'année 1910, Paris 1910, pp. 34–39; Franz Boll, *Eine arabisch-byzantinische Quelle des Dialogs Hermippos* (Sitzungsberichte der Heidelberger Akademie der Wissenschaften. Philosophisch-historische Klasse. Jahrgang 1912. 18. Abhandlung), Heidelberg 1912, pp. 5 sqq., 13 sqq.

p. 97 lin. 7 sq.: Codicis Vaticani graeci 2563 Evangeliarium lectiones evangelii Ioannis in unumquemque hebdomadis diem inde a Paschate usque ad Pentecosten continet, deinde ceterorum evangeliorum lectiones tantum sabbato-dominicas etiamque lectiones officiis nocturnis primae ieiuniorum hebdomadis destinatas et lectiones Magnae Hebdomadis exhibet. Tum exstant evangeliorum lectiones festis immobilibus per totum annum recitandae (cf. *Θεῖον καὶ ἱερὸν Εὐαγγέλιον, ἐν Ῥώμῃ* 1880, pp. 157–209). In fine collocata sunt evangelia *ἑωθινά* (de Evangeliarii habitu solito cf. Caspar René Gregory, *Textkritik des Neuen Testamentes* I, Leipzig 1900, pp. 339 sq.).

p. 98 lin. 25: Ad cognomen *Ἱεράκης* etiam cf. V. Laurent, *Documents de sigillographie byzantine. La collection C. Orghidan* (Bibliothèque Byzantine. Documents, 1), Paris 1952, p. 219 num. 431.

p. 99 lin. 6: De codice Vaticano graeco 1455 cf. etiam J. Darrouzès, « Notes de littérature et de critique, » *Revue des études byzantines* 18 (1960) pp. 187–189.

p. 107 lin. 15 sqq.: De codicibus Columnensibus cf. etiam Robert Devreesse, « Pour l'histoire des manuscrits du fonds Vatican grec, » *Collectanea Vaticana in honorem Anselmi M. Card. Albareda a Bibliotheca Apostolica edita* vol. I (Studi e Testi, 219), Città del Vaticano 1962, p. 336.

p. 108 lin. ab imo 7: De Ioanne Phrangopulo grammatico et de Phrangopulorum gente cf. Robert Browning, « The Patriarchal School at Constantinople in the Twelfth Century, » *Byzantion* 33 (1963) p. 22.

p. 108 lin. ab imo 3: De Phrangopulis cf. etiam V. Laurent, *Documents de sigillographie byzantine. La collection C. Orghidan* (Bibliothèque Byzantine. Documents, 1), Paris 1952, p. 233 num. 463.

p. 109 lin. 13: Sequitur codicem Ambrosianum L 44 sup. ineunte saeculo XIV exaratum esse. Erraverunt autem ii docti, qui hunc codicem exeunti saeculo XIV attribuerunt, velut: Aemidius Martini et Dominicus Bassi, *Catalogus codicum graecorum Bibliothecae Ambrosianae*, Mediolani 1906, I p. 579; Wilhelm Fritz, « Die handschriftliche Überlieferung der Briefe des Bischofs Synesios, » *Abhandlungen der philosophisch-philologischen Klasse der Königlich Bayerischen Akademie der Wissenschaften.* 23. Band, München 1909, p. 358. Patet codicem Ambrosianum L 39 sup. itidem ineunti saeculo XIV tribuendum esse. De hoc codice cf. A. Turyn, *The Byzantine Manuscript Tradition of the Tragedies of Euripides* (Illinois Studies in Language and Literature, vol. 43), Urbana 1957, p. 342. Ambo codices Ambrosiani L 39 sup. et L 44 sup. e charta occidentali facti sunt, cuius perpauca tantum folia in utroque codice officinarum chartariarum signa exhibent plurimaque folia iis signis carent (quo temporis spatio talis charta usurpata sit, cf. Jean Irigoin, « Les premiers manuscrits grecs écrits sur papier et le problème du bombycin, » *Scriptorium* 4 [1950] p. 202). Iam equidem non credo *Δημήτριον τὸν Ἀνεμουκᾶν*, qui in codicis Ambrosiani L 39 sup. folio 19r invocationem (a nobis denuo examinatam) scripsit, etiam ipsius codicis librarium fuisse.

p. 109 lin. 15 sqq.: De Laudivio Zacchia nunc cf.: Franz Babinger, *Laudivius Zacchia, Erdichter der "Epistolae Magni Turci"* (Bayerische Akademie der Wissenschaften. Philosophisch-historische Klasse.

Sitzungsberichte. Jahrgang 1960, Heft 13), München 1960 (p. 34 n. 1 de codicibus Vaticanis graecis olim a Laudivio Zacchia emptis); Robert Devresse, « Pour l'histoire des manuscrits du fonds Vatican grec, » *Collectanea Vaticana in honorem Anselmi M. Card. Albareda a Bibliotheca Apostolica edita* vol. I (Studi e Testi, 219), Città del Vaticano 1962, p. 323.

p. 114 lin. ab imo 15: Ad vocis *βιβλιδίτζ[ε]ιν* suffixum cf. Gerhard Rohlfs, *Historische Grammatik der unteritalienischen Gräzität* (Sitzungsberichte der Bayerischen Akademie der Wissenschaften. Philosophisch-historische Klasse. Jahrgang 1949, Heft 4), München 1950, pp. 188 sq. § 278.

p. 123 lin. 15: De contextu gromatico, quem e codice Palatino graeco 367 Uspenskij edidit, cf. etiam Franz Dölger, *Beiträge zur Geschichte der byzantinischen Finanzverwaltung, besonders des 10. und 11. Jahrhunderts* (Byzantinisches Archiv, 9), Leipzig-Berlin 1927, p. 5 n. 2.

p. 124 lin. 5: De ludo scaenico sacro, qui e codice Palatino graeco 367 editus est, cf. etiam Franz Dölger, *Die byzantinische Dichtung in der Reinsprache*[2] in libro q.i. *Εὐχαριστήριον Franz Dölger zum 70. Geburtstage von ehemaligen griechischen Schülern gewidmet*, Thessaloniki 1961, p. 16.

p. 130 lin. 7: De Hermippo dialogo etiam cf.: R. Reitzenstein, *Poimandres. Studien zur griechisch-ägyptischen und frühchristlichen Literatur*, Leipzig 1904, p. 210; Karl Reinhardt, *Poseidonios*, Muenchen 1921, pp. 366–377, 387–391, 431 (huius libri benigne me admonuit Günther Zuntz, vir eruditissimus); W. Lameere, « L'Aristote perdu et les auteurs byzantins, » *Atti dello VIII Congresso Internazionale di Studi Bizantini*, I = *Studi Bizantini e Neoellenici* 7 (1953) pp. 143 sq.

p. 136 lin. 17 sqq.: De codicibus Columnensibus cf. quae supra ad p. 107 lin. 15 sqq. adnotavimus.

p. 140 lin. 2–5: Loci Sophoclei in tabulis **113** et **114** expressi Thomae Magistri glossas et interlinearia scholia exhibent (scholiis marginalibus Thomanis omissis). Hae glossae et scholia interlinearia Thomana in scholiorum Sophocleorum recentiorum editionibus vulgatis desiderantur.

p. 142 lin. ab imo 12: De nomine *Καλῆς* cf. Gyula Moravcsik, *Byzantinoturcica*[2] II (Berliner Byzantinistische Arbeiten, 11), Berlin 1958, p. 147.

p. 149 lin. 12 sqq.: De Laudivio Zacchia cf. quae supra ad p. 109 lin. 15 sqq. adnotavimus.

p. 155 lin. 1–4: De istis dodecasyllabis cf. etiam: Franchi de' Cavalieri, *Codices graeci Chisiani et Borgiani* p. 29 (de cod. Chisiano R IV 20); W. J. W. Koster, *Scholia in Aristophanem* (Scripta Academica Groningana), pars IV fasc. I, Groningen-Amsterdam 1960, p. LXX n. 1.

p. 156 lin. 4: De codice Reginensi graeco 57 cf. etiam Joseph Sickenberger, *Die Lukaskatene des Niketas von Herakleia* (Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altchristlichen Literatur. XXII. Band, 4. Heft), Leipzig 1902, p. 19 lin. 3.

p. 160 lin. 19: Etiam cf. quae supra ad p. 23 lin. ab imo 15 sqq. adnotavimus.

p. 160 lin. 22 sq.: Notitia de eodem solis defectu isdem verbis scripta exstat in codice Ambrosiano P 75 sup. (fol. 42^r): cf. Aemidius Martini et Dominicus Bassi, *Catalogus codicum graecorum Bibliothecae Ambrosianae*, Mediolani 1906, II p. 714. Cf. *Σπυρ. Π. Λάμπρος, Νέος Ἑλληνομνήμων* 7 (1910) p. 143, num. 67 et 68.

p. 162 lin. 19: Ad cognomen *Τζυκανδύλης* cf. V. Laurent, *Documents de sigillographie byzantine. La collection C. Orghidan* (Bibliothèque Byzantine. Documents, 1), Paris 1952, pp. 239 sq., num. 478 et 479. Etiam vid. *Νέος Ἑλληνομνήμων, Εὑρετήριον τοῦ ὅλου περιοδικοῦ (τόμ. 1–21) ἐκδοθὲν ἐπιμελείᾳ Γ. Χαριτάκη, ἐν Ἀθήναις* 1930, p. 566 s.v.

p. 168 lin. 13: Ad voces *εὔχεσται* et *καταράσται* cf. quae de sonis *στ* pro *σθ* in Italia australi enuntiatis supra adnotavimus ad p. 83 lin. ab imo 10. Cf. infra in ipso textu p. 83 lin. ab imo 10 *καταράσται*.

p. 169 lin. 4–7: De codicibus Basilianis cf. quae supra ad p. 32 lin. 17 adnotavimus.

p. 179 lin. ab imo 5 sqq.: De Augustino Patricio Piccolomini eiusque bibliotheca nunc cf. Rino Avesani, « Per la biblioteca di Agostino Patrizi Piccolomini vescovo di Pienza, » *Mélanges Eugène Tisserant* vol. VI (Studi e Testi, 236), Città del Vaticano 1964, pp. 1–87; de eius vita, pp. 1 sqq.; de eius codicibus, qui in bibliothecam Chisianam pervenerint, pp. 34 sqq.; de codice Chisiano R V 29, p. 38 sub num. 4; possessionis nota simillima est expressa apud Avesani, tab. IIc.

CONSPECTUS TABULARUM

Omnes tabulae ad veram codicum mensuram expressae sunt. Vacuae marginum partes in multis imaginibus aliquantum recisae sunt. Si qui codex plura vel varia argumenta vel variorum auctorum opera continet, tantum illud argumentum indicatur, ad quod textus in tabula exhibitus pertinet. Asteriscus * nomini auctoris appositus significat opus dubium vel spurium laudari.

Exempla scripturae librariae

Imagines subscriptionum

et variarum adnotationum nominibus scribarum vel annorum indiciis instructarum

INDEX CODICUM
ADHIBITORUM ET PAGINARUM EXPRESSARUM

In tabulis 1–159 scripturae librariae exempla exhibentur. In tabulis 159–205 subscriptiones et variae notae nominibus scribarum vel temporum indiciis instructae expressae sunt. Textus paginae intra uncos lunatos numeris *inclinatis* indicantur.

De notatione critica

In textu graeco e codicibus afferendo, praesertim vero in subscriptionibus afferendis librarii scripturam quam diligentissime sequimur, quamvis sit mendosa, eamque perraro et quidem notis propriis adhibitis corrigimus. Litteras compendiis solitis significatas plene exscribimus nullo prorsus signo adhibito. Modo litteras, quae in codice usitata quidem ratione omissae sunt, eas uncis lunatis ( ) inclusas supplemus. Litteram ϛ, nisi numeri nota est, litteris *στ* reddimus. In nominibus propriis litteram initialem grandiorem edimus, etiamsi nomen proprium, quod transcribimus, in codice, sicut plerumque fit, a littera minuscula incipit. Omnino his notis in textu edendo utimur:

....	litterae, quae legi non possunt, totidem punctis significantur
– – –	litterae incerto numero, quae legi non possunt, tribus lineolis brevissimis significantur
α̣β̣γ̣δ̣	punctis suppositis litterae incertae vel valde mutilae vel valde evanidae vel tales, quae omnino legi non possint, significantur, quas tamen *αβγδ* fuisse verisimillimum est
( )	uncis lunatis spatium vacuum includentibus littera vel litterae per contractionem aut suspensionem in codice omissae significantur ita tamen, ut in re dubia nullum certum supplementum tentetur
(αβγδ)	uncis lunatis litterae includuntur, quae ratione usitata in codice omissae sunt, sed ita supplendae sunt vel supplendae esse putantur
[ ]	uncis quadratis locus includitur, qui in codice cum membranae vel chartae iactura periit
[....]	numerus litterarum, quae in codice perierunt, totidem punctis intra uncos quadratos notatis significatur
[– – –]	litterae incerto numero, quae in codice perierunt, tribus lineolis brevissimis intra uncos quadratos notatis significantur
[αβγδ]	locus, qui in codice periit, litteris *αβγδ* expletur
⟦ ⟧	uncis quadratis geminatis locus includitur, qui in codice deletus est
⟦....⟧	numerus litterarum, quae in codice deletae sunt et legi non possunt, totidem punctis intra uncos quadratos geminatos notatis significatur
⟦– – –⟧	litterae incerto numero, quae in codice deletae sunt et legi non possunt, tribus lineolis brevissimis intra uncos quadratos geminatos notatis significantur
⟦αβγδ⟧	litterae *αβγδ* in codice deletae sunt
⟦α̣β̣γ̣δ̣⟧	litterae in codice deletae pro certo dispici vel legi non possunt, at litteras *αβγδ* deletas esse verisimillimum est
⟨αβγδ⟩	uncis angulatis litterae includuntur, quae in codice scriptae non sunt, sed textui addendae putantur esse
{αβγδ}	uncis sinuatis litterae includuntur, quae in codice scriptae exstant, sed e textu eiciendae putantur esse
(?)	locus vel lectio vel verbum, quod praecedit, mirum vel dubium videtur
|	lineola derecta in textu transcribendo lineae codicis scripturae distinentur
||	binis lineolis derectis in textu transcribendo finis codicis paginae simulque initium paginae insequentis significatur

De variis vocabulis, notis, compendiis

a = sinistra columna
A.D. = annus Domini
add. = addidit
A.M. = annus mundi
b = dextra columna
bombycinus = e charta orientali factus
ca. = circa
chartaceus = e charta occidentali factus
cf. = confer, conferatur, conferantur
cm. = centimetrum
cod., codd. = codex, codices
col. = columna, columnae
corr. = correxit
CP. = Constantinopolis, Constantinopolitanus
CPolis = Constantinopolis
CPolitanus = Constantinopolitanus
κτλ. = *καὶ τὰ λοιπά*
ed. = edidit, ediderunt, editio
exar. = exaratus, codex exaratus, exaravit
f. = folium, folia
fol. = folium, folia
gr. = graecus
lin. = linea, lineae
loc. laud. = loco laudato
man. alt. = manus altera
man. post. = manus posterior
man. pr. = manus prima
mm. = millimetrum
n. = nota (sive adnotatio)
N.F. = Neue Folge
N.S. = New Series, Nouvelle Série, Nova Series, Nuova Serie
num. = numerus, sub numero
om. = omisit
op. laud. = opere laudato
p. = pagina
pp. = paginae
q.i. = qui (quae, quod) inscribitur
r = rectum (folium)
s.a. = sine anno
sq. = et sequens (pagina, linea, folium)
sqq. = et sequentes, -ia (paginae, lineae, folia)
s.v. = sub voce
tab. = tabula, tabulae
v = versum (folium)
v. = versus (unus)
vv. = versus (plures)
vid. = vide, videatur, videantur
* si quando opera dubia vel spuria laudantur, nomini auctoris asteriscus apponitur
2 = altera editio
3 = tertia editio

In librorum typis impressorum locis accuratius indicandis haec ratio observatur: p. 28, 17 = paginae 28 linea 17. p. 30a, 7 = paginae 30 sinistrae columnae linea 7. p. 32b, 5 = paginae 32 dextrae columnae linea 5. pp. 28, 17 — 29, 4 = locus inde a paginae 28 linea 17 usque ad paginae 29 lineam 4 pertinens. p. 28, 17–30 = locus paginae 28 inde a linea 17 usque ad lineam 30 pertinens. p. 127 C 5 = paginae 127 sectionis C linea 5. Eadem ratio locis columnarum atque paginarum indicandis adhibetur. In librorum graecorum typis impressorum titulis afferendis accentus et spiritus rite adduntur, etiamsi in ipsis exemplaribus omissi sunt.

De catalogis et libris saepe laudatis

Catalogi codicum Bibliothecae Vaticanae graecorum typis mandati et aliquot alii libri etiamque Mignei *Patrologia Graeca* titulis paulo brevioribus laudantur. Itaque infra horum librorum titulos plene exscribimus.

Catalogi

Codices Barberiniani graeci:

Valentinus Capocci, *Codices Barberiniani graeci*. Tomus I: *Codices 1–163*. in Bybliotheca Vaticana 1958.

Codices Borgiani et Chisiani graeci:
Pius Franchi de' Cavalieri, *Codices graeci Chisiani et Borgiani*, Romae 1927.

Codices Ottoboniani graeci:
E. Feron et F. Battaglini, *Codices manuscripti graeci Ottoboniani Bibliothecae Vaticanae*, Romae 1893.

Codices Palatini graeci:
Henricus Stevenson Senior, *Codices manuscripti Palatini graeci Bibliothecae Vaticanae*, Romae 1885.

Codices Reginenses et Piani graeci:
Henricus Stevenson Senior, *Codices manuscripti graeci Reginae Svecorum et Pii PP. II Bibliothecae Vaticanae*, Romae 1888.

Codices Urbinates graeci:
Cosimus Stornajolo, *Codices Urbinates graeci Bibliothecae Vaticanae*, Romae 1895.

Codices Vaticani graeci:
Iohannes Mercati et Pius Franchi de' Cavalieri, *Codices Vaticani graeci*. Tomus I: *Codices 1–329*. Romae 1923.

Robertus Devreesse, *Codices Vaticani graeci*. Tomus II: *Codices 330–603*. Tomus III: *Codices 604–866*. in Bibliotheca Vaticana 1937–1950.

Cyrus Giannelli, *Codices Vaticani graeci. Codices 1485–1683*. in Bybliotheca Vaticana 1950.

Cyrus Giannelli – Paulus Canart, *Codices Vaticani graeci. Codices 1684–1744*. in Bybliotheca Vaticana 1961.

Alii libri

Franchi de' Cavalieri-Lietzmann, *Specimina codicum graecorum Vaticanorum*[2] = Pius Franchi de' Cavalieri et Iohannes Lietzmann, *Specimina codicum graecorum Vaticanorum* (Tabulae in usum scholarum editae sub cura Iohannis Lietzmann, 1). Editio iterata et aucta. Berolini-Lipsiae 1929.

Halkin, *Bibl. Hagiogr. Gr.*[3] = *Bibliotheca Hagiographica Graeca*. Troisième édition mise à jour et considérablement augmentée par François Halkin. (Subsidia hagiographica, nº 8a). I–III. Bruxelles 1957.

Migne, *Patr. Gr.* = *Patrologiae cursus completus*, series Graeca (vel series Graeca prior, vel series Graeca posterior), accurante J.-P. Migne. *Patrologiae Graecae* tomi I–CLXI, Lutetiae Parisiorum 1857–1866 (sive primum impressi sive annis posterioribus anastatice iterati). Mignei *Patrologia Graeca* solita ratione ita laudatur: Migne, *Patr. Gr.* 93 col. 533 C 7 = Migne, *Patrologia Graeca*, tomus XCIII, columna 533, sectionis C linea 7.

Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* = Marie Vogel und Victor Gardthausen, *Die griechischen Schreiber des Mittelalters und der Renaissance* (XXXIII. Beiheft zum Zentralblatt für Bibliothekswesen), Leipzig 1909.

ENARRATIO CODICUM

ET

EXPLANATIO TABULARUM

Tabula 1: A.D. 1203.

Codex Vaticanus graecus 1694, membranaceus, mm. 185 × 127, foliorum II+78, lineis 22 in singulis paginis scriptus, continet (fol. 1^{r}–70^{r}) Olympiodori diaconi Alexandrini commentarium in Ecclesiasten 1–7, subiunctis in calce (fol. 70^{r}–75^{v}) excerptis etymologicis aliisque. Si a codicis initio diverso (fol. 1^{r}–5^{v} lin. 3) discedis, quod (in fol. 1^{r}–4^{v} lin. 18) exordium s. Gregorii Nysseni in Ecclesiasten homiliae 1 (ed. Migne, *Patr. Gr.* 44 col. 616 C 3 — 621 D 9) includit, hic commentarius (fol. 5^{v} lin. 3/4 — 70^{r}) maximam partem fere idem est atque Olympiodori commentarius in Ecclesiasten typis mandatus apud Migne, *Patr. Gr.* 93 col. 481 A 13 — 572 D 4, idemque in universum concordat cum commentario in Ecclesiasten, qui in codice Veneto graeco 22 (num. colloc. 509) in ipsis paginis exhibetur (nam catenae Procopianae II additamenta in marginibus codicis Veneti scripta hic missa facio) atque ibi (cod. Ven. gr. 22 fol. 68^{r}) inscriptus est ita: *Ὀλυμπιοδώρου ὑπόμνημ(α) εἰς τὸν ἐκκλησιαστὴν κατὰ λέξιν.* Et quidem in codice Vaticano gr. 1694 commentarii textualis ut dicunt dispositio ea est, ut singulas Ecclesiastae pericopas notis ” ad unamquamque lineam in margine positis insignitas subsequantur expositiones voce *ἑρμεινία* vel *ἑρ*$^{μν'}$ inscriptae. Librarius Michaël Gazes sacerdos et *νομικός* codicem mense Iunio A.M. 6711 = A.D. 1203 in foliis 75^{v}–76^{r} sic subscripsit (quam subscriptionem in tabula **159a** expressimus): *Τῷ συντελεστῇ τῶν καλῶν θ(ε)ῷ χάρις :· | Ἐτελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον χειρὶ Μι|χαὴλ ἁμαρτωλοῦ ἱερέως καὶ νομικ(οῦ) | τοῦ Γαζῆ· μη(νὶ) ἰουνίω ἰν(δικτιῶνος) ϛ' ἔτους | ,ϛψια· ἐπὶ τῆς βασιλείας τῶν φι|λοχρίστων βασιλέων ἡμῶν, Ἀλε|ξίου καὶ Εὐφροσύνης· οἱ ἀναγινώσ||κοντες δὲ τοῦτο εὔχεσθαί μοι τῷ | ἁμαρτωλῷ, καὶ πανβεβήλω, καὶ χω|ρικῷ δια τὸν κ(ύριο)ν: ἀμὴν γένοιτο κ(ύρι)ε :·* (haec partim altera manu in fol. 76^{r} iterata sunt). Eum, qui in subscriptione memoratur, Alexium III Angelum imperatorem spectari patet eiusque uxorem Euphrosynen. Cum autem Alexius III die 18 Augusti 1203 imperium amiserit, facile colligimus codicem sub ipsum Alexii III regni finem absolutum esse. In tabula **1** exhibemus imaginem folii 39^{v}, quod continet Olympiodori diaconi Alexandrini commentarium in Ecclesiasten 4, 13–14 subsequente pericopa Eccles. 4, 15 quae in proxima codicis pagina exponitur (ed. Migne, *Patr. Gr.* 93 col. 533 C 7 — 536 A 3). Animadvertas velim textum sacrum Eccles. 4, 15 in imo folio 39^{v} scriptum litteris paulo maioribus et ductu aliquanto sollemniore exaratum esse. Etiam aliud huiusce codicis specimen invenies apud Franchi de' Cavalieri-Lietzmann, *Specimina codicum graecorum Vaticanorum*² tab. 34; ibidem p. xv sub num. 34 hic codex descriptus est; de scripturae habitu cf. quae eandem tabulam intuens disputavit Wilhelm Schubart, *Griechische Palaeographie* (Palaeographie, 1. Teil = Handbuch der Altertumswissenschaft begründet von Iwan v. Müller, herausgegeben

von Walter Otto, I. Band, 4. Abteilung, 1. Hälfte), München 1925, pp. 164 sq. sub num. 34. Cf. Ciro Giannelli, *Bulletino dell'« Archivio Paleografico Italiano »* Nuova Serie II-III (1956–1957), Parte I p. 358. Fuit olim codex 18 Aloysii Lollino (1557-1625), episcopi Bellunensis: cf. Pierre Batiffol, « Les manuscrits grecs de Lollino évêque de Bellune, » *Mélanges d'archéologie et d'histoire* 9 (1889) p. 32 sub num. 10; Carlo Frati, *Dizionario bio-bibliografico dei bibliotecari e bibliofili italiani* (Biblioteca di bibliografia italiana, XIII), Firenze 1933, p. 304.

In hoc codice litterae initiales titulorum, lemmatum, pericoparum et expositionum, vocum notabiliorum colore rubro pictae sunt. Tum nonnulla lemmata et quaedam notabiliora colore flavo superlita sunt (quod etiam in paginae a nobis expressae linea 6 cerni licet). Quippe hoc fere codicum ex Italia australi oriundorum insigne peculiare fuit, ut tituli, lemmata, litterae initiales saepe colore flavo illinerentur accedente etiam nonnumquam colore caeruleo (cf. Pierre Batiffol, *L'abbaye de Rossano*, Paris 1891, pp. 89–91, passim; Alberto Vaccari, « La Grecía nell'Italia meridionale, » *Orientalia Christiana* vol. III–3, Num. 13 [1925] p. 284; Robert Devreesse, *Les manuscrits grecs de l'Italie méridionale* [Studi e Testi, 183], Città del Vaticano 1955, pp. 29 sq.; Robert Devreesse, *Introduction à l'étude des manuscrits grecs*, Paris 1954, pp. 55 sq.; M.-L. Concasty, « Manuscrits grecs originaires de l'Italie méridionale conservés à Paris, » *Atti dello VIII Congresso Internazionale di Studi Bizantini*, vol. I = *Studi Bizantini e Neoellenici* 7 [1953] pp. 22–34). Atqui eadem res etiam in quibusdam codicibus, qui extra Italiam in ipsius Graeciae vel orbis Byzantini finibus scripti sunt, interdum usu venit, velut in codice Parisino Coisliniano 41, qui e terra Thessalonicensi originem duxit (cf. Robert Devreesse, *Le fonds Coislin* [Bibliothèque Nationale. Département des Manuscrits. Catalogue des manuscrits grecs, II], Paris 1945, pp. 37 sq.; L. Politis, *Byzantinische Zeitschrift* 51 [1958] pp. 269 sq.; Lucien Stiernon, *Revue des études byzantines* 17 [1959] p. 120 n. 44). De tota hac quaestione cf.: Kirsopp Lake and Silva Lake, *Dated Greek Minuscule Manuscripts to the Year 1200*, Indices, volumes I–X, Boston 1945, pp. XXVI–XXVIII; Concasty, *op. laud.* pp. 22 sq., 32 sq.; Devreesse, *Les manuscrits grecs* loc. laud.; Devreesse, *Introduction* loc. laud. Certe hic codex Vaticanus in Italia australi non est scriptus (cf. C. Giannelli, *Ἐπετηρὶς Ἑταιρείας Βυζαντινῶν Σπουδῶν* 23 [1953] p. 230 n. 2; cf. Devreesse, *Les manuscrits grecs* p. 55).

De hoc codice cf.: Giannelli-Canart, *Codices Vaticani graeci. Codices 1684-1744*, pp. 18 sqq., xv; Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 275 (errore librarius *Μανουὴλ ὁ Γαζῆ* relatus est); C. Giannelli, *Ἐπετηρὶς Ἑταιρείας Βυζαντινῶν Σπουδῶν* 23 (1953) pp. 226–232; Robertus Holmes — Jacobus Parsons, *Vetus Testamentum graece cum variis lectionibus* III, Oxonii 1823, Praefatio ad Ecclesiasten fol. [5V]r sub num. 299; Alfred Rahlfs, *Verzeichnis der griechischen Handschriften des Alten Testaments* (Aus den Nachrichten der K. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 1914. Beiheft) = Mitteilungen des Septuaginta-Unternehmens der Königlichen Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen, Band 2, Berlin 1914, p. 265 (siglo indicato 299); Georgius Karo et Iohannes Lietzmann, « Catenarum graecarum catalogus, » *Nachrichten von der Königl. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen.*

Philologisch-historische Klasse aus dem Jahre 1902, pp. 312, 310 (qui viri doctissimi erraverunt p. 312 codicem Vaticanum gr. 1694 ad Procopii epitomam in Ecclesiasten typi II referendo, nam catenae Procopianae II additamenta, qualia in codicis Veneti graeci 22 marginibus commentario Olympiodori adscripta sunt, hic quidem non comparent); Robert Devreesse, « Chaînes exégétiques grecques, » *Dictionnaire de la Bible*, Supplément, Tome I, Paris 1928, col. 1163; Michael Faulhaber, *Hohelied- Proverbien- und Prediger-Catenen* (Theologische Studien der Leo-Gesellschaft, 4), Wien 1902, p. 146; Erich Klostermann, *Analecta zur Septuaginta, Hexapla und Patristik*, Leipzig 1895, pp. 29 sq.; Hans Achelis, in: *Hippolytus Werke* herausgegeben von G. Nath. Bonwetsch und Hans Achelis (Die griechischen christlichen Schriftsteller der ersten drei Jahrhunderte), I. Band, Leipzig 1897, 2. Hälfte, p. 179; Paulus Alexander, in libro q.i.: *Gregorii Nysseni in Inscriptiones Psalmorum, in Sextum Psalmum, in Ecclesiasten homiliae* ediderunt Jacobus Mc Donough, Paulus Alexander (*Gregorii Nysseni opera* edenda curavit Wernerus Jaeger, vol. V), Leiden 1962, pp. 265 sq.

Tabula 2: A.D. 1205.

Codex Vaticanus graecus 1296, bombycinus, cm. 32 × 23, foliorum I + 556, binis columnis exaratus, nunc in tres partes divisus est (I: fol. I, 1–186; II: fol. 187–392; III: fol. 393–556). Si folia aliena 1–9 et 555–556 aliunde in hunc codicem delata (quibus insunt fragmenta hagiographica et fragmenta Theodoreti Cyrensis de graecarum affectionum curatione) praetermittis, codex in foliis 10ʳ–554ʳ Sudam quod vocatur lexicon continet, cuius lemmata rubro colore scripta sunt. Hunc codicem quidam Matthaeus die 20 Augusti A.M. 6713 = A.D. 1205 absolvit, sicut professus est subscriptione per decem dodecasyllabos composita eaque exarata in folii 551ʳ dextra columna (versus subesse cognovit S. G. Mercati, *Byzantion* 25–26–27 [1955–56–57] p. 193; Silvio Giuseppe Mercati, « Intorno al titolo dei lessici di Suida-Suda e di Papia » [vide infra], p. 26). Quae subscriptio hic in versus dodecasyllabos dispertita affertur ita, ut scriptionis, quae in codice apparet, singulas lineas lineolis derectis distineamus (cf. tab. **160**):

† *ἡ βίβλος | αὕτη· σα|ββάτω | σχοῦσα | τέλος· |*
δέδωκεν | ἡμῖν· | σαββατίσαι | τοῦ πόνου· |
εἰς τὰς ἥκωσι τοῦ | μηνὸς τοῦ αὐγούστου· |
ἰνδικτιῶνος ὀγ|δόης ἱσταμένης |
5 *Ματθαῖος ὁ γράψας | γὰρ τὴν βίβλον ταύτην |*
οἱ ἀναγινώσ|κοντες εὔ|χεσθαι πάντες |
ὅτι ὁ γρά|φων καὶ πά|λιν παρα|γράφει· |
ἐτῶν γὰρ συντρεχόν|των ἐν οἷς ἐγράφη |
ἓξ χιλιάδων· ἑπτὰ | ἑκατοντά|δων·
10 *συν | τοῖς τρισὶ | καὶ δέκα | τῷ θ(ε)ῷ δό|ξα |*
ἀμὴν +

Subscriptionum locus ille communis *ὅτι ὁ γράφων παραγράφει* (cf. v. 7) alioquin in

codicum italograecorum subscriptionibus frequentissimus est (cf. infra p. 54). Etiam illud notandum videtur codicum annos in subscriptionibus interdum per circumlocutionem (cf. vv. 8 10) indicari (cf. V. Gardthausen, *Griechische Palaeographie* [2] II, Leipzig 1913, p. 435; *Λίνος Πολίτης, Ὁδηγὸς καταλόγου χειρογράφων* [*Γενικὸν Συμβούλιον Βιβλιοθηκῶν τῆς Ἑλλάδος*, 17], *Ἀθῆναι* 1961, p. 19 sub num. 8; cf. infra pp. 26, 48, 156, 167). In tabula 2 exprimendam curavimus folii 193ʳ partem inferiorem, cuius duabus columnis continentur loci SUDAE LEXICI sub *Z* 33–40 et *Z* 57–61 (ed. Ada Adler, *Suidae Lexicon* [Lexicographi Graeci, vol. I], pars II, Lipsiae 1931, pp. 502, 28 — 503, 21 et pp. 504, 21 — 505, 11). Hunc codicem olim possidebat Constantinus Lascaris (1434–1501), qui et ipse perpaucas quasdam notulas graecas hic illic fecit, velut in marginibus foliorum 19ʳ, 29ʳ, 198ʳ, 342ʳ (manum agnosces collatis eiusdem viri exemplis autographis, quae exstant expressa apud Charles Graux — Albert Martin, *Fac-similés de manuscrits grecs d'Espagne*, Paris 1891, tab. XVIII 60 et XVIII 62, atque Franchi de' Cavalieri-Lietzmann, *Specimina codicum graecorum Vaticanorum* [2] tab. 58). Forsitan a Constantino Lascari etiam quaedam notulae latinae sint factae, velut eae quae in marginibus foliorum 57ʳ, 64ʳ, 83ʳ, 214ʳ, 452ʳ, 513ʳ comparent. Constantino Lascari anno 1501 mortuo codex ex eiusdem testamento in bibliothecam monasterii Messanensis Sancti Salvatoris de lingua Phari migravit (cf. Émile Legrand, *Bibliographie hellénique ou description raisonnée des ouvrages publiés en grec par des Grecs aux XVᵉ et XVIᵉ siècles* I, Paris 1885, p. LXXXIII; Giovanni Mercati, *Per la storia dei manoscritti greci, di varie badie basiliane d'Italia e di Patmo* [Studi e Testi, 68], Città del Vaticano 1935, p. 236 sub num. 33 (31), pp. 160 sq.; Hugo Rabe, *Zentralblatt für Bibliothekswesen* 45 [1928] p. 6; Antonino De Rosalia, « La vita di Costantino Lascaris, » *Archivio Storico Siciliano* Serie III – vol. IX [1957–58] pp. 48 sq.). Postea codex Fulvii Orsini (1529–1600) fuit (cf. Pierre de Nolhac, *La bibliothèque de Fulvio Orsini* [Bibliothèque de l'École des Hautes Études. Sciences philologiques et historiques, 74], Paris 1887, pp. 151 sq., 154, 335; Carlo Frati, *Dizionario bio-bibliografico dei bibliotecari e bibliofili italiani* [Biblioteca di bibliografia italiana, XIII], Firenze 1933, pp. 421 sq.; apud Orsini fuit codex graecus 15). Codex Vaticanus gr. 1296 (in editione Sudae Adleriana siglo S instructus) perhibetur apographon esse codicis Leidensis Vossiani graeci F 2 (in eadem editione siglo V insigniti). Quae necessitudo perquam digna est, quae diligentissime pervestigetur. De codice Vaticano gr. 1296 etiam cf.: Ada Adler, *Suidae Lexicon* (Lexicographi Graeci, vol. I), pars V, Lipsiae 1938, pp. 233–235; Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* pp. 298, 246; J. Bidez, « La tradition manuscrite du Lexique de Suidas, » *Sitzungsberichte der Königlich Preussischen Akademie der Wissenschaften*, Jahrgang 1912. Zweiter Halbband, Berlin 1912, p. 857; Silvio Giuseppe Mercati, « Intorno al titolo dei lessici di Suida-Suda e di Papia, » *Atti della Accademia Nazionale dei Lincei*, Anno CCCLIX (1962). Serie VIII. Memorie. Classe di Scienze morali, storiche e filologiche. Volume X, Roma 1962, pp. 9, 10 (ubi v. cl. codicem Italiae australi tribui posse contendit, cui sententiae locus ille de scribis errantibus in subscriptione huius codicis usurpatus magnopere suffragari videtur), 26, 38; Robert Devreesse, *Les manuscrits grecs de l'Italie méridionale* (Studi e Testi, 183), Città del Vaticano 1955, p. 41 n. 2 (qui v. cl. negat codicem

in Italia australi ortum esse); Hagiographi Bollandiani et Pius Franchi de' Cavalieri, *Catalogus codicum hagiographicorum graecorum Bibliothecae Vaticanae*, Bruxellis 1899, p. 125; Giovanni Mercati, *Note di letteratura biblica e cristiana antica* (Studi e Testi, 5), Roma 1901, pp. 210 sq.

Tabula 3: A.D. 1209.

Codex Vaticanus graecus 2281, rotulus membranaceus, cm. 640 longus et circa cm. 27 latus, in utraque facie recta et versa exaratus, continet Liturgiam s. Marci (quam ex hoc codice edidit C. A. Swainson, *The Greek Liturgies*, Cambridge 1884, pp. 2–73 in paginarum columnis quae inscribuntur *Rotulus Vaticanus*). Hic illic exstant notulae lingua arabica scriptae. Rotulum fortasse Alexandriae scripsit librarius indoctus et orthographiae ignarus, Ioannes filius Christoduli diaconus, qui subscriptionem feria III die 14 Iulii A.M. 6717 = A.D. 1209 in rotuli fine fecit (cf. tab. **161**): + *μνήσθ(η)τ(ι) κ(ύρι)ε τὸ γράψαντ(ος) τούτο κονδ(άκιον) ἡκῆς* (aut *ἡκῶν*) (?) *'Ιω(άννου) υιου*, (hac voce *υιου*, supra lineam addita) *Χριστοδ(ού)λ(ου), διακ(όνου) καὶ ανεκρησ( ) άναις* + | (? *ησ* et *αις* compendiis significata sunt; *ρ* signum transversum habet, quod forsitan quandam omissionem in fine vocis factam denotet; *άναις* supra lineam est scriptum, quod si separatim consideres, *ἄνες* intellegere possis, quod mihi Rev.mus Paulus Canart vir doctissimus subiecit).

Ad *τὸ γράψαντ(ος)* illud reputandum est *τὸ* pro *τοῦ* scriptum potius mutationem phoneticam quam lapsum calami indicare: cf. Gérard Garitte, *Documents pour l'étude du livre d'Agathange* (Studi e Testi, 127), Città del Vaticano 1946, pp. 164–167, et confer quae hac de re infra pp. 61 sq. adnotavi. Malim hoc accipere quam *τὸ* (= *τῷ*) *γράψαντ(ι)* ponere et credere scribam dativo prave usurpato ad rectam structuram reversum genetivos subiunxisse. Certe permutatio sonorum *u* et *o* non modo in Italia australi, verum etiam in Graeciae propriae finibus et in orbis graeci regionibus ad solem orientem spectantibus usu veniebat. Velut in subscriptione codicis Laurentiani Sancti Marci 787 in Palaestina scripti legimus (fol. 282^{v}): *διὰ χειρῶν ἀχρείων Σάβα μοναχόυ ἁμαρτωλῶ καὶ ἐλαχίστω ἱμονῆς τῆς υπ(εραγίας) Θ(εοτό)κου τοῦ Καλαμίου* (cf. Kirsopp and Silva Lake, *Dated Greek Minuscule Manuscripts to the Year 1200* pars X, Boston 1939, p. 10 sub num. 370 et tab. 700 ad dextram; Enrico Rostagno, *Studi Italiani di filologia classica* 1 [1893] p. 196; de ipso monasterio in valle Iordanis sito cf. Siméon Vailhé, « Les laures de saint Gérasime et de Calamon, » *Échos d'Orient* 2 [1898–1899] p. 116). De hac codicis Laurentiani subscriptione cf. praesertim Robert Devreesse, *Les manuscrits grecs de l'Italie méridionale* (Studi e Testi, 183), Città del Vaticano 1955, p. 32 n. 10.

In voce *ἡκῆς* aut *ἡκῶν* compendio terminata, qui erat huius quidem librarii mos, compendium alterutra ratione solvi potest. Temptares *ἡκῶν(όμου)* (id est *οἰκονόμου*), at talis lectio ob varias causas nimis dubia esset. Sane fateor voces compendiis affectas,

quas supra notavimus, magnam dubitationem habere. Infra eam, quam supra attulimus, notam graecam comparet in proxima linea brevis oratio arabica, qua scriba nimirum significat rotuli scriptionem Dei auxilio finitam esse atque Dei misericordiam legentibus eorumque peccatis remissionem implorat (Rev.mus Arnoldus Van Lantschoot, O. Praem., Bibliothecae Vaticanae vicepraefectus doctissimus, huius contextus arabici argumentum mihi aperuit). Iam subsequitur temporis nota a librario colore rubro exarata, quae magnam partem ita pallida est et multis locis nudis oculis adeo cerni nequit, ut lumine infrarubro aut ultraviolaceo ad scripturam dispiciendam opus sit: *᾿Ετελειώθ(η) τουτ(ο) κονδ(άκιον) τη γ̄ ιουλίω ιδ̄* | *῞Ετου ͵ςψιζ̄ εἰς τ(ὸν) κόσμων ἐλέ(ω̣) καὶ συγχω|ϱ̣ή̣σ̣ε̣ι̣ τ̣ο̣ῦ̣ Θ̣(εο)ῦ̣ καὶ ἔγϱαψα εις τ( ) ..βιδ( ) τῆς υπ(εϱ)α̣γ(ίας) θ(εοτό)κου καὶ τ(ο)ῦ α̣γ(ίου)* – – – (reliqua pars lineae legi non potest). Ad formam *῞Ετου* confer formam *ἔτου* pro *ἔτους* in nonnullis inscriptionibus obviam, quae in Syria repertae sunt: legas Henri Seyrig apud Georges Tchalenko, *Villages antiques de la Syrie du Nord* (Institut Français d'archéologie de Beyrouth. Bibliothèque archéologique et historique, tome L), III, Paris 1958, p. 8. In tabula **3** locum faciei aversae haud multum a fine liturgiae distantem expressimus, quo continetur pars orationis *ὀπισθαμβώνου* in Liturgiae s. Marci conclusione recitandae (ed. Swainson, *The Greek Liturgies* p. 72 col. dextr., lin. 11–21). Aliam eiusdem rotuli imaginem, qua liturgiae exordium ornatu elaborato instructum exprimitur, invenies apud Franchi de' Cavalieri-Lietzmann, *Specimina codicum graecorum Vaticanorum*[2] tab. 35; de scripturae habitu cf. quae eandem tabulam intuens disputavit Wilhelm Schubart, *Griechische Palaeographie*, München 1925, p. 165 sub num. 35. In rotuli faciei aversae calce haec nota a Felice Contelorio, Bibliothecae Vaticanae custode (1626–1630), anno 1630 addita est: *κοντάκιον* | *quasi diploma.* | *Liturgia S. Marci Apostoli* | *scripta abhinc annis 423* | *hoc anno 1630 fel. Contelorius.* Idem Contelorius notam fecisse videtur, qua ad sinistram subscriptionis in margine facta annum, quippe qui haud ita bene dispectus esset, ita repetivit: *͵ςψιε* | *6715.* Siquidem Contelorius in subscriptione A.M. 6715 = A.D. 1207 legit, computatio eius, quam supra attulimus, concinit (1630 — 1207 = 423). Fieri potuit, ut hic rotulus ad bibliothecam Aloysii Lollino, episcopi Bellunensis († 1625) pertineret unaque cum codicibus Lollinianis in Bibliothecam Vaticanam transferretur, etiamsi in catalogum codicum Lollinianorum ab eodem Contelorio confectum relatus non est (cf. Pierre Batiffol, « Les manuscrits grecs de Lollino évêque de Bellune, » *Mélanges d'archéologie et d'histoire* 9 [1889] pp. 31–47). Atqui in codicum Lollinianorum inventario mense Aprili 1625 facto indicata est *Missa divi Marci in .... volumen complicata* (cf. Emmanuele Antonio Cicogna, *Delle inscrizioni Veneziane* vol. V, Venezia 1842, p. 52 in ima columna sinistra; L. Alpago-Novello, « La vita e le opere di Luigi Lollino vescovo di Belluno (1596–1625), » *Archivio Veneto* a cura della R. Deputazione di storia patria per le Venezie, Quinta serie vol. XV [1934] p. 220; Giovanni Mercati, *Per la storia dei manoscritti greci di Genova, di varie badie basiliane d'Italia e di Patmo* [Studi e Testi, 68], Città del Vaticano 1935, pp. 125 n. 3, 135 n. 1). De Aloysio Lollino in universum cf. Carlo Frati, *Dizionario bio-bibliografico dei bibliotecari e bibliofili italiani* (Biblioteca di bibliografia italiana, XIII), Firenze 1933, p. 304. De hoc rotulo Vaticano cf.: Franchi de' Cavalieri-

Lietzmann, *Specimina codicum graecorum Vaticanorum*[2] p. xv sub num. 35; Swainson, *The Greek Liturgies* pp. XIX sq., 73 (ubi subscriptio relata est); F. E. Brightman, *Liturgies Eastern and Western* vol. I, Oxford 1896, p. LXIV.

Tabula 4: A.D. 1220/1221.

Codex Vaticanus graecus 772, bombycinus, mm. 248 × 165, foliorum 121, continet Paracleticen, quae cum editionibus vulgatis non congruit. Scriptus est in Italia australi, quod et scripturae habitus quadamtenus videtur indicare et Fredericus II imperator in subscriptione memoratus ostendit, a Martino sacerdote et absolutus A.M. 6729 = A.D. 1220/1221 (at certe post Fredericum II Romanorum imperatorem die 22 Novembris 1220 Romae diademate imperiali coronatum, nempe inter 22 Nov. 1220 et 1 Sept. 1221), sicut nos docet subscriptio a librario in folio 115^{v} facta (cf. tab. **159b**): † *Ἐτελειώθ(η) τὸ παρὸν βίβλον τῶν η̄ ἤχῶν, διὰ χει|ρὸς Μαρτίνου ἵερέος ἁμαρτ(ω)λ(οῦ) καὶ καλλιγρ(άφου)* | *Ἐπὶ ετους ͵ςψκθ ινδ(ικτιῶνος) θ̄: ημ(έρᾳ) δ̄ ωρ(ᾳ) δ̄΄·* | *οἱ ἀναγινώσκοντες εὔχεσθαι υπ(ὲ)ρ αὐτ(οῦ) διὰ τὸν κ(ύριο)ν* | *ἐν τῶ ᾱ ἔτει* ⟦*τῆς βασι*⟧ *ὅτε ἐστεφάνωσεν ὁ μέγας* | *ἐν βασιλεῦσιμ Φρενδερίκου βασιλέως. καὶ· εἰς* | *πολλη χρ(όνι)α ὦ Χ(ριστ)ὲ· δίδου τοῖς ἐμοῖς πόνοις χάριν.* Quippe haec subscriptio in dodecasyllabum desinit. Idem librarius hanc notam in folio 118^{v} scripsit: † *μνήσθ(η)τ(ι) τοῦ δούλου σου Ἀνδρέου ἱερέως· τὸν κτί*(ex *η* corr.)*σαντ(α) τὸν* | *βίβλον τοῦτον* + Qua nota librarius, ut erat grammatices imperitus, Andream sacerdotem libri possessorem indicavit. Quod in tabula **4** expressimus, folium 32^{r} verba continet PARACLETICES officio matutino dominicae tertii toni destinata (ed. *Παρακλητικὴ ἤτοι Ὀκτώηχος ἡ μεγάλη, ἐν Ῥώμῃ* 1885, p. 200, 24–33; p. 203, 16–27; p. 185, 6–12; vel *Παρακλητική* [*ἐκδόσεις Φῶς*], *Ἀθῆναι* 1959, p. 131^{a}, 9–21; p. 132^{b}, 24–39; p. 121^{a}, 5–13). Notandum est singula troparia ab littera grandi sinistrorsus proiecta incipere, qui erat librorum liturgicorum mos (cf. tabulas 19, 20, 93, 148; cf. quae infra p. 56 de *ἐκθέσει* in hymnis disponendis usitata adnotavimus). Multis quidem locis tropariorum litterae initiales etiamque tituli et quaedam notabiliora colore flavo secundum Italiae australis consuetudinem illita sunt (cf. quae hac de re supra p. 20 adnotavimus). De hoc codice cf.: Devreesse, *Codices Vaticani graeci* III pp. 287 sq.; Robert Devreesse, *Les manuscrits grecs de l'Italie méridionale* (Studi e Testi, 183), Città del Vaticano 1955, p. 41; N. Krasnosel'cev, *Svěděnija o někotorych liturgičeskich rukopisjach Vatikanskoj Biblioteki*, Kazan' 1885, p. 54.

Tabula 5: A.D. 1226.

Codex Vaticanus graecus 103, membranaceus, mm. 244 × 180, foliorum II + 210, lineis 28 in singulis paginis scriptus, opera rhetorica Ioannis Doxapatris, Aphthonii, Hermogenis continet. Scriba vero, sicut in subscriptionis vv. 6–8 per ambages indicavit, *Δημήτριος* vocabatur et codicem die 6 Augusti A.M. 6734 = A.D. 1226 in folio

208v subscripsit carmine per octo dodecasyllabos decurrente, quod per paginae plenas lineas exaravit ita tamen, ut singulos dodecasyllabos spatiis interiectis separaret. Quam subscriptionem metrice dispositam infra affero (f. 208v — cf. tab. **162a**):

† *ἕκτην ἐπιφέροντο(ς) αὐγούστου τότε,*
δέδωκα συμπέρασμα (haec vox in rasura ab ipso librario est scripta) | *τῇδε* (ex *τήνδε*) *τὴν βίβλῳ* (ex *βίβλον*)·
ἔτους τρέχοντος ἑξάδι μὲν | *χιλίων,*
σὺν τοῖς ἑκατὸν ἑπταδικοῖς ἐγκύκλοις· |
5 *τριπλῇ δεκάδι καὶ μοναπλῇ τρετράδι.*
ἔστι δέ μοι | *πρόκλησις ἰδίως φίλε·,*
ἄφωνα δύο δυσὶν ἀ|μεταβόλοις·
τῶν ἑπτὰ δυσὶν ἦτα δὶς, σίγμα τέλος +

Codicis annus per circumlocutionem indicatus est, quod interdum in subscriptionibus usu veniebat (cf. supra p. 22). Nomen librarii aenigmate proditum nequiquam detegebat V. Gardthausen, *Griechische Palaeographie*[2] II, Leipzig 1913, p. 311; at recte solverunt Mercati-Franchi de' Cavalieri, *op. infra laud.* p. 125. Profecto nomen *Δημήτριος* novem litteris constat (*τῶν ἑπτὰ δυσὶν*), inter quas duo elementa *ἄφωνα* vel muta (*δ* et *τ*) atque duo *ἀμετάβολα* sive liquida (*μ* et *ρ*) apparent, tum littera *η* bis occurrit et in fine *ς* exstat (de significatu vocum *ἄφωνος* et *ἀμετάβολος* apud grammaticos obvio cf. Henricus Stephanus, *Thesaurus graecae linguae*[3] ed. C. B. Hase - Guil. Dindorfius - Lud. Dindorfius, vol. I 2, Parisiis [1831–1865], col. 2728 D 16 sqq., col. 93 A 10 sqq.). De consuetudine nomen aenigmate indicandi confer exempli causa Philippi Solitarii Dioptrae epilogum (ed. *Σπυρίδων Λαυριώτης, Ὁ Ἄθως ἁγιορειτικὸν περιοδικόν, ἔτος Α'* — *τεῦχος Α', ἐν Ἀθήναις* 1920, p. 247 lin. 6 sqq.). In tabula **5** imaginem folii 179r exhibemus, quod continet locum Hermogenis de ideis libri II cap. 10 (ed. Hugo Rabe, *Hermogenis opera* [Rhetores Graeci, vol. VI], Lipsiae 1913, pp. 381, 2 — 382, 3). De hoc codice cf.: Mercati-Franchi de' Cavalieri, *Codices Vaticani graeci* I pp. 124 sq.; Hugo Rabe, *Prolegomenon Sylloge* (Rhetores Graeci, vol. XIV), Lipsiae 1931, p. LV.

Tabula 6: A.D. 1232

Codex Vaticanus graecus 648, bombycinus, mm. 263 × 175, foliorum 338, lineis 30 in singulis paginis scriptus, continet Theophylacti archiepiscopi Bulgariae commentarium in s. Pauli epistulas (textu sacro liquore rubro, commentario autem atramento scripto). Codicem librarius Symeon vel Sabas Corax monachus Rhodius Hierosolymis mense Martio A.M. 6740 — A.D. 1232 in folio 338r subscripsit (cf. tab. **162c**): *Ἐγράφη ἡ παροῦσα ἱερὰ βίβλο(ς)· εἴτουν αἱ τοῦ ἁγίου Παύλου ἐπιστολαὶ, χειρὶ τοῦ ταπεινοῦ* | *Συμεὼν ἢ Σάβα· λεγέσθω γὰρ καὶ ἀμφότ(ε)ρα· τάχα καὶ μοναχοῦ· τοῦ ἀπ(ὸ) τῆς νή(σ)ου Ῥόδου· οὗ τὸ* | *ἐπίκλην τοῦ Κόρακο(ς)· μη(νὶ) μαρτίῳ ἰν(δικτιῶνος) ε̅. ἔτους ,ςψμ̅· ἐγράφη δ' ἐν Ἱεροσολύμοις* | *καιρῷ τοῦ χειμῶνο(ς)· καὶ κ(α)τ(ὰ) σπουδήν· ἐπεὶ καὶ*

τὰ γράμματά πως ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἀσύντακτα φαίνονται | *κείμενα*. Sequuntur haec cryptographica: *λψλθνψϟηλοθϟλνζϡθτθω, θκϡλωεπψλωβνσωελϟπε·* | *πθϟϛϟθψλχψλξλϟψλνπ λκλνκϡλεμένϟωεξέζϟωψλν· ἐϟπθϟθχψλω* | *ἔζσζεκθϡθψλχψλνθκϡλωεπψλωκέοσκλοοθκοθωϟ σω* ⊦++⊤ (folii 338[r] partem inferiorem, quae subscriptionem et hanc notam cryptographicam exhibet, expressit Albert Ehrhard, *Römische Quartalschrift für christliche Alterthumskunde und für Kirchengeschichte* 7 [1893], tabula XIV, 5). Quae quidem nota cryptographica ita intellegenda est (de hac ratione cryptographica cf.: V. Gardthausen, *Griechische Palaeographie*[2] II, Leipzig 1913, p. 311; *Ἀντώνιος Σιγάλας, Ἱστορία τῆς ἑλληνικῆς γραφῆς, Θεσσαλονίκη* 1934, pp. 303 sq.; Robert Devreesse, *Introduction à l'étude des manuscrits grecs*, Paris 1954, p. 44; *Λίνος Πολίτης, Ὁδηγὸς καταλόγου χειρογράφων* [*Γενικὸν Συμβούλιον Βιβλιοθηκῶν τῆς Ἑλλάδος*, 17], *Ἀθῆναι* 1961, pp. 40 sq.): *ὁ τὸ ἀντιβόλαιον γράψας, ἀπρόσεκτος ἦν ὡς ἔοικε·* | *καὶ διὰ τοῦτο μοι τὸν κόπον προεξένισε μέγιστον· εἰ καὶ αὐτὸς* | *ἔγωγε παρὰ τοῦτον ἀπρόσεκτος πέλω πολλαπλασίως* ++⊤ Praeterea in folio 1[v] alia nota cryptographica exstat (cf. tab. **162b**): *ωχ ξεσνψθκεϟνλωξλνθυλωλπλϡθμ. λζϡθτθω* | *ψβνϛεψβνηίηλνὲμλϟπέϟσνθνθοσξθψσν, πθϟϡσψλ χυεϟ*|*ξσνλω· πθϟϛϟθψλχψλψθζϡθξξθαψθξϟπϡθπθϟξεζθοθπθϟ* | *λϟλνὲϟκεϟνψλπθαλολχθκλϟβ ψθ*. + Quae nota hoc sibi vult: *Συμεὼν ταπεινὸς μοναχὸς ὁ Κόραξ. ὁ γράψας* | *τήνδε τὴν βίβ<λ>ον ἐξ οἰκείων ἀναλωμάτων, καιρῷ τοῦ χει*|*μῶνος· καὶ διὰ τοῦτο τὰ γράμμα{θ}τα μικρὰ καὶ μεγάλα καὶ* | *οἷον εἰπεῖν τὸ καθόλου ἀποίητα*. Eadem ipsa verba manus posterior in margine inferiore aperte perscripsit. In eiusdem folii 1[v] parte infima possessionis nota manu posteriore bis exarata est: *βιβλίον μονῆς τῶν Κελλιβάρων* (de hoc monasterio in monte Latmo vel Latro prope Miletum sito cf.: V. Laurent, *Lexikon für Theologie und Kirche*[2] VI, Freiburg 1961, col. 821 sq. s.v. Latmos; Hans-Georg Beck, *Kirche und theologische Literatur im byzantinischen Reich* [Byzantinisches Handbuch II, 1], München 1959, pp. 211 sq.). In tabula **6** expressimus folium 108[r], quod continet verba Theophylacti archiep. Bulgar. commentarii in s. Pauli epistulam I ad Corinthios 15, 38–41 (ed. Migne, *Patr. Gr.* 124 col. 773 A 3 — 776 A 2). Aliud huius codicis specimen expressum habes apud Ehrhard, *loco supra laudato*. De hoc codice cf.: Devreesse, *Codices Vaticani graeci* III pp. 70 sq.; Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 408; Albert Ehrhard, *Römische Quartalschrift für christliche Alterthumskunde und für Kirchengeschichte* 5 (1891) pp. 331, 384; 7 (1893) pp. 78 sq.; Caspar René Gregory, *Textkritik des Neuen Testamentes* I, Leipzig 1900, p. 311 (sub Paulinische Briefe 401); C. R. Gregory, *Die griechischen Handschriften des Neuen Testaments*, Leipzig 1908, p. 109 (siglo indito 1992); Hermann von Soden, *Die Schriften des Neuen Testaments*[2] I 1, Göttingen 1911, p. 281 (siglo indito $\Theta^{\pi 31}$); Karl Staab, *Die Pauluskatenen nach den handschriftlichen Quellen untersucht* (Scripta Pontificii Instituti Biblici), Roma 1926, p. 214; Kurt Aland, *Kurzgefasste Liste der griechischen Handschriften des Neuen Testaments*, I (Arbeiten zur neutestamentlichen Textforschung, 1), Berlin 1963, p. 165 (siglo Gregoryano 1992 recepto).

Tabula 7: A.D. 1234-1235.

Codex Vaticanus graecus 2019, membranaceus rescriptus, mm. 212 × 175, foliorum 166 (reapse 168, namque exstant etiam folia 160[a] et 165[a]), fere totus (fol. 1[r]–155[r]) ab uno librario saeculo XIII scriptus, certe ante annum 1234, quo quidem anno possessor codicis priorem de duabus notis, quas in folio 155[v] exaravit, fecit. Maxima autem illa codicis parte (f. 1[r]-155[r]) continentur canonica, imprimis ⟨Nicolai⟩ (postea certe Nili) Doxapatris Nomocanon, re autem vera Symeonis magistri et logothetae (fortasse Metaphrastae) Synopsis canonum commentario Alexii Aristeni instructa cum aliis scriptis canonicis insuper additis. Hic Nomocanon in folio 9[v] ita inscriptus est: *Νομοκάνονον σὺν θ(ε)ῶ περιέχον συνοπτικῶς ὅλους τοὺς κανόνας τῶν ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν ἑπτὰ συνόδων | καὶ τῶν ἁγίων* ⟦*δ̄ συνόδων*⟧ *ἀποστόλων καὶ τοῦ μεγ(ά)λ(ου) Βασιλείου καὶ ἑτέρων θεοφόρων π(ατέ)ρων, ἑρμηνευθὲν προ|τροπῆι τοῦ εὐσεβεστ(ά)τ(ου) βασιλέως κυρ(οῦ) Ἰωάννου τοῦ Κομνηνοῦ· παρὰ τοῦ λογιωτ(ά)τ(ου) διακό(νου) τῆς τοῦ θ(εο)ῦ μεγ(ά)λ(ης) ἐκ|κλη(σί)ας καὶ νομοφύλακο(ς) τῆς τῶν Ῥωμαίων βασιλ(εί)ας, π(ατ)ριαρχικοῦ νοτ(α)ρ(ίου) πρωτοπροέδρου τῶν | πρωτοσυγκέλων τοῦ Δοξαπατρῆ*: – Quam Nomocanonis inscriptionem ex hoc ipso codice prolatam vulgaverunt: Bernardus de Montfaucon, *Diarium Italicum*, Parisiis 1702, p. 217; Bernardus de Montfaucon, *Palaeographia graeca, sive de ortu et progressu literarum graecarum*, Parisiis 1708, p. 302; Migne, *Patr. Gr.* 132 col. 1081–1082 lin. 3–7 (haec a Montfauconii *Diario* orta sunt); K. E. Zachariae von Lingenthal, « Die Synopsis canonum. Ein Beitrag zur Geschichte der Quellen des kanonischen Rechts der griechischen Kirche, » *Sitzungsberichte der Königlich Preussischen Akademie der Wissenschaften zu Berlin.* Jahrgang 1887. Zweiter Halbband, pp. 1160 sq., codice ibidem in universum excusso. Quod sciamus, hic solus exstat codex, qui illum Nomocanonem Doxapatris quidem nomine inscriptum contineat. Tum insunt in codice etiam varia sacra et (f. 165[a]) fragmentum quoddam schedographicum. Etiam illud notandum est in folio 160[v] apparere scripturam antiquiorem, quam librarius recentior eradere neglexit, instrumenti privati vetustioris sive tabularum venditionis ad Rossanum spectantium (cf. fol. 160[v] lin. 11 *ενδον του θεοσωστου καστρου του Ρουσιανου*).

Zachariae von Lingenthal, *loc. laud.* (etiam cf.: C. E. Zachariae a Lingenthal, *Imp. Iustiniani PP. A. Novellae quae vocantur*, pars I, Lipsiae 1881, p. VIII n. 5; Karl Eduard Zachariä von Lingenthal, *Geschichte des griechisch-römischen Rechts*,[3] Berlin 1892 = Aalen in Württemberg 1955, p. 34) recte veram Nomocanonis nomine Doxapatris instructi indolem perspexit. Quod certe de maiore Nomocanonis huius parte in foliis 9[v]–95[v] lin. 5 exhibita, quam cum operibus editis nobis conferre licuit, confirmare nobis libet, namque haec quidem folia concordant cum scholiis canonicis nomine *ΑΡΙΣΤ(ηνοῦ)* praescripto a Migne, *Patr. Gr.* tom. 137 et 138, vulgatis etiamque cum scholiis canonicis, quae voce *ΣΥΝΟΨ(ις)* praescripta ediderunt *Γ. Ἀ. Ῥάλλης — Μ. Ποτλῆς, Σύνταγμα τῶν θείων καὶ ἱερῶν κανόνων*, vol. IV, *Ἀθήνησιν* 1854, licet ordo et dispositio materiae

manu scriptae nonnumquam a libris vulgatis discrepet. Quin fieri potuit, ut Nicolaus Doxapatres, cum commentarium Aristeni in suum usum sumpsisset, multa etiam alia canonica insuper subiungeret ideoque putaret sibi iure licere novo nomocanoni auctiori suum ipsius nomen inscribere. At cf. V. Laurent, « L'œuvre géographique du moine sicilien Nil Doxapatris, » *Échos d'Orient* 36 (1937) p. 6 n. 4.

Quo tempore ipse codex Vaticanus scriptus sit, accuratius quidem definiri nihil potest. Verum annorum indiciis expressis instructae sunt duae adnotationes, quas non scriba ipsius codicis, verum videlicet eius possessor de familia sua in folio 155ᵛ scriptura mirum quam diligenti et nitida deinceps annis 1234 et 1235 exaravit ita, ut atramenti tonus et discrimen plane monstrent duas illas notas aliam alio tempore scriptas esse, sicut res illic relatae evenissent. In tabula 7 totum folium 155ᵛ expressum exhibemus, quamquam hoc est exemplum adnotationis privatae calligraphice quidem factae, at a libraria scriptura, quae calamo paulo festinantiore fere currit, nonnihil differt. Nihilo tamen setius hoc specimen et ob aetatem scripturae et ob eiusdem originem italograecam proponendum duximus. Ambas notas exaravit vir quidam scribendi peritissimus et eruditus, siquid earundem scriptionem intuentes videmus, cui nomen erat Senator de Crit( )n( ). Prima adnotatio nos docet die 18 Aprilis A.M. 6742 = A.D. 1234 filiam Senatoris Alfaranam natam esse imperante Frederico II Romanorum imperatore (1220–1250), Siciliae (1198–1250) et Hierusalem (inde ab anno 1225) rege. Altera vero adnotatio ostendit die 18 Septembris A.M. 6744 = A.D. 1235 uxorem Senatoris Guarreram peperisse filium Michaëlem eodemque vespere mortuam die proximo sepultam esse in venerabili ecclesia SS. Deiparae *τῆς Ἀχειροποιήτου* (quae erat ecclesia archiepiscopalis Rossani in urbe Calabriae, sicut infra explanatum est). Haec sunt verba ambarum notarum in folio 155ᵛ scriptarum (et in tabula **7** a nobis expressarum):

† *κ(α)τ(ὰ) τὸν ἀπρίλλ(ιον) μῆνα εἰς τ(ὰς) ῑη̄ τῇ ἁγ(ίᾳ) καὶ μεγ(ά)λ(η) τρίτ(η) ὥρα θ̄, | ἰνδικ(τιῶνος) ζ̄, ἔτ(ους) ,ς̄ψ̄μ̄β̄, ἐγεννήθ(η) ἡ θυγάτηρ ἐμοῦ, | Σινάτορος τῆς Κρῑ ἡ ἐν τῷ ἁγ(ίῳ) βαπτίσμ(α)τ(ι) ὀνομασθεῖσα Ἀλφαρ(ά)ν(α), | βασιλεύοντος ἡμῶν, τοῦ θεοστέπτου μ(ε)γ(ά)λ(ου) βασιλέως | καὶ αὐτοκρ(ά)τ(ο)ρο(ς) Ῥωμ(ά)νων καὶ ἀεὶ αὐγούστ(ου) Φρεδδερίκου· | δεκάτῳ τετάρτῳ χρόνῳ τῆς αὐτοῦ βασιλείας· βασι|λεύοντο(ς) δὲ, Σικελίας, τριακοστῷ ἑβδόμῳ· | Ἱερουσαλὴμ δὲ, ἐννάτῳ +++ |*

† *κ(α)τ(ὰ) τὸν σεπτ(έμβ)ρ(ιον) μῆνα, εἰς τ(ὰς) ῑη̄, ἡμέρ(ᾳ) τρίτ(η), πρὸ(ς) ἑσπέρ(αν), ἰνδικ(τιῶνος) θ̄, | ἔτ(ους) ,ς̄ψ̄μ̄δ̄, ἡ σύζυγο(ς) ἐμοῦ Σιν(ά)τ(ο)ρο(ς) τῆς Κρῑ, κυρ(ὰ) Γουαρρέρ(α), | ἐγέννησε παιδίον δεύτερον ἄρσεν, ὅπερ ὠνομάσαμεν | Μιχα(ὴ)λ· ὑπὲρ οὗ μεγάλη χαρὰ παρ' ἡμῖν ἐγεγόνει· οὔπω δὲ, | βαθείας ἑσπέρας καταλαβούσης, καὶ ἡ προρηθεῖσα μοι σύζυγος, | τὸ πν(εῦμ)α τῷ κ(υρί)ῳ παρέδωκε· καὶ ἡμέρ(ᾳ) τετρ(ά)δ(ι) τοῦ ῥηθ(έν)τ(ος) μηνὸ(ς) εἰς τ(ὰς) ῑθ̄, | ἐντίμως ἐτάφη, ἐν τῷ πανσέπτ(ῳ) ναῷ τῆς ὑπεραγίας Θ(εοτό)κου τῆς Ἀχειροποιήτ(ου)· | καταλείψασά μοι τὰ ῥηθ(έν)τ(α) δύο παμφίλτ(α)τ(ά) μοι τέκνα, τὴν Ἀλφαρ(ά)ναν, καὶ τὸν | Μιχα(ήλ)· οἷς ὁ θ(εὸ)ς δῴη,* (hac voce *δῴη*, supra lineam scripta) *προκοπὴν καὶ αὔξησιν· ἐκείνῃ δὲ, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν | καὶ ἀνάπαυσιν ἐν τοῖς τῶν δικαίων χοροῖς +++*

Has adnotationes hic illic lapsi plene attulerunt de Montfaucon, *Diarium Italicum* (1702) p. 219; de Montfaucon, *Palaeographia graeca* p. 62; Pierre Batiffol, *L'abbaye de*

Rossano, Paris 1891, p. 57 n. 1. De graeca forma *σινάτωρ* iam exeunte antiquitate et medio aevo usitata cf. Friedrich Preisigke — Emil Kiessling, *Wörterbuch der griechischen Papyrusurkunden* III. Band, Berlin 1931, p. 219^b, 20; Stamatios B. Psaltes, *Grammatik der Byzantinischen Chroniken* (Forschungen zur griechischen und lateinischen Grammatik herausgegeben von Paul Kretschmer und Jacob Wackernagel, 2), Göttingen 1913, p. 18. Locis e codice supra allatis Senator nomen proprium est, non dignitatis vocabulum appellativum; immo nulli erant illo tempore senatores in Italia nisi in urbe Roma. Ad huius nominis proprii usum cf.: Alessandro Pratesi, *Carte latine di abbazie calabresi provenienti dall'Archivio Aldobrandini* (Studi e Testi, 197), Città del Vaticano 1958, pp. 85, 347–348, 398, 402, 405; Franciscus Trinchera, *Syllabus graecarum membranarum*, Neapoli 1865, p. 141 lin. 24; Karl Andreas Kehr, *Die Urkunden der normannisch-sicilischen Könige*, Innsbruck 1902, p. 496. Locus Sancti Senatoris memoratur apud Pratesi, *Carte latine* p. 82; cf. Giovanni Alessio, *Saggio di toponomastica calabrese* (Biblioteca dell'« Archivum Romanicum », Serie II: Linguistica, vol. 25), Firenze 1939, p. 374 num. 3617a. Quod in altera adnotatione cum Senatore uxoris eius nomen *Γουαρρέρα* consociatum est, facile ex Italiae australis instrumentis comprobatur, in quibus simillima nomina tam masculina quam feminina occurrunt. Velut Guarrerius nomen proprium comparet apud Pratesi, *Carte latine* p. 261 lin. ab imo 5. Guerrerius exstat velut apud Domenico Vendola, *Rationes decimarum Italiae nei secoli XIII e XIV. Apulia-Lucania-Calabria* (Studi e Testi, 84), Città del Vaticano 1939, p. 326 num. 4926. Guerrerius nomen gentilicium videtur esse apud Francesco Nitti di Vito, *Le pergamene di S. Nicola di Bari. Periodo Angioino (1266–1309)*, (R. Deputazione di storia patria per le Puglie. Codice diplomatico Barese, vol. XIII [Nuova Serie]), Trani 1936, p. 163 lin. 57; praenomen Guirrerius occurrit p. 120 lin. 71. Tum nomen femininum *Γαρρέρα* exhibet Trinchera, *Syllabus graecarum membranarum* p. 421 lin. ab imo 12, in instrumento venditionis Catanzarii in urbe Calabriae A.D. 1256 confecto. Ut pateat illud nomen *Γουαρρέρα* a Senatore indicatum optime illi regioni et aetati convenire. In utraque nota *κρι*^{τν} est nomen proprium femininum loci, unde ipse Senator oriundus erat, compendiose illud quidem scriptum, ut necessario colligamus hoc modo nomen cuiusdam oppidi Calabri, quod illo tempore in illis finibus vulgo notum esset, significatum esse. Quod tamen pro certo detegere nobis minus facile est. Sane verisimile est hoc nomen plene *Κριτ(έ)ν(ης)* intellegendum esse: cf. *πετρος της κριτενης* apud Trinchera, *Syllabus graecarum membranarum* p. 65 lin. 17. Haud scio an cum hoc loci nomine etiam personarum nomen vel potius cognomen quoddam cohaereat, quod in rationibus decimarum civitatis et dioecesis Rossanensis legitur apud Vendola, *Rationes decimarum* (Studi e Testi, 84) p. 191 num. 2424 (*Dominus Rogerus Criteni*), num. 2426 (*Dominus Philippus Criteni*). Si nostra compendii solutio vera est, vir ille Senator de Critena fuit. Fortasse etiam alia consideranda sunt. Nomen *Βασίλειος τῆς Κρητρόνης* e diplomatis apographo Rossani facto edidit de Montfaucon, *Palaeographia graeca* p. 401 lin. 5: *Βασίλειος τῆς Κρητόνης* ex eiusdem apographi exemplo transcripto (quod cum ipso apographo Rossanensi contulerat) edidit Trinchera, *Syllabus graecarum membranarum* p. 141 lin. 22. Et quidem ignoramus, utra lectio illius nominis geographici vera fuerit

(*Κρητρόνης* an *Κρητόνης*). Etiam hoc respicere debemus apographon illud Rossanense, cui ille Basilius subscripsisset, procul dubio spurium fuisse (cf. L. R. Ménager, *Byzantinische Zeitschrift* 50 [1957] pp. 344 sqq.). At fieri potuit, ut falsarius, qui diploma vel diplomatis apographon corrupisset, nomina testium tali apographo subscripta veram quandam nominum seriem imitando adderet, ut certe nomen geographicum *Κρητρόνη* aut *Κρητόνη* reapse in Calabria medio aevo exstitisse putemus. De Crotone cogitabat de Montfaucon, *Palaeographia graeca* p. 401 lin. 5, qui illa verba *Βασίλειος τῆς Κρητρόνης* latine vertit ita: *Basilius Crotonae.* Si in contextu Rossanensi lectionem *Κρητόνης* accipias, ob similitudinem phoneticam credideris fortasse in codicis Vaticani gr. 2019 adnotationibus *Κριτ(ό)ν(ης)* suppleri posse. Utcumque res se habuit, equidem haud adducor, ut credam Crotonem in adnotationibus codicis Vaticani significatam esse (quod dubitanter proponebat Zachariae a Lingenthal, *Imp. Iustiniani PP. A. Novellae quae vocantur*, pars I p. VIII n. 5), namque haec urbs illo tempore fere *Κροτώνη* vel *Κοτρώνη* vocabatur (cf. vel Pratesi, *Carte latine* pp. 317, 376) vel etiam ⟨*τὸ*⟩ *Κρότον* (cf. de Montfaucon, *Palaeographia graeca* p. 399 lin. ab imo 13; cf. L. R. Ménager, *Byzantinische Zeitschrift* 50 [1957] p. 342 lin. 9), latine vero multo plures nominis formae usurpabantur (cf. Pratesi, *Carte latine* p. 493, index s.v. Cutronum etc.). Quin nobis quidem videtur *Κριτένη* vel Critena locus ille vocatus esse, ubi noster Senator natus esset.

Alfarana saepius in instrumentis Italiae australis occurrit (cf. exempli causa: Michael Morcaldi – Maurus Schiani – Sylvanus de Stephano, *Codex diplomaticus Cavensis* tom. I, Neapoli 1873, No. XXV p. 28 lin. ab imo 9, p. 29 lin. 8 et 10; tom. V, Mediolani-Pisis-Neapoli 1878, No. DCCCLXIX p. 260 lin. 1; tom. VI, Mediolani-Neapoli-Pisis 1884, No. MXXII p. 235 lin. antepaenult.; Gertrude Robinson, « History and Cartulary of the Greek Monastery of St Elias and St Anastasius of Carbone, » *Orientalia Christiana* vol. XV – 2, Num. 53 [1929] p. 243 lin. 6; Nitti di Vito, *Le pergamene di S. Nicola di Bari* [Codice diplomatico Barese, vol. XIII (Nuova Serie)], p. 35 lin. 15). Notandum est in priore adnotatione, cum Romanorum imperatoris mentio fieret, formam *Ῥωμ(ά)νων*, non *Ῥωμαίων*, ut fere fieri solebat, usurpatam esse. Quod ad ecclesiam SS. Deiparae *τῆς Ἀχειροποιήτου* in altera adnotatione memoratam attinet, illud velim reputes ecclesiam SS. Deiparae *τῆς Ἀχειροποιήτου*, sive ipsam Italiam australem sive Siciliam spectes, necessario solam ecclesiam archiepiscopalem, quae Rossani floruerit, hic intellegi posse. De tota hac quaestione cf.: Ernst von Dobschütz, *Christusbilder. Untersuchungen zur christlichen Legende* (Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altchristlichen Literatur, 18. Band), Leipzig 1899, pp. 85, 152* sq.; testimonia e Theophanis Ceramei homiliis ibi prolata omnia ad Rossanum referenda esse (neque ullum ad Tauromenium spectare) probavit Albert Ehrhard, *Überlieferung und Bestand der hagiographischen und homiletischen Literatur der griechischen Kirche.* Erster Teil: *Die Überlieferung.* III. Band, 1. Hälfte (Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altchristlichen Literatur, 52. Band, 1. Hälfte), Leipzig 1943, pp. 631 sqq., praesertim pp. 674–678. Tum eadem illa ecclesia Rossanensis expressis verbis memorata est in privilegio a Tancredo rege Siciliae, ducatus Apuliae et principatus Capuae eidem ecclesiae anno

1193 concesso (cf. Karl Andreas Kehr, *Die Urkunden der normannisch-sicilischen Könige* No. 35 pp. 464 sq., praesertim p. 464: ... *venerabilem ecclesiam archiepiscopatus Russani, in qua reverenda imago sancte dei genitricis Marie, que dicitur Achiropictos* [sic ed.!], *colitur* etc.; cf. Batiffol, *L'abbaye de Rossano* p. XXXI). Etiam illud respiciamus oportet membranam cuiusdam instrumenti ad Rossanum pertinentis (cf. fol. 160v) in hoc codice conficiendo usurpatam esse, tum codicis possessorem, qui adnotationes illas in folio 155v fecisset, certe virum amplissimum Rossani vitam egisse, quippe cuius uxor mortua ibi in ecclesia archiepiscopali honorifice sepulta esset. Etiamque nobis animadvertendum est hunc ipsum codicem Vaticanum graecum 2019 una cum Basilianis codicibus Bibliothecae Vaticanae accessisse, quorum multi e monasterio Rossanensi de Patirio profecti essent. Ut verisimillimum sit hunc codicem Vaticanum olim ad monasterium B. M. V. Novae Hodegetriae de Patirio pertinuisse (sicut credebant Batiffol, *L'abbaye de Rossano* p. 57, et Giovanni Mercati, *Per la storia dei manoscritti greci di Genova, di varie badie basiliane d'Italia e di Patmo* [Studi e Testi, 68], Città del Vaticano 1935, p. 309). In folio 165v nota donationis a quodam Rhabda facta comparet: + *βιβλίον λεγόμενον χρονικὸν | ἔχων καὶ τὸν νομοκάνοναν | ἀφιέροσις τοῦ Ρανδ(ᾶ).* Priusquam codices Basiliani anno 1786 in Bibliothecam Vaticanam migraverunt, hic codex olim Basilianus 58 Romae in collegio S. Basilii de Urbe fuit (cf. Pierre Batiffol, « La Vaticane depuis Paul III, » *Revue des questions historiques* 45 [1889] p. 199 n. 3).

Hoc loco e re esse duco adnotationem quandam ex alio codice petitam afferre, quam ad nostrum codicem Vaticanum graec. 2019 quadam ex parte spectare opinatus est Zachariae a Lingenthal. Etenim exstat in codicis Veneti Marciani graeci 179 (colloc. 598) saeculo XIII scripti folio praevio verso nota multo posteriore tempore exarata, quae indicat Senatorem Malenum magnum iudicem (sive iustitiarium dicere mavis) monasterio de Patirio varios libros et inter eos Nomocanonem a Nicolao Doxapatre expositum donavisse: † *ἀφιερώ(θη) παρα τοῦ μεγάλ(ου) κριτ(οῦ) κυρ(οῦ) Συνατωρο(ς) τοῦ Μαλένου* (his duabus vocibus supra lineam scriptis) *ἐν τῇ ἁγία καὶ μεγάλῃ μο(νῇ) τοῦ π(ατ)ρ(ὸ)ς | βιβλία διάφορ(α), ἐν πρώτοις, ὁ ἀπόστ(ο)λ(ος) ὁ καθημεριν(ὸς) καὶ τονιμ(έ)ν(ος), καὶ ἡ βίβλο(ς) τῶν | τῶν ψαλμῶν, καὶ ὁ νομ(ο)κάνων ὁ ἑρμηνευ-τ(εὶς) παρα Νικολ(άου) Δοξαπ(ατ)ρὶ, καὶ τὸ μ(έ)γ(α) βιβλίον | τὸ νόμιμ(ον). αἱ νεαραὶ αἱ τῶν νόμων ἐπανορθώσεις παρα Λέωντ(ος) τοῦ μ(ε)γ(ά)λ(ου) βασι-λ(έως) καὶ τοῦ μα|καρίου Ἰουστινιανοῦ οἱ ἐπονομαζόμενοι αὐθεντικοί. σὺν τού-τοις καὶ τὰ ị(ṇ)stiτοῦτ(α).* De hac adnotatione, cuius scriptura hic illic haud facile dispicitur, cf.: Zachariae a Lingenthal, *Imp. Iustiniani PP. A. Novellae quae vocantur*, pars I pp. VIII sq.; Zachariae von Lingenthal, *Sitzungsberichte der Königlich Preussischen Akademie der Wissenschaften zu Berlin.* Jahrgang 1887. Zweiter Halbband, pp. 1159-1161; Rudolphus Schoell – Guilelmus Kroll, *Corpus Iuris Civilis* [6] vol. III, Berolini 1954, pp. XI sq.; etiam cf. C. Zachariae von Lingenthal, « Il diritto romano nella bassa Italia e la scuola giuridica di Bologna, » *Reale Istituto Lombardo di scienze e lettere. Rendiconti.* Serie II, vol. XVIII (1885) p. 896; Zachariä von Lingenthal, *Geschichte des griechisch-römischen Rechts* [3] p. XXI; de ipso codice Veneto graeco 179 cf. Guilelmus Wattenbach – Adolphus von Velsen, *Exempla codicum graecorum*

litteris minusculis scriptorum, Heidelbergae 1878, p. 14 ad tab. L; fugit doctos in eiusdem codicis Veneti fol. 1r in ornatus ibi picti ora summa Senatoris nomen inscriptum esse σι να τω ϱ.

Quam supra legimus, Nomocanonis a Nicolao Doxapatre expositi mentio in adnotatione codicis Veneti facta demonstrat Doxapatrem illum, qui in inscriptione Nomocanonis in nostro codice Vaticano graeco 2019 (f. 9v) indicatur, ⟨Nicolaum⟩ Doxapatrem intellegendum esse. Immo Doxapatrem in codice Vaticano graeco 2019 indicatum eundem esse atque Nicolaum Doxapatrem etiam illud comprobat, quod Nicolaus Doxapatres, qui expositionem in s. Gregorii Nazianzeni tetrasticha iambica (carm. I 2, 33) composuit, in nonnullis codicibus iisdem dignitatibus ornatus memoratur atque Doxapatres Nomocanoni in codice Vaticano graeco 2019 praescriptus (cf. Friedhelm Lefherz, *Studien zu Gregor von Nazianz*, Diss. Bonn 1958, pp. 180 sqq., praesertim pp. 188–191). Nicolaus vero Doxapatres haud scimus an officiis illis Constantinopoli perfunctus postea in Sicilia et Italia australi monasticam disciplinam amplexus nomine rite mutato idem homo fuerit atque monachus Nilus Doxapatres, qui celebrem illam Notitiam patriarchatuum anno 1142/1143 composuit (cf. Hans-Georg Opitz, *Untersuchungen zur Überlieferung der Schriften des Athanasius* [Arbeiten zur Kirchengeschichte, 23], Berlin-Leipzig 1935, pp. 28–30; V. Laurent, « L'œuvre géographique du moine sicilien Nil Doxapatris, » *Échos d'Orient* 36 [1937] pp. 5–30, praesertim pp. 12–14). Sed Zachariae von Lingenthal (*Sitzungsberichte der Königlich Preussischen Akademie der Wissenschaften zu Berlin*. Jahrgang 1887. Zweiter Halbband, p. 1160) nimis incaute videtur coniecisse codicem Vaticanum graecum 2019 eundem illum Nomocanonem esse, quem aliis cum libris Senator Malenus magnus iudex monasterio de Patirio donavisset (de Maleinis sive Malenis gente Byzantina nobilissima, quae etiam in Calabria florebat, cf. Batiffol, *L'abbaye de Rossano* p. XXXI, passim; qui vir doctissimus p. XI haud perspexit in Calabria Senatorem praenomen usitatum fuisse, non dignitatis vocabulum). Attamen opinio illa, quam Zachariae a Lingenthal protulit (cum antea anno 1881 in Iustiniani Novellarum editione, I p. VIII n. 5, aliter iudicasset), perquam dubia est, nam Doxapatres nullo praenomine Nomocanoni Vaticano praescriptus est, ut adnotationis Venetae scriba praenomen Nicolai Doxapatris in eo codice, qui nunc est Vaticanus, videre nequiret. Porro etiamsi Senator de Crit( )n( ) in adnotationibus codici Vaticano graeco 2019 inscriptis nullo nomine gentilicio ornatus apparet, nequaquam constat eum e Maleinorum gente fuisse. Accedit, quod quidam Rhabdas donationis notam libro Vaticano graeco 2019 inscripsit, ut iure haereamus, qui fieri potuerit, ut idem liber a Senatore Maleno donaretur. Equidem illud contendo probari non posse Senatorem de Crit( )n( ) eundem fuisse hominem atque Senatorem Malenum in nota Veneta memoratum (talem opinionem attigit Zachariae a Lingenthal, *Imp. Iustiniani PP. A. Novellae*, pars I p. VIII n. 5, et iniuste eam Montfauconio assignabat).

Per maximam huius codicis Vaticani graeci 2019 partem litterae initiales colore rubro scriptae sunt eaedemque saepe etiam coloro flavo exornatae, cui nonnumquam insuper color caeruleus accessit; de hoc italograecorum codicum more et habitu cf. quae supra p. 20 adnotavimus. Hunc codicem descripsit eiusque argumentum per-

censuit de Montfaucon, *Diarium Italicum* (1702) pp. 216–220; cf.: Ang. Mar. Bandini, *Catalogus codicum manuscriptorum Bibliothecae Mediceae Laurentianae varia continens opera graecorum patrum* [vol. I], Florentiae 1764 = Lipsiae 1961, p. 39 (adnotationibus illis in fol. 155ᵛ scriptis et nonnullis animadversionibus e Montfauconii *Diario* repetitis); Migne, *Patr. Gr.* 132 col. 1081–1082 (haec e Montfauconii *Diario* fluxerunt); tum codicem descripsit Batiffol, *L'abbaye de Rossano* p. 57 (adnotationibus e fol. 155ᵛ et 165ᵛ allatis), p. 100 n. 2. Praeter ea, quae iam supra laudavi, cf. etiam: de Montfaucon, *Palaeographia graeca* pp. 302 sq.; Zachariae a Lingenthal, *Imp. Iustiniani PP. A. Novellae*, pars I pp. IV, VIII n. 5; Schoell-Kroll, *Corpus Iuris Civilis* [6] vol. III, p. XIV n. 1; Giovanni Mercati, *Per la storia dei manoscritti greci di Genova, di varie badie basiliane d'Italia e di Patmo* (Studi e Testi, 68) pp. 78, 309; Robert Devreesse, *Les manuscrits grecs de l'Italie méridionale* (Studi e Testi, 183), Città del Vaticano 1955, p. 41 n. 4. Ex ipso codice imaginem admodum rudem, quae ad librarii principalis scripturae habitum cognoscendum nulli usui est, folii 49ᵛ partis inferioris expressit de Montfaucon, *Palaeographia graeca* in ima p. 301 (sub num. II) eiusdemque textum typis mandavit pp. 302 sq. (sunt verba Alexii Aristeni in canones Concilii Carthaginiensis: ed. Migne, *Patr. Gr.* 138 col. 349 B 12 — C 14). — De variis rebus ad adnotationum illarum argumentum spectantibus interrogati benigne mihi responderunt, qua sunt eximia doctrina: Renata Toole Kahane, Ernestus H. Kantorowicz, Leo Robertus Ménager, Orontius Parlangèli.

Tabula 8: A.D. 1234/1235.

Codex Vaticanus graecus 731, bombycinus, foliorum refectorum forma mm. 172 × 138 (pristina forma mm. 172 × ca. 125), numero 193 (reapse 194, namque etiam fol. 177ᵛ exstat), e quattuor partibus disparatis saeculis XIII et XIV scriptis nunc una compactis constat continetque in foliis 1ʳ–96ᵛ Apophthegmata Patrum precibus quibusdam subiunctis, et in reliquis partibus habet varia sacra. Nostra quidem interest eam partem, quae folia 1–96 complectitur, considerare, quippe quae ab eiusdem librario A.M. 6743 = A.D. 1234/1235 in folio 93ʳ subscripta sit (cf. tab. **162d**): *ἐγράφη δὲ ἐν ἔτη ἔτους ,ς̄ψ̄μ̄γ̄' ἰνδικ(τιῶνος) η̄* :· Idem librarius etiam folia 173ʳ–193ᵛ videtur exaravisse. In tabula **8** damus imaginem foliorum 69ᵛ–70ʳ, quae continent verba PAULI HELLADICI EPISTULAE (ed. Vilelmus Lundström, *Anecdota Byzantina e codicibus Upsaliensibus*, fasc. I [Collectio Scriptorum Veterum Upsaliensis], Upsaliae-Lipsiae 1902, pp. 17, 15 — 19, 13). De hoc codice cf.: Devreesse, *Codices Vaticani graeci* III pp. 236 sq., p. XIV; Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 129 (librarii nomine vano perperam invecto).

Tabula 9: A.D. 1236.

Codex Barberinianus graecus 297 (olim III. 16), membranaceus rescriptus, mm. 145 × 110, foliorum 125 (quorum novi numeri angulis inferioribus dextris impressi sunt) vel potius 126 (namque etiam folium 115ª exstat), a scriptura antiquiore quaedam liturgica vel sacra prodit fere exeunte saeculo X vel ineunte XI scripta, quamquam folii 60ᵛ textum antiquiorem ineunti saeculo X assignaverim. Scriptura antiquior a manu illa saec. X/XI profecta in nonnullis paginis locos Paracletices feriae VI et sabbato, ut videtur, toni quarti obliqui destinatos prodit. Velut haec sive legimus sive vestigiis dispectis illic exstitisse cognovimus: (fol. 7ʳ) *ἰσχὺ[ν] — αὐτὸν* (ed. *Παρακλητικὴ ἤτοι Ὀκτώηχος ἡ μεγάλη, ἐν Ῥώμῃ* 1885, p. 702, 35–39; *Παρακλητική* [*ἐκδόσεις Φῶς*], *Ἀθῆναι* 1959, p. 462ᵇ, 24–29); (fol. 7ᵛ) [*Ἐπι*]*γείους ἄθλους — εὐσεβῶς πρὸς* (ed. Rom. 1885, pp. 701, 37 — 702, 4; ed. Athen. 1959, p. 462ª, 4–15); (fol. 8ᵛ) [*λό*]*γχῃ θείαν — ἐμεγάλυνες* (ed. Rom. 1885, p. 687, 34–36; ed. Athen. 1959, p. 452ᵇ, 19–23); *ἱλάσθητί μοι σ(ωτ)ήρ:* [*Ἀπ*]*έστην — πανσεβάσμιε* (ed. *Παρακλητικὸν σὺν Θεῷ ἁγίῳ Τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. Ποίημα τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ* [ed. Philippus Vitali hieromonachus Cryptoferratensis, Romae] 1738, p. *ρξς´* col. sin., lin. 14–26); tum uno tropario interiecto [*Σ(ωτῆ)ρ*]*α καὶ — ἀσθενεία μου* (ed. [Romana] 1738, p. *ρξς´* col. sin., lin. 27 — col. dextr., lin. 4); (fol. 9ʳ) *Βασιλικῶς — ἀναβλαστάνουσ*[*ιν*] (ed. Rom. 1885, p. 704, 3–13; ed. Athen. 1959, p. 463ᵇ, 5–19). Textus recentior, qui nobis quidem curae est, a quattuor librariis in Italia australi scriptus est, quorum unus folia 1–113, alter folia 114–116, tertius folium 117, quartus folia 118–125 exaravit. Qui codicis maximam partem foliis 1–113 constantem exaravit, Ioannes Neretinus (nempe ab oppido Nereto terrae Hydruntinae, quod hodie Nardò vocatur, ita dictus), die 13 Iunii A.M. 6744 = A.D. 1236 subscriptionem quattuor dodecasyllabis praemissis fecit in folio 58ᵛ voce *στίχ(οι)* in margine adscripta (cf. tab. **163a**):

† *σοὶ Χ(ριστ)ὲ χάριν τῷ χαρίσαντι νέμω,* |
πρὸ(ς) ἀχάριστον Ἰωάννην σὸν λάτριν, |
ὑγείαν· ὃν φύλαττε καὶ πάσης βλάβης, |
ψυχοφθόρου ῥύσαιο τῇ σῇ δυνάμει: – |

+ *ἐγρά(φη) τὸ παρὸν βιβλίον διὰ χειρὸς Ἰω(ά)ννου* | *Νερετηνοῦ, μη(ν)ὶ ιουνίω εἰς τ(ὰς) ιγ̄ ἡμέρ(ᾳ) παρα(σκευῇ):* | *ὥρ(ᾳ) θ̄: ἔτει δὲ ,ςψμδ̄: τῆς ἰνδ(ικτιῶνος) θ̄:* – Totius folii 58ᵛ imaginem dedit Martiniano Roncaglia, *Georges Bardanès métropolite de Corfou et Barthélemy de l'Ordre Franciscain* (Studi e Testi Francescani diretti da Alberto Ghinato, 4), Rome 1953, tab. II. Insunt in codice a scriptura recentiore haec: (f. 1ʳ⁻ᵛ) Georgii ⟨Bardanis⟩ metropolitae Corcyraei opusculi de igne purgatorio initium (ed. Roncaglia, *op. laud.* pp. 56, 1 — 60, 42); (f. 2ʳ–34ᵛ) Nicolai Hydruntini ⟨sive postea Nectarii Casulani⟩ Synopsis dogmatum vel Syntagmata disputationum tria, mutila (cf. opusculi editionem, quam omissa primi syntagmatis parte iuris publici fecit Episkop

Arsenij, *Nikolaja Gidruntskago* [*Otrantskago*], *igumena grečeskago monastyrja v Kazulach, Tri zapisi o sobesědovanijach Grekov s Latinjanami po povodu raznostej v Věrě i obyčajach cerkovnych*, Novgorod 1896; syntagma III perperam sub nomine Gennadii Scholarii editum est apud Migne, *Patr. Gr.* 160 col. 737 C 1 — 744 C 1; cf. Silvano Borsari, *La Parola del Passato* 6 [1951] pp. 305–309; Robert Devreesse, *Les manuscrits grecs de l'Italie méridionale* [Studi e Testi, 183], Città del Vaticano 1955, pp. 45 sqq.; Hans-Georg Beck, *Kirche und theologische Literatur im byzantinischen Reich*, München 1959, pp. 669 sq.); (f. 35r–46r) expositiones in locos Veteris et Novi Testamenti; (f. 46v–47v) περὶ τῶν τεσσάρων καιρῶν; (f. 48r–58v) sermones consolatorii ad defunctos; (f. 59r-v) ex Hippolyti Thebani Syntagmate chronologico excerpti de prosapia Christi fragmentum (cf. Migne, *Patr. Gr.* 117 col. 1029 A 9 sqq.; cf. Franz Diekamp, *Hippolytos von Theben. Texte und Untersuchungen*, Münster i.W. 1898, pp. 1 sqq.); (f. 60r-v et 62r–113v) Ἐρωταποκρίσεις; (f. 61r-v) fragmentum expositionis in Ev. Matth. 26, 23–50; (f. 114r–116v) Georgii Choerobosci fragmentum grammaticum; (f. 117r-v) Vita s. Symeonis stylitae prope Antiochiam auctore Antonio (Halkin, *Bibl. Hagiogr. Gr.*[3] num. 1683d), finis (ed. Hans Lietzmann in: Hans Lietzmann — Heinrich Hilgenfeld, *Das Leben des heiligen Symeon Stylites* [Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altchristlichen Literatur, 32. Band, Heft 4], Leipzig 1908: cf. versionem C ad p. 76, 6–7 δέξασθαι — p. 78); (f. 117v) Passio s. Agathae (Halkin, *Bibl. Hagiogr. Gr.*[3] num. 37), initium (ed. Migne, *Patr. Gr.* 114 col. 1332 A 1–2); (f. 118r–125v) Passio s. Blasii episcopi Sebasteae (cf. Halkin, *Bibl. Hagiogr. Gr.*[3] num. 276), initio et fine amissis (cf. Migne, *Patr. Gr.* 116 col. 817 A 15 — 829 B 9). Quae in tabula **9** exhibemus, folia 8v–9r a Ioanne Neretino scripta continent partem Nicolai Hydruntini Synopsis dogmatum ad Syntagma III referendam (ed. Episkop Arsenij, *op. laud.* pp. 74, 2 — 75, 16; haec invenies etiam sub Gennadii Scholarii nomine edita apud Migne, *Patr. Gr.* 160 col. 742 C 14 — 743 B 6). Alia ex hoc codice eiusdem scripturae exempla expressa dedit Roncaglia, *Georges Bardanès métropolite de Corfou*, tab. I (= fol. 1r), tab. II (= fol. 58v, cf. supra). In hoc codice quaedam litterae initiales sectionum et adeo quaedam litterae vocum initiales aut mediae earumve partes praesertim rotundae vel ovatae saepe colore rubro coopertae sunt, quod haud raro in codicibus italograecis usu venit (cf. Pierre Batiffol, *L'abbaye de Rossano*, Paris 1891, p. 91; cf. infra p. 84). Huius quidem codicis habitus italograecus facile agnosci potest, quamquam eiusdem scriptura haud ita pecularis est atque ea, quam in terrae Hydruntinae codicibus postea exeunte saeculo XIII scriptis animadvertimus (exempli causa cf. infra tabulas 40, 43, et alias imagines, quas p. 72 ad tab. 40 laudavimus). De foliorum 8v–9r scriptura antiquiore cf. quae supra adnotavimus. De hoc codice cf.: Seymour de Ricci, « Liste sommaire des manuscrits grecs de la Bibliotheca Barberina, » *Revue des bibliothèques* 17 (1907) p. 104; Roncaglia, *Georges Bardanès métropolite de Corfou* pp. 9, 17, 25 sqq., 36 38, 55; Batiffol, *L'abbaye de Rossano* pp. 163, 95 (etiam cf. p. xxviii de oppido Nereto sive *Nardò*); Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 181; Alberto Vaccari, « La Grecia nell'Italia meridionale, » *Orientalia Christiana* vol. III–3, Num. 13 (1925) p. 313; Devreesse, *Les manuscrits grecs de l'Italie méridionale* (Studi e Testi, 183) p. 50, de codicibus e terra Hy-

druntina exortis pp. 44 sqq.; Giovanni Mercati, *Opere minori* vol. IV (Studi e Testi, 79), Città del Vaticano 1937, p. 70; Raymond J. Loenertz, *Mémorial Louis Petit. Mélanges d'histoire et d'archéologie byzantines* (Archives de l'Orient Chrétien, I), Bucarest 1948, p. 324 n. 1, pp. 334 sq. (ex huius codicis Barberiniani graeci 297 foliis 20^{v} lin. 7 — 21^{r} loco Nicolai Hydruntini Synopsis edito, quem etiam apud Arsenij, *op. laud.* pp. 38, 18 — 39, 24 invenies); Leo Allatius, *De ecclesiae occidentalis Atque orientalis perpetua consensione, Libri Tres*, Coloniae Agrippinae 1648, col. 662–664 (temporis nota, quam librarius scripsit, prave lecta); V. Vasil'evskij, *Žurnal Ministerstva Narodnago Prosvěščenija*, čast' 238 (1885), otděl nauk 2, pp. 224-233, praesertim p. 229 de codicis subscriptione; Ed. Kurtz, *Byzantinische Zeitschrift* 15 (1906) pp. 607 sq. Hunc codicem, quamquam hagiographica quaedam includit, praetermisit [H. Delehaye], « Catalogus codicum hagiographicorum graecorum Bibliothecae Barberinianae de Urbe, » *Analecta Bollandiana* 19 (1900) pp. 81–118.

De Georgio Bardane etiam cf. *Νικόλαος Β. Τωμαδάκης, Σύλλαβος Βυζαντινῶν μελετῶν καὶ κειμένων, ἐν Ἀθήναις* 1961, pp. 423–436 (= *Ἐπετηρὶς Ἑταιρείας Βυζαντινῶν Σπουδῶν* 27 [1957] pp. 43–56). De Georgio Bardane, Nicolao Hydruntino et monasterio Casulano, cf. Girolamo Golubovich, *Biblioteca bio-bibliografica della Terra Santa e dell'Oriente Francescano* I, Quaracchi presso Firenze 1906, pp. 170–175; Donald M. Nicol, *The Despotate of Epiros*, Oxford 1957, pp. 116, 126 n. 8.

Tabula 10: A.D. 1244.

Codex Barberinianus graecus 515 (olim V. 11), membranaceus, mm. 280 × 225, foliorum 174 (vel potius 175, nam exstat etiam folium 25bis), ab uno librario scriptus est, qui in folii 96^{v} margine superiore notam fecit, qua codicem usque ad illum locum a se exaratum esse mense Augusto A.M. 6752 = A.D. 1244 indicaret (cf. tab. **163b**): † *μέχρι τοῦ τῆδε λόγου παρ' ἡμῶν ἐγεγράφη(σ)αν ἐν τῶ αὐγούστω μη(νὶ) τῆς δευτέρας ἰν(δικτιῶν)ο(ς) τοῦ ,ςψνβ ἔτους*: cui notae idem scriba *συλλεγέντων τινῶν ἐνταῦθα* supra lineam addidit. Hoc codice varia opera sacra, ascetica, moralia, homiletica continentur et permulta insunt opera Euagrii Pontici. Et quidem codicis materia est fere haec: f. 1^{r} florilegium ex utroque Testamento concinnatum; f. 6^{r} s. Basilii Magni sermones ascetici; f. 26^{v} s. Basilii Magni epistula 2 ad s. Gregorium Nazianzenum (ed. Migne, *Patr. Gr.* 32 col. 224 A — 233 B 8); f. 33^{r} s. Macarii Aegyptii doctrina (cf. Halkin, *Bibl. Hagiogr. Gr.*^{3} num. 1445r; cf. Paulus Euergetinus, *Συναγωγὴ τῶν θεοφόρων ῥημάτων καὶ διδασκαλιῶν* ed. *Ἀντ. Στ. Γεωργίου, ἐν Ἀθήναις* 1901, lib. I cap. 22 p. 67^{b}, 45, et lib. III cap. 44 p. 380^{b}, 16); f. 39^{r} s. Maximi Confessoris capita de caritate (multis omissis; cf. Migne, *Patr. Gr.* 90 col. 961 A 10 sqq.). Fortasse omnia, quae foliis 50^{v} lin. 2 113^{v} lin. 11 continentur, Euagrii Pontici opuscula sunt: f. 50^{v}-57^{r} lin. 8 Euagrii Pontici sententiae ad monachos, omisso fine (ed. Hugo Gressmann, *op. infra laud.* p. 153 § 1 — p. 164 § 133); f. 57^{r} lin. 8 - 61^{r} Euagrii Pontici capita cognoscitiva et sententiae (ed. J. Muyldermans, *Le Muséon* 44 [1931] pp. 51–57); f. 61^{r}–65^{v} Paraenesis ad mona-

chos (cf. quae sub s. Nili nomine edita sunt apud Migne, *Patr. Gr.* 79 col. 1236 A 1 — 1240 B 10; cf. J. Muyldermans, *Le Muséon* 51 [1938] pp. 200–203); f. 65v–68r Euagrii Pontici Paraenesis ad virginem (ed. Gressmann, *op. infra laud.* pp. 146–151); f. 68r–78v ⟨de octo spiritibus malitiae⟩ (cf. s. Nilus apud Migne, *Patr. Gr.* 79 col. 1145–1164); f. 79r–82r de vitiis quae opposita sunt virtutibus (cf. s. Nilus apud Migne, *Patr. Gr.* 79 col. 1141 A 15 — 1144); f. 82v–85r lin. 12 eiusdem ⟨scilicet Euagrii⟩ sententiae (f. 82v 83r lin. 4: cf. s. Nili capita paraenetica apud Migne, *Patr. Gr.* 79 col. 1249 C 1 - 1252 B 3; f. 83r lin. 4 — 85r lin. 12: cf. Euagrii sententiae apud Migne, *Patr. Gr.* 40 col. 1268 C — 1269); f. 85r lin. 13 — 113v lin. 11 sententiae de vita, virtute et vitio (quae quodammodo comparari possunt cum s. Maximi Confessoris capitibus theologicis: cf. Migne, *Patr. Gr.* 91 col. 721 sqq.). Tum f. 113v lin. 12 — 116v Vita s. Euphrosyni coqui, initio omisso (Halkin, *Bibl. Hagiogr. Gr.*³ num. 628; ed. Léon Clugnet, *Revue de l'Orient Chrétien* 10 [1905] pp. 42, 20 — 45, 26); f. 116v Narratio de diacono cum defuncto presbytero reconciliato seu de miraculo a Niceta chartulario CPoli patrato (Halkin, *Bibl. Hagiogr. Gr.*³ num. 1322d, tom. III p. 179); f. 120r Diadochi episcopi Photicensis Visio (ed. Édouard des Places, *op. infra laud.* pp. 169–179; cf. Halkin, *Bibl. Hagiogr. Gr.*³ num. 2470); f. 126v s. Ioannis Chrysostomi Ecloga 47 Quod non indigne accedendum sit ad divina mysteria (ed. Migne, *Patr. Gr.* 63 col. 895 lin. ab imo 3 — 900 lin. 20); f. 130r ⟨Christophori patriarchae Alexandrini⟩ quae fertur homilia de vita humana (ed. Migne, *Patr. Gr.* 100 col. 1216–1232); f. 139v–174v ⟨s. Anastasii Sinaitae⟩ Interrogationes et responsiones, desideratur finis (ed. Migne, *Patr. Gr.* 89 col. 329 — 428 B 2). In tabula **10** exhibemus folii 29v partem superiorem, quae continet verba s. Basilii Magni epistulae 2 (ed. Migne, *Patr. Gr.* 32 col. 228 A 11 — B 11; Yves Courtonne, *Saint Basile, Lettres* [Collection Budé] tome I, Paris 1957, p. 8 § 2 lin. 59 — § 3 lin. 1). In folii 25bisr angulo inferiore sinistro nomen exaratum est, quod forsitan pristini possessoris fuerit: *Antonius fattinotiu* (aut *fartinotiu* aut *famnotiu*; *-tiu* fortasse ex *-siu* factum est). Nominis lectionem mea causa benigne perscrutatus est Augustus Campana v. cl. De hoc codice cf.: Seymour de Ricci, « Liste sommaire des manuscrits grecs de la Bibliotheca Barberina, » *Revue des bibliothèques* 17 (1907) p. 118; J. Muyldermans, « Evagriana, » *Le Muséon* 44 (1931) pp. 37 sqq.; J. Muyldermans, « Evagriana. Le Vatic. Barb. graecus 515, » *Le Muséon* 51 (1938) pp. 191–226; Hugo Gressmann, *Nonnenspiegel und Mönchsspiegel des Euagrios Pontikos* (Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altchristlichen Literatur, XXXIX. Band, Heft 4), Leipzig 1913, pp. 144, 152; V. N. Beneševič, « *Viděnie* » *Diadocha, episkopa Fotikijskago v Epirě* (Zapiski Imperatorskoj Akademii Nauk. Mémoires de l'Académie Impériale des Sciences de St.-Pétersbourg, VIIIe série. Classe historico-philologique. Volume VIII. No. 11), St.-Pétersbourg 1908, p. 1; Édouard des Places, *Diadoque de Photicé* (Sources Chrétiennes, No. 5 *bis*), Paris 1955, pp. 78 sq.; Stig Y. Rudberg, *Études sur la tradition manuscrite de saint Basile*, Lund 1953, pp. 176 sq. (siglo δ indito).

Tabulae 11 et 12: A.D. 1244-1254.

Codex Vaticanus graecus 105, bombycinus, mm. 257 × 172, foliorum IV + 420, in duas partes dispertitus (I: fol. IV, 1–184; II: fol. 185–420 foliis 419-420 vacuis relictis), continet opera rhetorica praecipue Aphthonii et Hermogenis cum scholiis ita concinnata, ut seriem foliorum verba ipsius auctoris (*κείμενον*) continentium series foliorum (quae interdum inscribitur *ἑρμηνεία* vel *ἐξήγησις*) scholia in textum praecedentem exhibentium subsequatur; etiam est cum in utroque genere singula folia procedant. Alia manus ipsum textum, alia manus scholia exaravit, licet ambae simillimae et plane coaevae sint. Plerumque quaternionem, qui textum atramento nigro scriptum ab altero scriba continet, fasciculus vel fasciculi commentarium in textum praecedentem continentes fere colore subflavo ab altero scriba Thoma monacho, qui codicem subscripsit, exarati subsequuntur. Nisi quod animadverti intra quaterniones, qui foliis 38–45, 46–53, 54–61 constant, ambos scribas alterna vice suam quemque operam explevisse. Quae res maximo est documento ambos librarios eodem tempore ad hunc codicem conficiendum operam contulisse. At scholiorum scriba totam huius codicis coagmentandi rationem informasse videtur, cum partes textus ab laboris socio scriptas et partes scholiorum a se ipso scriptorum aptissime designaret et concinnaret. Idemque vero scholiorum scriba, cui nomen erat Thomas monachus, tempus operae absolutae subscriptione in folio 418ʳ–418ᵛ facta ita indicavit, ut spatium inter annos 1244 et 1254 interiectum significari colligamus (cf. tab. **163c**): *Τῷ συντελεστῇ τῶν καλῶν θ(ε)ῷ χάρις: Ἐτελειώθη ἡ παροῦ(σ)α βίβλο(ς) ἐπὶ τῶν χρό(ν)ων* | *τοῦ φιλοχρίστου ἄνακτο(ς) Ἰω(άννου) τοῦ Δούκα. καὶ Ἄννης τῆς εὐσεβεστάτης αὐγούστης. Μα(νουὴ)λ τοῦ* | *ἁγιωτ(ά)τ(ου) καὶ οἰκουμενικ(οῦ) π(ατ)ριάρχ(ου) παρὰ ἁμαρτωλοῦ (μον)αχ(οῦ) Θωμᾶ. παρακαλῶ οὖν τοὺς ἐντυγχάνοντας* | *τῇ παρού(σ)ῃ πραγματεία λέγω τῇ περὶ ἰδεῶν εἴτι που παρεσφάλην συγγνωμονεῖν μοι. τίς* || *γὰρ τῇ λητοῖ ἐναντιοῦσθαι δυνήσεται· ἄλλως τε καὶ πολὺ τὸ ἐσφαλ*|*μένον τῷ ἀντιγράφω ἐξ οὗ μοι ταῦτα ἐγράφησαν.* | *καὶ τὸ δὴ μεῖζον,* (hae tres voces in rasura a textus librario scriptae videntur) *λίαν ὄντι* (ex *ὅτι* corr.) *σεσαθρωμένω* (*-ω* ex correctione)· *δίκαιον μὲν οὖν εὔχεσθ(αι) μᾶλλον* | *ὑπὲρ ἐμοῦ καὶ τῆς προθυμίας με ὑπέραποδέχεσθ(αι)*:+ Ioannes III Ducas Batatzes imperator (1222–1254) anno 1244 Constantiam Annam de Hohenstaufen (Frederici II imperatoris filiam) in matrimonium duxit. Manuel vero II patriarcha dignitate patriarchica inde ab anno 1244 usque ad annum 1254 functus est, quo anno diem supremum obiit paulo ante quam Ioannes III Batatzes die 3 Novembris 1254 vita decessit. Itaque necessario ponimus hunc librum illo temporis intervallo inter annum 1244 et autumnum anni 1254 interiecto absolutum esse. In tabula **11** manum Thomae monachi commentariis operam navantis folio 162ʳ expresso illustramus, quod continet verba Ioannis Doxapatris in Hermogenem de ideis (ed. Hugo Rabe, *Prolegomenon Sylloge* [Rhetores Graeci, vol. XIV], Lipsiae 1931, p. 420, 7–14; p. 402, 2–17; pp. 421, 10 — 422, 9; cf. quae commentatus est Rabe, *op. laud.* p. cxiv). Tum in tabula **12** scripturam alterius librarii,

cui rhetorum ipsorum textus debetur, ostendimus folio 152v expresso, quod continet verba ROMANI SOPHISTAE DE REMISSO GENERE DICENDI (ed. Walter Camphausen, *Romani sophistae περὶ ἀνειμένου libellus* [Rhetores Graeci, vol. XIII], Lipsiae 1922, pp. 5, 6 — 6, 21). Hunc codicem olim possidebat Cyrillus Turditzes (fol. 1r): † *Κυρίλου τοῦ Τουρδίτζη*:– De hoc codice cf.: Mercati-Franchi de' Cavalieri, *Codices Vaticani graeci* I pp. 126, xxv; Hugo Rabe, «Aus Rhetoren-Handschriften,» *Rheinisches Museum für Philologie*, Neue Folge 63 (1908) pp. 512 sqq.; Walter Camphausen, *Romani sophistae περὶ ἀνειμένου libellus* pp. III sq.

De Ioannis III Batatzis et Constantiae Annae matrimonii tempore cf. Franz Dölger, *Regesten der Kaiserurkunden des oströmischen Reiches von 565–1453* (Corpus der griechischen Urkunden des Mittelalters und der neueren Zeit. Reihe A: Regesten. Abteilung I), 3. Teil, München-Berlin 1932, p. 19 num. 1779. De Manuele II patriarcha cf.: *Μανουὴλ Ἰ. Γεδεών, Πατριαρχικοὶ πίνακες, ἐν Κωνσταντινουπόλει* [1885–1890], pp. 387–389; S. Vailhé, *Dictionnaire de théologie catholique* III, Paris 1908, col. 1310; V. Grumel, *La chronologie* (Traité d'études byzantines publié par Paul Lemerle, I), Paris 1958, p. 437. De quaestione illa, quo tempore Ioannes III Batatzes diem supremum obierit, cf. V. Laurent, «Notes de chronographie et d'histoire byzantine,» *Échos d'Orient* 36 (1937) pp. 162–165.

Tabula 13: A.D. 1251.

Codex Vaticanus graecus 106, bombycinus (foliis membranaceis admixtis), mm. 258 × 178, foliorum IV + 361, constat e duobus libris una compactis, quorum unus folia 1–257 anno 1251 subscripta complectitur, alter folia 258–361 posteriore saeculi XIII parte exarata. In partis prioris quinionibus, qui sunt illic fasciculi plurimi, bifolium extremum scilicet folia primum et decimum membranacea sunt. Totus vero codex opera rhetorica Aphthonii scholiis marginalibus instructa atque opera Hermogenis et Ioannis Doxapatris continet. Nostra quidem interest tantummodo librum priorem (fol. 1–257), ut qui temporis nota sit praeditus, diligentius hic examinari. Etenim exstat huius partis prioris subscriptio in folio 257r monocondyliis facta, qua haec quidem codicis pars die 6 Septembris A.M. 6760 = A.D. 1251 absoluta esse probatur (cf. tab. **164**): † *τέλος σὺν θ(ε)ῷ τῆς* | *ῥητορικῆς Ἑρμογένους ἐν μηνὶ* | *σεπτεμβρίῳ ἕκτη ἰνδικτιῶνος,* | *τρισκαιδεκάτης: ἔτους ,ϛψξ* + (manus posterior *ξ* in *ζ* mutavit). De spiritibus accentibusque supra litteras numerales positis animadvertas velim librarios nonnumquam hac ratione spiritum initialem et accentum finalem nominum ordinalium significasse (scilicet *ϛ* ob vocis *ἑξακισχιλιοστοῦ* spiritum asperum initialem et accentum circumflexum finalem hic scriptum est et similia alibi usu veniunt). In subscriptione indictionem decimam (pro tertia decima) indicare debuit librarius. Ex hac codicis parte in tabula **13** folium 44r expressimus, quod continet in textu verba APHTHONII PROGYMNASMATUM cap. X (ed. Hugo Rabe, *Aphthonii Progymnasmata* [Rhetores Graeci, vol. X], Lipsiae 1926, pp. 31, 13 — 32, 2) cum scholiis marginalibus (ed. Christianus Walz, *Rhetores*

Graeci vol. II, Stuttgartiae-Tubingae 1835, pp. 640, 29 — 641, 3; p. 641, 9–23; et insuper exstant ea quae ed. Hugo Rabe, *Ioannes Sardianus in Aphthonii Progymnasmata* [Rhetores Graeci, vol. XV], Lipsiae 1928, p. 184, 4–19; p. 182, 5–20). Hoc folium 44 bombycinum est; in pagina, cuius imago in tabula exhibetur, textus Aphthonii colore subrubro scriptus est, scholia vero atramento nigro sunt exarata. Haud scio an possessoris sit nota, quae in altera codicis parte manu saeculi XIV/XV in folio 312ʳ scripta legitur: † *ὦ Χ(ριστ)ὲ βοήθει τῷ σῷ δούλῳ Δημητρίῳ τῷ Ἀθηναίῳ*: + De hoc codice cf.: Mercati-Franchi de' Cavalieri, *Codices Vaticani graeci* I pp. 126 sq.; Hugo Rabe, *Prolegomenon Sylloge* (Rhetores Graeci, vol. XIV), Lipsiae 1931, pp. LV, LXXXVI, CXIV.

Tabulae 14, 15, 16: A.D. 1253.

Codex Vaticanus graecus 10, bombycinus, permultis foliis membranaceis admixtis ita, ut in multis fasciculis ternio vel adeo quaternio bombycinus bifolio membranaceo insertus sit, cm. circa 25 × 17, foliorum II + 301, quibusdam grammaticis in codicis principio additis continet Ioannis Zonarae* Lexicon (sive Lexicon Tittmannianum) ita inscriptum (fol. 11ʳ): *Συναγωγὴ λέ(ξε)ων ἐκ διαφόρων βίβλων συλλεγεῖσα· τῆς παλαιᾶς τέ φη|μι γρα(φ)ῆς καὶ τῆς νέας· καὶ αὐτῆς δήπου, τῆς θύραθεν.* Codicem finivit die 10 Ianuarii A.M. 6761 = A.D. 1253 Georgius Timiostaurit[es], cuius subscriptio rubro colore in folio 301ʳ facta comparet (cf. tab. **165a**): † *ἐτελιώθη τὸ παρὸν λεξικὸν βιβλίον, διὰ | χειρῶν Γεωργίου εὐτελοὺς τοῦ Τιμιοσταυρίτ*[ου] | *μηνὶ ἰαννουαρίῳ δεκάτ(η)· ἡμ(έ)ρ(ᾳ) ζ' ἰν(δικτιῶνος) ἐνδεκάτης ωρ*[α] | *δεκάτ(η)· τοῦ ἔτους ,ϛψξα* ++ *δόξα σ*[οι] | *Χ(ριστ)ὲ ὁ θ(εό)ς μου δόξα σοι ἀμήν* + Nomen Timiostauritae haud scio an indicet Georgium illum cuiusdam monasterii S. Crucis monachum vel inquilinum fuisse. Quod si ita fuit, haeremus, de cuius urbis monasterio agatur. Re quidem vera tres librarii codicem alterna vice exaraverunt. Etenim librarius, qui codicem subscripsit, Georgius ille Timiostaurites folia 1ʳ–10ʳ, 18ᵛ lin. 17 — 204ʳ, 274ʳ inde a media linea 16 — 301ʳ, 301ᵛ inde a linea 3 usque ad mediam lineam 14 exaravit. Alter autem scriba folia 11ʳ–18ᵛ lin. 16 scripsit. Tertius denique scriba folia 204ᵛ–274ʳ usque ad huius paginae mediam lineam 16 exaravit. Et quidem librarii praecipui, Georgium Timiostauritam dico, scripturam in tabula **14** illustramus folio 149ʳ expresso, quod continet verba PSEUDO-ZONARAE LEXICI s.v. *ἐμφύλιον* sqq. (ed. Iohannes Augustus Henricus Tittmann, *Iohannis Zonarae Lexicon*, Lipsiae 1808, tom. I col. 704, 10 — 707, 20). Alterius librarii scripturam in tabula **15** ostendimus folio 17ʳ exhibito, quod continet eiusdem LEXICI verba s.v. *ἀγωγίμων* — *ἀγαθόν* (ed. Tittmann, tom. I col. 32, 2 — 34, 1). Postremo tertii librarii ductum in tabula **16** monstramus folio 206ʳ expresso, quod eiusdem LEXICI verba s.v. *κακκάβη* — *κακίαν* includit (ed. Tittmann, tom. II col. 1154, 33 — 1158, 8). Haec tria folia bombycina sunt. Litterae initiales lemmatum rubro colore scriptae sunt; in quibusdam codicis paginis etiam integra lemmata rubro colore sunt exarata. De hoc codice cf. Mercati-Franchi de' Cavalieri, *Codices Vaticani graeci* I pp. 6 sq. (nisi quod excerptum lexicographicum ad Hesiodi Opera et Dies spectans, quod in fol. 9ʳ

exstat, in libro anno 1253 scripto ne partim quidem e Manuele Moschopulo pendere posse patet; de hoc excerpto cf. etiam Hermann Schultz, *Die handschriftliche Überlieferung der Hesiod-Scholien* [Abhandlungen der Königlichen Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse. Neue Folge Band XII. Nro 4.], Berlin 1910, p. 24 n. 1 et p. 7 de codice Dresdensi Da 37).

Quaeso animadvertas in tabula 48 specimen eiusdem Lexici ex alio codice Ottoboniano graeco 252 depromptum exhiberi, quod cum hisce exemplis comparari licet. De Pseudo-Zonarae Lexici inscriptione usitata, qualem supra memoravi, cf. Leopold Cohn, *Griechische Lexikographie*, in: Karl Brugmann — Albert Thumb, *Griechische Grammatik* [4] (Handbuch der klassischen Altertumswissenschaft herausgegeben von Iwan von Müller, Zweiter Band, 1. Abteilung), München 1913, p. 704; [Johannes] Tolkiehn, « Lexikographie, » Pauly-Wissowa, *Real-Encyclopädie der classischen Altertumswissenschaft* XII, Stuttgart 1925, col. 2475 lin. 38 sqq.; Richard Reitzenstein, *Geschichte der griechischen Etymologika*, Leipzig 1897, pp. 279 sqq. (Reitzenstein p. 280 n. 1 hoc lexicon Lexicon Tittmannianum appellari voluit). Eandem illam huius Lexici inscriptionem videbis apud Charles Graux — Albert Martin, *Fac-similés de manuscrits grecs d'Espagne*, Paris 1891, tab. XII 44 (e cod. Scorialensi Ψ.III.16), cf. Texte p. 82.

Tabulae 17 et 18: A.D. 1258/1259.

Codex Vaticanus graecus 867, membranaceus, mm. 165 × 120, foliorum 187, mutilus est. Namque e fasciculorum notis colligi licet in libri initio tres fasciculos desiderari unumque fasciculum inter folia 8 et 9 periisse. Insunt: f. 1^r–21^v liber q.i. *Στεφανίτης καὶ Ἰχνηλάτης* a Symeone Seth e lingua arabica graece versus (ed. Lars-Olof Sjöberg, *Stephanites und Ichnelates. Überlieferungsgeschichte und Text* [Acta Universitatis Upsaliensis. Studia Graeca Upsaliensia, 2], Stockholm-Göteborg-Uppsala [1962], pp. 199, 2 — 212, 11; 225, 5 — 244, 3); f. 22^r–29^v Georgii Pisidae Hexaëmeri versus 916–1331 continenter plenis lineis scripti (ed. Rudolphus Hercher, in calce libri q.i. *Claudii Aeliani de animalium natura libri XVII, Varia Historia, epistolae, fragmenta*, vol. II, Lipsiae 1866, pp. 631–644; vel vv. 928–1346 apud Migne, *Patr. Gr.* 92 col. 1505 A — 1537 A); f. 30^r–43^v exempla instrumentorum et epistularum in tabellionum usum perscripta (quae ex hoc codice edidit Giannino Ferrari, « Formulari Notarili inediti dell'età bizantina, » *Bulletino dell'Istituto Storico Italiano* 33 [1913] pp. 42–65; vel libro inde seorsim expresso Giannino Ferrari, *Formulari Notarili inediti dell'età bizantina*, Roma 1912, pp. 2–25); f. 43^v nomina duodecim gemmarum (ed. C. O. Zuretti, *Catalogue des manuscrits alchimiques grecs* II, Bruxelles 1927, p. 147); f. 44^r tabula, qua Pascha secundum cyclos solarem et lunarem indicatur; f. 44^v–187^r s. Cyrilli Alexandrini* Lexicon et quaedam lexicographica de iis, quae vulgo Cyrilli Lexico subiunguntur (cf. A. B. Drachmann, *op. infra laud.* pp. 53–55), etiamque quaedam minora sacra. Codicis subscriptio A.M. 6767 = A.D. 1258/1259 in foliis 187^r–187^v facta est (cf. tab. **166**): † *ὥσπερ οἱ ἠτθὴν | περαίοντες ἤπει|ρον ληλέουν | φθάσαι· ξένοι τὲ | κτεάτεσι πα|τρῴοις*

δέρκειν· | *οὕτω δ' οἱ δέλ|τον ξύοντες* || *τέρμα γαν|νύουν φθά|σαι:* – | † *Ἔτους ,ϛψξζ'* | *ἰν(δικτιῶνος) β:* – *Ἔτους ,ϛψξζ* (in prima linea vox *ἠτθὴν* idem atque *ἰθὺν* videtur valere). In illa anni nota ultimam litteram perperam *ε* legisse videtur Bancalari et legit Zuretti (locis infra laudatis), ut uterque codicem anno 1257 attribueret. Fortasse temporis notati litterae postea atramento iteratae sunt, ut illud zeta paululum mutatum evaderet, attamen indictio luculente lectionem *ζ* fulcit. Tum in altera anni nota vestigia litterarum *ξζ* exstare videntur. Immo infra has anni notas tabula paschalis annorum mundi 6768, 6769, 6770, 6771 scripta est, quae annorum series manifesto codicis finiti annum 6767 subsequitur. Totus codex ab uno eodemque librario mihi quidem scriptus videtur esse, cuius tamen scripturae habitus pro argumenti indole nonnihil variabat. Namque in foliis 1r–29v, quae Stephaniten et Ichnelaten atque Georgii Pisidae Hexaëmeron continent, librarius scriptura elegantiore utebatur et compendia solito modo haud immoderate usurpabat ac scribendi rationem adhibebat, quae litterarum generi exquisitiori conveniret. Tum in foliis 44v–187r, quibus praecipue Cyrilli Lexicon aliaque minora continentur, idem librarius scriptura sollemniore et severiore adhibita — quae Cyrillici Lexici propria videtur fuisse (cf. infra tab. 53) — textum fere litteris paulo latioribus exarabat et compendiis magis temperabat. Atqui instrumentorum epistularumque exempla, quae foliis 30r–43v mandata sunt, more instrumentorum privatorum illius aetatis proprio scriptura magis cursiva et compendiis abundante litteris minoribus et tenuioribus ab illis, quas modo memoravi, codicis partibus mirum quam differunt (de instrumentorum privatorum habitu palaeographico cf. quae disseruit Franz Dölger, *Aus den Schatzkammern des Heiligen Berges* [München 1948], Textband pp. 283 sqq.; de instrumentorum privatorum habitu et compendiorum usu exempli causa has imagines cf.: V. Beneševič, *Monumenta Sinaitica archaeologica et palaeographica = Pamjatniki Sinaja archeologičeskie i paleografičeskie* fasc. II, Petropoli 1912, tab. 60; Franz Steffens, *Proben aus griechischen Handschriften und Urkunden*, Trier 1912, tab. 16; Gregorius Cereteli — Sergius Sobolevski, *Exempla Codicum Graecorum Litteris minusculis scriptorum annorumque notis instructorum.* Vol. II: *Codices Petropolitani*, Mosquae 1913, tab. XXXV; *The New Palaeographical Society. Facsimiles of Ancient Manuscripts* edited by Edward Maunde Thompson, Julius Parnell Gilson, George Frederic Warner, John Alexander Herbert, Frederic George Kenyon, Harold Idris Bell. Second Series, vol. I, London 1913–1930, tab. 158; cf. *Ἀντώνιος Σιγάλας, Ἱστορία τῆς ἑλληνικῆς γραφῆς, Θεσσαλονίκη* 1934, pp. 224–233). Hoc in universum dicere velim codicem Vaticanum graec. 867 maximi momenti esse ad rationem illam demonstrandam, quomodo scripturae habitus in eodem librario e contextus indole pendeat. Quod ut luculentius probaremus, ex hoc codice duo exempla proferre constituimus. Et quidem in tabula **17** folia 26v–27r expressimus, quae continent Georgii Pisidae Hexaëmeri versus 1153–1205 (ed. Hercher, *Claudii Aeliani de animalium natura libri XVII* etc., vol. II [1866] pp. 639 sq.; vv. 1167–1219 ed. Migne, *Patr. Gr.* 92 col. 1523 A — 1527 A). Quod est exemplum scripturae in litterarum monimentis describendis illa aetate fere usurpatae. Tum in tabula **18** folia 37v–38r expressimus, quibus exhibentur Exempla instrumentorum (quae edita invenies apud Ferrari, « Formulari Notarili inediti dell'età bizantina, »

Bulletino dell'Istituto Storico Italiano 33 [1913] pp. 53, 32 — 55, 21; vel Ferrari, *Formulari Notarili inediti dell'età bizantina*, Roma 1912, pp. 13, 32 — 15, 21). De hoc codice cf.: F. I. Uspenskij, « Vizantijskie zemleměry. Nabljudenija po istorii sel'skago chozjajstva, » *Trudy VI Archeologičeskago S"ězda v Odessě (1884 g.)*, tom II, Odessa 1888, pp. 334–336 (instrumenti exemplo e fol. 35r lin. 7–23 partim edito et rossice verso atque explanato); C. O. Zuretti, *Catalogue des manuscrits alchimiques grecs* II p. 147; Francesco Bancalari, *Studi Italiani di filologia classica* 1 (1893) p. 77; Vittorio Puntoni, « Sopra alcune recensioni dello Stephanites kai Ichnelates, » *Atti della R. Accademia dei Lincei*. Anno CCLXXXIII. 1886. Serie quarta. Classe di scienze morali, storiche e filologiche. Volume II, Roma 1886, Parte 1a — Memorie, pp. 116 sqq., praesertim p. 116 n. 6; Vittorio Puntoni, *Στεφανίτης καὶ Ἰχνηλάτης, Quattro recensioni della versione greca* (Pubblicazioni della Società Asiatica Italiana, volume II), Firenze 1889, pp. IV sq. (siglo V² codici indito); Sjöberg, *Stephanites und Ichnelates* (Studia Graeca Upsaliensia, 2) p. 40 (siglo V2 codici indito). Giannino Ferrari, « Formulari Notarili inediti dell'età bizantina, » *Bulletino dell'Istituto Storico Italiano* 33 (1913) pp. 41–128, vel libro seorsim expresso Giannino Ferrari, *Formulari Notarili inediti dell'età bizantina*, Roma 1912, 88 pp. cum addendis et corrigendis p. [89], instrumentorum et epistularum exempla illa non modo edidit, verum etiam commentario iuridico instruxit (ipso codice descripto *Bulletino* 33 pp. 41 sq. = libro seorsim expresso pp. 1 sq.). Etiam cf. A. B. Drachmann, *Die Überlieferung des Cyrillglossars* (Det Kgl. Danske Videnskabernes Selskab. Historisk-filologiske Meddelelser. XXI, 5), København 1936, p. 21.

Tabulae 19 et 20: A.D. 1259/1260.

Codex Reginensis graecus 63, membranaceus, mm. 246 × 172, foliorum 140, lineis 23–25 in singulis paginis scriptus, ab uno scriba tantumnon totus exaratus (nisi quod folia 31v–32r amanuensis quidam adiutor scripsit), continet Menaeum mensis Novembris (initio mutilum). Qui codicem paene integrum exaravit, librarius principalis Barlaam monachus A.M. 6768 = A.D. 1259/1260 in folio 140v subscriptionem fecit, quae plenis lineis (praeter paenultimam lineam breviorem eandemque in medio positam) exarata a tribus dodecasyllabis incipit, quos metrice dispositos infra distinemus. Eos modico spatio interiecto prosa subscriptionis pars subsequitur. Nempe subscriptionis verba primitus rubro colore exarata nonnullis locis sive evanida sive maculis contaminata nudis oculis vix legi possunt, ut lumine infrarubro aut ultraviolaceo opus sit. En ipsius subscriptionis verba (fol. 140v — cf. tab. **165b**):

+ *ἡ βίβλος ἅυτη, κτῆμα τοῦ Γαλησίου* (ita prima manus: hanc vocem in *τιμιου στ(αυ)ροῦ* mutavit manus recentior) |
χειρὶ γραφεῖσα, ἐσχάτου μονοτρόπων:– |
οἰκτροῦ Βαρλαὰμ πάμπαν ἡμαρ|τηκότος:–
βασιλεύοντο(ς) τοῦ | *πιστοτάτου βασι(λέ)ως ἡμῶν Ἀγγέλου Κομνηνοῦ* | *κυρ(οῦ)*

Μιχα(ὴλ) τοῦ Παλαιολόγου καὶ ἡγουμε|νεύοντος ἐν τῇ τοιαύτ(ῃ) μονῇ ...... | κυρ(οῦ) Ἰωσήφ:- | ἐν ἔτ(ει) ,ζψξη· ἰν(δικτιῶνος) ιγ +++ (indictionem tertiam indicare debuit scriba). Imagine subscriptionis examinata lectionem egregiam *ἡμαρ|τηκότος* mecum per litteras communicavit Rev. P. Franciscus Halkin S.J. vir doctissimus (cf. *πάμπαν ἡμαρτηκότος* in subscriptione codicis Athoi monasterii S. Pauli 1: cf. *Σπυρίδων Π. Λάμπρος, Κατάλογος τῶν ἐν ταῖς βιβλιοθήκαις τοῦ Ἁγίου Ὄρους ἑλληνικῶν κωδίκων* I, *ἐν Καντα βριγίᾳ τῆς Ἀγγλίας* 1895, p. 19 sub num. 128; Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 297): *ἡμ(ιτε)τηκότος* perperam legebat Stevenson, quem secuti sunt Franchi de' Cavalieri-Lietzmann. Post *μονῇ* temptare possis *τοῦ ἱερο(μον)άχ(ου)* in loco macula tecto. Quae subscriptionem subsequitur, nota in ima pagina ab eodem librario scripta: *μὴν | νοέ|βρι|ος | εἴληφε | τέλος:-* dicit mensis Novembris menaeum hic absolutum esse. Nimirum hic codex subscriptus est inter diem 1 Septembris 1259 et diem 1 Septembris 1260 regnante Nicaeae Michaële VIII Palaeologo imperatore iam tunc semel coronato (cf. Georg Ostrogorsky, *Geschichte des byzantinischen Staates*,[3] München 1963, p. 369 n. 2, p. xxx). De monasterio *τοῦ Γαλησίου* prope Ephesum sito cf. V. Laurent, *Lexikon für Theologie und Kirche*[2] IV, Freiburg 1960, col. 491 sq. s.v. Galesion; Hans-Georg Beck, *Kirche und theologische Literatur im byzantinischen Reich*, München 1959, pp. 210, 676, 692. In eodem monasterio constat codicem Parisinum graecum 857 anno ⟨1261⟩ subscriptum esse (cf. Henri Omont, *Fac-similés des manuscrits grecs datés de la Bibliothèque Nationale du IXe au XIVe siècle*, Paris 1891, Notice des planches p. 12, tab. LVI/I; François Halkin, « Manuscrits galésiotes, » *Scriptorium* 15 [1961] p. 223; Nigel G. Wilson, *Scriptorium* 15 [1961] pp. 318 sq., tab. 18) etiamque codicem Oxoniensem Bodleianum Roe 13 (cf. fol. 224r) ibidem subscriptum (cf. Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* pp. 11, 63 n. 5). In eiusdem monasterii bibliotheca fuit quondam codex Urbinas graec. 1 (cf. Stornajolo, *Codices Urbinates graeci* p. 3). Qui in codicis Reginensis gr. 63 subscriptione memoratur, monasterii illius abbas Ioseph idem est atque qui postea Ioseph I patriarcha Constantinopolitanus (1267–1275 et 1282–1283) factus est (cf. L. Petit, *Dictionnaire de théologie catholique* VIII 2, Paris 1925, col. 1541 sq. s.v. Joseph le Galésiote; F. Dölger, *Lexikon für Theologie und Kirche*[2] V, Freiburg 1960, col. 1127 sq.; Beck, *Kirche und theologische Literatur im byzantinischen Reich* pp. 676 sq.; V. Grumel, *La chronologie* [Traité d'études byzantines, I], Paris 1958, p. 437). Cum hic codex Reginensis menaeum contineat, e re esse putamus illud ostendere Ioseph I patriarcham studium singulare in menaeis collocasse (cf. *Ἀ. Παπαδόπουλος-Κεραμεύς, Ἱεροσολυμιτικὴ Βιβλιοθήκη* V, *ἐν Πετρουπόλει* 1915, p. 208 n. 1; V. Laurent, *Byzantinische Zeitschrift* 30 [1929–1930] p. 495 n. 1). In tabula **19** exhibemus imaginem folii 124r a Barlaam monacho scripti, quod continet verba Menaei diei 27 Novembris et quidem matutini officii canonis odae *ζ'* finem, *θεοτοκίον* et maiorem partem odae *η'* (ed. *Μηναῖα τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ, τόμος Β', ἐν Ῥώμῃ* 1889, pp. 302, 20 — 303, 1; *Μηναῖον τοῦ Νοεμβρίου διορθωθὲν τὸ πρὶν ὑπὸ Βαρθολομαίου Κουτλουμουσιανοῦ* [*ἔκδοσις τῆς Ἀποστολικῆς Διακονίας τῆς Ἐκκλησίας τῆς Ἑλλάδος*], *ἐν Ἀθήναις* 1960, p. 197a, 23 — 197b, 6). In margine dextro ad lineam 4 compendium *θ(εοτοκίον)* comparet. Aliud eiusdem manus specimen

invenies apud Franchi de' Cavalieri-Lietzmann, *Specimina codicum graecorum Vaticanorum* [2] tab. 36; de scripturae habitu cf. quae eandem tabulam intuens disputavit Wilhelm Schubart, *Griechische Palaeographie*, München 1925, p. 165 sub num. 36. Alter scriba vel amanuensis, qui folia 31ᵛ–32ʳ exaravit, scribam principalem Barlaam excepit et ab eodem exceptus est, ut ad idem scribendi tempus, immo ad eundem iugem codicis conficiendi tenorem referendus sit. Cuius scripturam cognovi esse eandem atque Athanasii Galesiotae monachi, qui in monasterio illo Galesii codicem Parisinum graecum 857 anno ⟨1261⟩ eiusdem illius Ioseph abbatis mandatu exaravit cuiusque manum exhibuit Omont, *Fac-similés des manuscrits grecs datés de la Bibliothèque Nationale du IXᵉ au XIVᵉ siècle*, tab. LVI/I (cf. Nigel G. Wilson, *Scriptorium* 15 [1961] p. 318). Itaque etiam huius alterius scripturae, quae Athanasio monacho debetur, exemplum monstrandum duximus et in tabula **20** e nostro codice Reginensi folium 32ʳ expressimus, quod includit verba Menaei diei 12 Novembris et quidem partem officii vesperarum pridie celebrandarum *στιχηρὰ προσόμοια* continentem (*Μηναῖα, τόμος Β'*, ed. Romana 1889, p. 122, 14–30; pp. 122, 36 — 123, 2; *Μηναῖον τοῦ Νοεμβρίου*, ed. Athen. 1960, p. 81ᵃ, 23-43; p. 81ᵇ, 7-12). In margine dextro ad lineam ab imo 6 compendium *οἱ μ(ακαρισμοί)* adscriptum est. In utraque pagina a nobis expressa vides singula troparia ab littera grandi sinistrorsus proiecta incipere, quae erat librorum liturgicorum consuetudo (cf. tabulas 4, 93, 148; cf. quae infra p. 56 de *ἐκθέσει* in hymnis disponendis usitata adnotavimus). De hoc codice cf.: Stevenson, *Codices manuscripti graeci Reginae Svecorum et Pii PP. II* p. 53; Franchi de' Cavalieri-Lietzmann, *Specimina codicum graecorum Vaticanorum* [2] p. xv sub num. 36 (qui viri doctissimi et Galesium in subscriptione dispexerunt et de Ioseph Galesiota recte ad Georgium Pachymerem legentes rettulerunt); Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 52; François Halkin, « Manuscrits galésiotes, » *Scriptorium* 15 (1961) pp. 224, 227.

Tabulae 21-26: A.D. 1269/1270.

Codex Vaticanus graecus 64, membranaceus, mm. 318 × 205, foliorum VIII + 290, fere totus antiquorum scriptorum prosae orationis opera continet. Re quidem vera hic codex e tribus partibus constat, quarum prima folia 1–146, altera folia 147–224, tertia denique uno folio 225 inserto folia 226–289 complectitur. Unicuique harum partium complures scribae operam navaverunt, quorum nonnullae manus ita sunt inter se similes, ut pro certo internosci nequeant. Insunt in codice: (f. 1ʳ–146ᵛ) Isocrates, Libanius, Epictetus, Ioannes Pediasimus, Synesius; (f. 147ʳ–224ᵛ) Aeschines, Socratis* et Socraticorum* epistulae, Isocrates; (f. 225ʳ) s. Gregorius Nazianzenus; (f. 226ʳ–289ᵛ) Dionysii Halicarnasei opuscula rhetorica et critica, Philostrati Vitae sophistarum, Callistrati descriptiones, Aelius Aristides. Nostra quidem interest tertiam partem (fol. 226–289) considerare, ut quae A.M. 6778 = A.D. 1269/1270 in folio 289ᵛ subscripta sit (cf. tab. **165c**): † *ἐτελειώθ(η) ἡ βίβλος αὕτη χειρὶ γραφεῖσα ἑκατόγχειρος ἐν ἔτει* | *‚ςψοη* †
Utique non credo scribam quendam, cui nomen *Ἑκατόγχειρ* esset, hanc codicis

partem scripsisse, sed patet per iocum eum virum, qui subscriptionem fecit, indicasse libro scribendo complures manus operam dedisse (cf. Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 115 cum nota 6). Tum equidem puto hanc subscriptionem pro certo tantum ad codicis, qualis nunc exstat, partem tertiam (f. 226-289) pertinere, quamquam illud non nego fieri potuisse, ut duae quoque, quae nunc in codice praecedunt, partes vergente saeculo XIII exararentur (sane Ioannis Pediasimi tempus, quod certiore ratione haud definitum est, rem quodammodo implicat). Quibus rebus adductus sum, ut scripturae exempla modo e tertia parte selecta exprimenda curarem. Et quidem sex exempla illinc selegi, quamquam plures manus in hac ipsa codicis parte mihi secernere videbar, at constitui pauciora eademque quam maxime insignia exempla proferre.

In tabula **21** expressimus folii 231ʳ partem superiorem, quae continet verba DIONYSII HALICARNASEI DE COMPOSITIONE VERBORUM (ed. Hermannus Usener — Ludovicus Radermacher, *Dionysii Halicarnasei opuscula* vol. II, Lipsiae 1904–1929, pp. 39, 14 — 42, 5).

In tabula **22** expressimus folii 240ᵛ partem superiorem, quae continet verba DIONYSII HALICARNASEI DE COMPOSITIONE VERBORUM (ed. Usener-Radermacher, *Dionysii Halicarnasei opuscula* vol. II pp. 104, 12 — 107, 14).

In tabula **23** expressimus folii 252ʳ partem superiorem, quae continet verba DIONYSII HALICARNASEI DE ISOCRATE IUDICII (ed. Usener-Radermacher, *Dionysii Halicarnasei opuscula* vol. I, Lipsiae 1899, pp. 56, 12 — 59, 3).

In tabula **24** expressimus folii 260ʳ partem superiorem, quae continet verba DIONYSII HALICARNASEI DE ISAEO IUDICII (ed. Usener-Radermacher, *Dionysii Halicarnasei opuscula* vol. I pp. 114, 2 — 117, 2).

In tabula **25** expressimus folii 262ʳ partem superiorem, quae continet verba DIONYSII HALICARNASEI DE DINARCHO IUDICII (ed. Usener-Radermacher, *Dionysii Halicarnasei opuscula* vol. I pp. 299, 20 — 303, 18).

In tabula **26** expressimus folii 284ʳ partem superiorem, qua continentur PHILOSTRATI VITAE SOPHISTARUM λ′–λβ′ (ed. C. L. Kayser, *Flavii Philostrati opera* vol. II, Lipsiae 1871, pp. 122, 10 — 125, 9).

In codicis folio 289ᵛ nota exstat saeculo XIV exarata. Qui eam scripsit, indicavit se plures libros Thessalonicae possidere (hanc notam edidit Usener, *Dionysii Halicarnasei opuscula* vol. I p. XI n. 2). Ut suspicari liceat illam dumtaxat tertiam codicis partem aliquamdiu Thessalonicae asservatam esse, immo vero fortasse in illa urbe ortam esse. Hunc codicem Vaticanum graec. 64 ab Isidoro cardinali Rutheno (1380/90 – 1463) tractatum esse animadvertit et monuit Giovanni Mercati, *Notizie di Procoro e Demetrio Cidone, Manuele Caleca e Teodoro Meliteniota ed altri appunti per la storia della teologia e della letteratura bizantina del secolo XIV* (Studi e Testi, 56), Città del Vaticano 1931, p. 522. De hoc codice cf.: Mercati-Franchi de' Cavalieri, *Codices Vaticani graeci* I pp. 58 60, p. XXI; Hermann Usener, *Jahrbücher für classische Philologie* 107 (1873) pp. 146–148; Karl Krumbacher, *Geschichte der byzantinischen Litteratur*,[2] München 1897, p. 557 § 2; Maximilianus Treu, *Theodori Pediasimi eiusque amicorum quae exstant*, Progr. Potsdam 1899, pp. 44–48, 51 (de Ioannis Pediasimi aetatis incerta ratione, p. 61);

Hermannus Usener, *Dionysii Halicarnasei opuscula* vol. I pp. xi sq.; Engelbert Drerup, *Blätter für das Gymnasial-Schulwesen herausgegeben vom Bayer. Gymnasiallehrerverein* 37 (1901) pp. 352 sqq.; Max Heyse, *Über die Abhängigkeit einiger jüngerer Aeschines-Handschriften*, Progr. Bunzlau 1904, pp. 10 sqq.

Tabula 27: A.D. 1270.

Codex Vaticanus graecus 465, bombycinus, mm. 250 × 175, foliorum 391 (quorum f. 1–16 saeculo XIV addita sunt), paene totus s. Gregorii Nazianzeni (sive Theologi) orationes commentario Nicetae Heracleensis instructas continet. Hunc codicem Georgius Mammyres sacerdos et notarius (vel tabellio) die 3 Ianuarii A.M. 6778 = A.D. 1270 in folio 385ᵛ rubro colore subscripsit a dodecasyllabo incipiens (cf. tab. **167a**): *Χ(ριστ)ῷ τελειώσαντι δόξα καὶ κράτος:- + | + ἐτελειώθ(η) τὸ παρὸν βιβλίον ὁ θεολόγος. ἤ|γουν* (*ἤ-* altera manus correxit) *οἱ ἑπτὰ* (quam vocem in *δεκαεξ* altera manus correxit) *λόγοι· διὰ χειρὸς Γεωργίου ἱε|ρέως καὶ νομικοῦ τοῦ Μαμμύρη· μη(νὶ) ἰανουαρ(ίῳ) | εἰς τ(ὰς) γ̄· ἡμέρ(ᾳ) παρασκε(υῇ) ὥρα ζ̄· ἰν(δικτιῶνος) ιγ̄: | ἔτους ,ςψοη̄.*
Tum tritos illos dodecasyllabos atramento scribere perrexit, quos separatim affero:

† *ὥσπερ ξένοι χαίρουσιν ἰδεῖν π(ατ)ρίδα*
καὶ οἱ θαλατ(τ alterum add. man. post.)*εύ|οντες εὑρεῖν λιμένα·*
οὕτως καὶ οἱ γράφοντες | βιβλίου τέ|λος: +++

Quod in tabula **27** expressimus, folium 297ᵛ continet verba s. Gregorii Nazianzeni orationis 11 (ed. Migne, *Patr. Gr.* 35 col. 837 C 8 — 840 A 2), quibus locus textus sive *τοῦ κειμένου* concluditur subsequente *ἑρμηνείᾳ* sive commentario Nicetae Heracleensis in praeeuntem Gregorii Nazianzeni locum (ed. Migne, *Patr. Gr.* 36 col. 977 D 4 — 980 B 12). Partes textus et commentarii in hoc codice alternis procedunt; earum inscriptiones *κείμενον* et *ἑρμηνεία* rubro colore sunt exaratae. De hoc codice cf.: Devreesse, *Codices Vaticani graeci* II pp. 235–237; Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 81; Ioannes Sajdak, *Historia critica scholiastarum et commentatorum Gregorii Nazianzeni*, pars prima (Meletemata Patristica, I), Cracoviae 1914, p. 304.

Tabula 28: A.D. 1273.

Codex Vaticanus graecus 2153, bombycinus, foliorum refectorum forma cm. 32 × 22 (pristina forma mm. 277 × 175), numero XI + 390, lineis 32–36 in singulis paginis scriptus, nunc in tres partes divisus (I: fol. XI sive *a–l*, 1–109; II: fol. 110–245; III: fol. 246–390), continet Ioannis Zonarae in canones ss. Apostolorum, conciliorum et ss. Patrum commentarium. Codicem Gregorius monachus et presbyter, id est hieromonachus, die 24 Februarii A.M. 6781 = 1273 nominum numeralium formis mire detortis in folio 383ᵛ subscripsit (cf. tab. **167b**): † *τέλος εἴληφε, ἡ βίβλος αὕτ(η)· μην(ὶ) φε(βρου)αρ(ίῳ), κοστῇ τετάρτ(η): | ἔτους τρέχοντος, χιλιοἑξᾶς· σὺν τοῖς ἑπτακὸς, καὶ*

ογδοντάέν: | *αὐτ(η) γὰρ ἡ βίβλος, μονοτρόπου· Γρηγορίου καὶ πρε(σβυ)τ(έ)ρου:* – Codicis annus per circumlocutionem indicatus est, quod in subscriptionibus interdum usu veniebat (cf. supra p. 22). Ad formam *ἑπτακὸς* (= 700) cf. similis mutationis exempla velut: *τετρακῶς* (= 400) in subscriptione codicis Vaticani graeci 464 (cf. infra p. 156); *πὲντακὸς* (= 500) in possessoris epigrammate codici Hierosolymitano *μονῆς τῆς μεγάλης Παναγίας τῆς Μελάνης* fol. 1r inscripto (cf. Kirsopp Lake and Silva Lake, *Dated Greek Minuscule Manuscripts to the Year 1200* pars V, Boston 1936, p. 21 et tab. 369; *Ἀ. Παπαδόπουλος-Κεραμεύς, Ἱεροσολυμιτικὴ Βιβλιοθήκη* III, *ἐν Πετρουπόλει* 1897, pp. 227 sq.; Kurt Aland, *Kurzgefasste Liste der griechischen Handschriften des Neuen Testaments*, I [Arbeiten zur neutestamentlichen Textforschung, 1], Berlin 1963, p. 213 siglo Gregoryano *l* 159 recepto); tum cf. *ἐξἀκὼς* in Philippi Solitarii Dioptrae epilogo metrico e cod. Vindobonensi theolog. gr. 193 fol. 174r prolato (cf. Josef Bick, *Die Schreiber der Wiener griechischen Handschriften* [Museion. Veröffentlichungen aus der Nationalbibliothek in Wien. Abhandlungen, I. Band], Wien-Prag-Leipzig 1920, p. 114; Karl Krumbacher, *Geschichte der byzantinischen Litteratur*,[2] München 1897, p. 743; V. Gardthausen, *Griechische Palaeographie*[2] II, Leipzig 1913, p. 435; hic quidem locus differt in Dioptrae editione, quam codice Athoo Laurae Ω 17 usus paravit *Σπυρίδων Λαυριώτης, Ὁ Ἄθως ἁγιορειτικὸν περιοδικόν, ἔτος Α' — τεῦχος Α', ἐν Ἀθήναις* 1920, p. 247); etiam cf. *ὀκτακῶς* (= 800) in subscriptione codicis Ambrosiani F 61 sup. (cf. Aemidius Martini et Dominicus Bassi, *Catalogus codicum graecorum Bibliothecae Ambrosianae*, Mediolani 1906, I p. 395). In tabula **28** e codice Vaticano graeco 2153 folium 213v expressimus, quo continentur Concilii Sardicensis canonis 6 finis et Ioannis Zonarae commentarii verba in canonem 6 Concilii Sardicensis (ed. Migne, *Patr. Gr.* 137 col. 1445 A 3–6 et col. 1448 C 10 — 1449 A 10; vel *Γ. Α. Ῥάλλης — Μ. Ποτλῆς, Σύνταγμα τῶν θείων καὶ ἱερῶν κανόνων* vol. III, *Ἀθήνησιν* 1853, p. 243, 25–27 et p. 244, 1–26). In paginae expressae linea tertia vox *ἑρμηνεία* rubro colore exarata expositioni Zonarae praescripta est. In folii 373v margine sinistro nota videlicet a posteriore possessore saeculo XVI in Italia facta et quidem transverse deorsus scripta comparet: *Νικόλας Πέτρου* | *Καστελλορουζιώτης, ἔγραψα* (locum *Castello Ru* – – –, qui fuerit, reperire nequeo). Huius Nicolai filii Petri scriptura plane alia est atque ea, quam habemus in nota a Nicolao Petri filio brevi orationi praescripta in codice Barberiniano graeco 102 fol. 149r, quam rettulit Capocci, *Codices Barberiniani graeci* I p. 142 lin. ab imo 6 (de codice Barberin. gr. 102 cf. infra p. 75). Noster codex Vaticanus graec. 2153 Bibliothecae Vaticanae anno 1813 accessit, quod nos docet nota in Inventario codicum Vaticanorum vol. 323 fol. 631r ab Hieronymo Amati inscripta, qui illo tempore Bibliothecae Vaticanae scriptor erat (cf. Giovanni Card. Mercati, *Note per la storia di alcune biblioteche romane nei secoli XVI–XIX* [Studi e Testi, 164], Città del Vaticano 1952, p. 49).

Tabulae 29, 30, 31: A.D. 1273.

Codex Borgianus graecus 18 (olim S. Congregationis de Propaganda Fide L.VI.19), membranaceus, mm. 188 × 135, foliorum 444, Novum Testamentum continet usui liturgico aptatum. Si a recentioribus foliis in libri principio additis discedis, liber ipse e duobus codicibus una compactis constat, quorum unus folia 17–238 (lineis 22 in singulis paginis scripta) complectens exeunte saeculo XIII, ut videtur, exaratus quattuor Evangelia continet. Alter autem codex in foliis 239^r–444^r (lineis 26 in singulis paginis) a tribus librariis scriptus Actus Apostolorum, epistulas catholicas, epistulas s. Pauli, quaedam excerpta e Synaxario Ecclesiae Constantinopolitanae, tabulas paschales quae ad annos 1276–1287 spectant, et Apocalypsin includit. Huius quidem alterius partis scribae ita operam distributam exsecuti sunt, ut pateat unum eorum folia 239^r–251^r, 252^r–256^r lin. 13, 288^v, 327^r–327^v, 330^v lin. 6 — 331^v; alterum folia 251^v, 256^r lin. 14 — 288^r, 289^r–326^v, 328^r–330^v lin. 5, 332^r–418^r exarasse (tabulis paschalibus a quodam alio librario in fol. 418^v–419^r adiectis); tertium folia 421^r–444^r scripsisse ea, quibus Apocalypsis continetur. Certe primus horum librariorum idem videtur esse atque ille Ioannes Theotocites, qui subscriptionem in folio 444^v fecit, qua testatur Praxapostolum (scilicet eam dicit, quam supra ostendimus, integram partem, quae in foliis 239^r–444^r Praxapostolum insuperque Apocalypsin continet) die 15 Novembris A.M. 6782 = A.D. 1273 absolutum esse (cf. tab. **167c**): *ἐτελειόθη, ὁ παρὸν πραξαπόστολο(ς)· μηνὴ νοεύρίω,* | *ει̅, τοῦ ἔτους ,ϛψπ̅β: – Ἰω(άννης) ὁ Θεοτοκίτης* + Etiam in summa pagina f. 444^v vestigia inferiora apparent notae inceptae, quae postea bibliopegi cultro partim abscisa est: *ἐ̣τ̣ε̣λ̣ε̣ι̣ώ̣θ̣η̣ ὁ̣ π̣α̣ρ̣ὼ̣ν̣ π̣ρ̣[αξαπόστολος – – –]*. In ipsa subscriptione notarum numeralium ordine inverso librarius *ει̅* pro *ιε̅* scripsit, ut hanc temporis notam ad diem 15 Novembris spectare appareat. Plura notarum numeralium ordinis inversi exempla in codicibus graecis (praesertim in fasciculorum numeris) inveniri possunt (quae mihi liberalissime Aubrey Diller amicus doctissimus indicavit): cf. Georgius Kaibel, *Athenaei Naucratitae Dipnosophistarum libri XV*, vol. I, Lipsiae 1887, p. XXII; vol. II (1887) p. 155 nota ad lin. 14 (de Athenaei codice Veneto Marciano graeco 447 [num. colloc. 820]); Henricus Schenkl, *Epicteti Dissertationes ab Arriano digestae*,[2] Lipsiae 1916, p. LXII (de Epicteti codice Oxoniensi Bodleiano Auct.T.4.13 [olim Saibantiano 35] = Misc. gr. 251 apud Coxe; Summary Catalogue 20531); V. Gardthausen, *Catalogus codicum graecorum Sinaiticorum*, Oxonii 1886, p. 29 (de cod. Sinaitico gr. 154), p. 133 (de cod. Sinaitico gr. 549); Kirsopp Lake and Robert P. Casey, « The Text of the De Incarnatione of Athanasius, » *Harvard Theological Review* 19 (1926) p. 261 (de cod. Atheniensi 428). De hoc usu in universum cf. V. Gardthausen, *Griechische Palaeographie*[2] II, Leipzig 1913, pp. 375 sq.; cf. etiam Wilhelm Larfeld, *Handbuch der griechischen Epigraphik* II, Leipzig 1902, p. 548; Wilhelm Larfeld, *Griechische Epigraphik*,[3] München 1914, p. 300 § 190. Quin notandum est praecipue in inscriptionibus graecis Syriae litteras numerales saepissime inverso ordine processisse: nunc confer praeser-

tim inscriptiones, quas edidit Henri Seyrig apud Georges Tchalenko, *Villages antiques de la Syrie du Nord* (Institut Français d'archéologie de Beyrouth. Bibliothèque archéologique et historique, tome L), III, Paris 1958, intra pp. 6–38 passim (huius libri benigne me admonuit Ihor Ševčenko Neo-Eboracensis vir doctissimus). Etiam illud ostendendum videtur talem fuisse scripturae palaeoslavicae (cyrillicae) consuetudinem, ut in numeris inde ab undecimo usque ad undevicesimum indicandis ordo notarum numeralium vulgo inverti soleret (cf. E. F. Karskij, *Slavjanskaja kirillovskaja paleografija*, Leningrad 1928, p. 217). Velut in codice Vaticano graeco 784, qui codex in Russia subscriptus est (cf. infra p. 113), fasciculorum 11–19 numeri (cf. fol. 76ʳ–146ᵛ) inverso ordine *αι–θι* pro *ια–ιθ* haud dubie postea in Russia, priusquam codex conglutinaretur, notati sunt (certe hae notae numerales habitum cyrillicum prae se ferunt). Sane fieri potuit, ut noster codex Borgianus in Asia Minore vel in Syria exararetur. Utcumque res se habuit, equidem valde dubito, num in huius codicis Borgiani gr. 18 subscriptione *εἰ⟨κοστῇ⟩* intellegi possit (quod coniecisse videtur Albertus Vaccari loco infra laudato, qui vir doctissimus codicem ad diem 20 Novembris 1273 rettulit). De cognomine Theotocitae cf. V. Laurent, *Les Bulles métriques dans la Sigillographie byzantine* (Archives de l'Orient Chrétien, 2), Institut Français d'Études Byzantines 1932, p. 145 sub num. 408.

Sane patet totam hanc codicis partem folia 239ʳ–444ʳ complectentem ad idem illud temporis spatium in subscriptione memoratum referendam esse (exceptis modo tabulis paschalibus, quae haud dubie in paginis vacuis paulo postea anno 1275/1276 additae sunt). Quo adducti sumus, ut omnium illorum trium scribarum manus tribus tabulis deinceps repraesentandas curaremus.

Et quidem in tabula **29** exhibemus manu Ioannis Theotocitae scriptum folium 245ᵛ, quod continet Actus Apostolorum 4, 12–23. Inest lectio feria IV secundae post Pascha hebdomadis recitanda (Act. Ap. 4, 13–22) et initium lectionis feria V eiusdem hebdomadis recitandae, quae in paginae linea infima incipit (haec tota lectio Act. Ap. 4, 23–31 includit). In superiore margine nota liturgica illius lectionis tempus ostendit, voce *πρα(ξε)ων* indicat lectionem Actuum esse et docet, quomodo lectio ratione in Actibus recitandis usitata verbis *ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις* praefixis et initio apte accomodato incipienda sit: *τῇ δ′ τῆς β ευδ(ομάδος) πρα(ξε)ων ἐν ταῖς ἡμέρ(αις) ἐκεί(ναις)· θεωροῦντες οἱ ⟨Ἰ⟩ουδ(αῖοι)*. Tum initium et finis lectionis notis *ἀρχ(ὴ)* et *τέ(λος)* indicata sunt. Eadem ratio valet in lectionem insequentem, cuius tempus et exordium in margine inferiore similiter indicantur: *τῇ ε̅′ τῆς β̅ ευδ(ομάδος) πρα(ξε)ων ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκεί(ναις) ἀπολυθέντες*: Etiam pericopae initium voce *αρχ(ὴ)* ad initium lectionis supra lineam infimam scripta insignitur. Hae lectiones in margine sinistro numeris *ια̅′* et *ιβ̅* instructae sunt, namque sunt lectiones Actuum undecima et duodecima sicut ordine inde a Paschatis dominica numerantur. Notae liturgicae in marginibus scriptae itemque voces *ἀρχή* et *τέλος* propriis locis additae hic et ubique per codicem rubro colore scriptae sunt (de hoc more cf. Frederick Henry Ambrose Scrivener, *A Plain Introduction to the Criticism of the New Testament*[4] vol. I, London 1894, p. 76). De diebus propriis lectionum, quas supra memoravimus, cf. Caspar René Gregory, *Textkritik des Neuen*

Testamentes I, Leipzig 1900, p. 345; ad earundem et dies et exordia cf. *Ἀπόστολος ἤτοι Πράξεις καὶ Ἐπιστολαὶ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων καθ' ὅλον τὸ ἔτος ἐπ' ἐκκλησίας ἀναγινωσκόμεναι, ἐν Ῥώμῃ* 1881, pp. 20 sq.; vel *Ἀπόστολος κτλ.* (ed. *Ἀποστολικὴ Διακονία τῆς Ἐκκλησίας τῆς Ἑλλάδος*), *ἐν Ἀθήναις* 1954, pp. 23 sq. De verbis, quae lectionibus Novi Testamenti recitandis solito modo praefiguntur et de textus exordiis proprie aptatis cf.: Gregory, *Textkritik des Neuen Testamentes* I pp. 17, 341; Eberhard Nestle — Ernst von Dobschütz, *Einführung in das Griechische Neue Testament*,[4] Göttingen 1923, pp. 37 sq.

In tabula **30** ab altero scriba exaratum folium 352^{v} exhibemus, quod continet verba S. Pauli epistulae II ad Corinthios 9, 13 — 10, 9. Est finis lectionis feria IV hebdomadis XIII post Pentecosten recitandae (quae tota lectio est epist. II Cor. 9, 12 — 10, 7), et initium lectionis *τῇ ε̄ τῆς ιγ̄ εὐδ(ομάδος)*, id est feria V eiusdem hebdomadis recitandae (quae tota est epist. II Cor. 10, 7–18); cf. Gregory, *Textkritik des Neuen Testamentes* I p. 351; *Ἀπόστολος* ed. Romana 1881, pp. 115 sq.; ed. Athen. 1954, pp. 142–144. Nota marginalis *κδ̄* monet hoc esse vicesimum quartum *ἀνάγνωσμα* ex ea epistula petitum. Nota *τέ(λος) δ̄'* pertinet ad finem lectionis feriae IV. Tum feriae V lectionis initium voce *ἀρχ(ή)* in margine iuxta exarata notatur; atque in margine inferiore adnotatio facta eiusdem lectionis tempus indicat monetque, quomodo exordium lectionis ex Epistulis petitae voce *ἀδε(λφ)οὶ* praefixa usui liturgico accomodandum sit. Sicut supra ostendimus, notae liturgicae rubro coloro exaratae sunt.

Denique in tabula **31** a tertio scriba exaratum folium 436^{r} expressimus, quod verba Apocalypsis 14, 15 — 15, 3 continet.

Codicem olim Stephanus Borgia (1737–1804) possidebat (cf. Carlo Frati, *Dizionario bio-bibliografico dei bibliotecari e bibliofili italiani* [Biblioteca di bibliografia italiana, XIII], Firenze 1933, p. 116), tum Romae in Museo Borgiano S. Congregationis de Propaganda Fide erat, unde in Bibliothecam Vaticanam anno 1902 transiit (cf. Franchi de' Cavalieri, *op. iuxta laud.* pp. x sq.). De hoc codice cf.: Franchi de' Cavalieri, *Codices graeci Chisiani et Borgiani* pp. 130–132; Gregory, *Textkritik des Neuen Testamentes* I p. 163 (sub Vier Evangelien 180); Caspar René Gregory, *Die griechischen Handschriften des Neuen Testaments*, Leipzig 1908, p. 54 (siglo indito 180); Hermann von Soden, *Die Schriften des Neuen Testaments*[2] I 1, Göttingen 1911, pp. 205, 228 (siglis inditis ε 1498 et α 300); Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 172; Kurt Aland, *Kurzgefasste Liste der griechischen Handschriften des Neuen Testaments*, I (Arbeiten zur neutestamentlichen Textforschung, 1), Berlin 1963, p. 70 (siglo Gregoryano 180 recepto). Animadvertas velim codicem eiusque librarium Ioannem Theotocitam in libello laudari, quem scripsit Alberto Vaccari, « La Grecía nell'Italia meridionale, » *Orientalia Christiana* vol. III–3, Num. 13 (1925) p. 320; atqui nihil causae est, cur Theotocitae aliorumve illius partis librariorum scriptura respecta eam codicis partem, de qua nobis agitur, in Italia australi confectam esse credamus.

Tabula 32: A.D. 1276.

Codex Barberinianus graecus 455 (olim IV. 37), membranaceus rescriptus, cm. 24 × 18, foliorum 150, quorum folia 14–150, quae codicis partem principalem efficiunt, binis columnis, lineis 29–33 in singulis columnis sunt exarata. Antiquior quidem scriptura saeculo exeunti IX vel ineunti X attribuenda vestigia s. Gregorii Nazianzeni operum ostendit, velut in folio 102r s. Greg. Naz. orationis 1 exordium cerni licet (cf. Migne, *Patr. Gr.* 35 col. 396). Exstant vero in hoc codice palimpsesto a scriptura recentiore haec: f. 1r-v (quod continet fragmentum alienum) custodiae causa aliunde additum; f. 2r–11v (his foliis non a librario praecipuo, at fortasse eodem fere tempore in Italia australi scriptis et hoc loco parti principali praefixis) *ἀκριβολογία περὶ τῶν ἐπιγραφῶν τῶν ψαλμῶν*, quae est catena prooemiorum in Psalterium (cf. Giovanni Card. Mercati, *Osservazioni a proemi del Salterio di Origene Ippolito Eusebio Cirillo Alessandrino e altri con frammenti inediti* [Studi e Testi, 142], Città del Vaticano 1948, pp. 145 sqq.; primum prooemium ex huius codicis fol. 2r–3r lin. 22 edidit Mercati, *op. laud.* pp. 149–152); f. 14r–144r Psalmi et Odae (1–9, 11–14) cum expositione (in Psalmos et Odas 1–8), quae nondum est edita; f. 144r–145r orationes et hymni, qui in codicibus saepe psalteriis subiunguntur: hymnus vespertinus *Φῶς ἱλαρόν*; symbolum Constantinopolitanum *Πιστεύω εἰς ἕνα θ(εό)ν* (admodum tachygraphice exaratum); oratio dominica *Π(άτ)ερ ἡμῶν* cum expositione; beatitudines (Ev. Matth. 5, 3–12); hymnus *Ὁ μονογενὴς ὑ(ιὸ)ς*; hymnus cherubicus *Οἱ τὰ χαιρουβῖμ*; hymnus *Πληρωθ(ήτω) τὸ στόμα* (cf. James Mearns, *The Canticles of the Christian Church Eastern and Western in Early and Medieval Times*, Cambridge 1914, pp. 11 sqq., praesertim pp. 16–18); f. 145v quaedam minora sacra et hymnus *Φῶς ἵλαρὸν* repetitus; f. 146r–150v capitula de disciplina sacerdotali. Psalmi et Odae ita scripta sunt, ut textus sinistram columnam, expositio dextram compleat. Codicem tantumnon integrum (fol. 14–150) Basilius sacerdos, filius nimirum Leonis Siculi (cognomento a patre accepto), incola Calabriae oppidi Ageti, die 19 Augusti A.M. 6784 = A.D. 1276 in folio 145r subscripsit ita, ut in subscriptionis continenter exaratae exordio tres dodecasyllabi etiamque in medio unus dodecasyllabus legi possit, quos versus separatim hic propono (cf. tab. **168a**):

Τάφο(ς) μαρεν(ει) καὶ συνκαλυπτ(ει) λήθο(ς)·
γῆ{ς} δὲ λαμβ(ά)ν(ει) | τὸν εξ αυτ(ῆς) τεχθεντ(α)·
Χ(ριστ)ε μου δίδου τοις ἐμοῖς | πόνοις χαριν·

τῶ ἐκ πόθου κτισαμένω ταῦτην | τῆν βιβλων ἀμῆν· ὀι ἀναγινῶσκοντ(ες) ευχεσθ(ε) | δια τὸν κ(ύριο)ν καὶ μῆ καταρασθ(ε) ὁτι καὶ ὁ γρα(φ)ων τυχῶν καὶ παρα|γράφη· ὁτὶ χεῖρ μῆν ἡ γράψασα σίπεται τάφω· |

γραφῆ δὲ μένοι· εἰς μάκρους φεῦ μοι χρ(όνους)· |

ὁτι ἄπειρο(ς) γαρ ἥμει· τῆς τῶν γραμμ(ά)των λέξεως καὶ | ὀρθότιτο(ς)· επεῖ ἐγρά(φη) χειρῖ ἐμοῦ Βασιλ(εί)ου ἵερεως | τῆ ἐπονιμία πρ(εσ)β(υ)τ(έ)ρ(ου) Λέ(οντος) Σικαιλου ἀπο χῶρας Αετοῦ· ὑπερ ἔτο(ς) ,ςψπδ ἰνδ(ικτιῶνος) δ· εν μ(η)ν(ὶ) αὐγοῦστ(ῳ) ιθ· |

ἡμερ(ᾳ) γ̄ ὡρ(ᾳ) ζ:· (feriam quartam, non tertiam indicare scriba debuit). Locus ille subscriptionum communis *ὅτι ὁ γράφων παραγράφει* in codicibus italograecis frequentissime usurpabatur: cf. infra pp. 76, 83, 88, 114, 168. Alioquin etiam in codicis Vaticani graeci 1296 subscriptione (cf. supra p. 21) idem locus comparet, quamquam illius codicis origo haud ita certa est, at concedimus fieri potuisse, ut ille quoque codex in Italia australi exararetur.

Hac occasione oblata quaedam hac de re animadvertere lubet. Equidem postquam illi loco communi de scribis errantibus animum attendi et, quae ad hanc rem pertinerent, fortuito conquirere coepi, multorum codicum cognovi subscriptiones illum locum communem includere, simulque vidi eosdem codices sive pro certo in Italia australi scriptos esse sive fieri potuisse sensi, ut in Italia australi exararentur. Longum est eos codices hic enumerare. Quippe in tanta huius modi testimoniorum copia, quam quidem collegi, tantummodo unum codicem subscriptionis illo loco communi instructum nactus sum, qui procul dubio in Graecia propria scriptus esset, codicem dico Vindobonensem iuridicum graecum 11. Cuius subscriptionem attulerunt: Josef Bick, *Die Schreiber der Wiener griechischen Handschriften* (Museion. Veröffentlichungen aus der Nationalbibliothek in Wien. Abhandlungen, I. Band), Wien-Prag-Leipzig 1920, p. 25; Kirsopp Lake and Silva Lake, *Dated Greek Minuscule Manuscripts to the Year 1200*, pars V, Boston 1936, p. 19 sub num. 211 (ipsa subscriptione expressa in tabulae 363 dextra parte). Hic vero codex a Constantino anagnosta scriptus est impensa Laurentii abbatis monasterii *τοῦ Μαγουλὰ*, quod monasterium in monte Athone fuisse constat (de monasterio Athoo *τοῦ Μαγουλᾶ* cf.: Germaine Rouillard — Paul Collomp, *Actes de Lavra* [Archives de l'Athos, I], tome I[er], Paris 1937, p. 183 s.v. *Μαγουλᾶ*, p. 191 s.v. *Μαγουλᾶ*; Franz Dölger, *Aus den Schatzkammern des Heiligen Berges*, [München 1948], Textband p. 276 ad lin. 50; Jean Meyendorff, *Introduction à l'étude de Grégoire Palamas* [Patristica Sorbonensia, 3], Paris [1959], pp. 53, 61 n. 88, 75, 351; illius codicis Vindobonensis subscriptione respecta dubitanter monasterium *τοῦ Μαγουλᾶ* ad Constantinopolim referebat R. Janin, *La géographie ecclésiastique de l'empire byzantin*. Première partie: *Le siège de Constantinople et le Patriarcat oecuménique*. Tome III: *Les églises et les monastères* [Publications de l'Institut Français d'Études Byzantines], Paris 1953, p. 324). At si codicis Vindobonensis iurid. gr. 11 scripturae habitum spectabis (cf. Bick, *op. laud.* tab. X; Kirsopp Lake and Silva Lake, *op. laud.* pars V tab. 363), facere non poteris quin suspiceris codicis librarium fortasse ex Italia australi oriundum ad montem Athonem migrasse ibique hunc codicem scripsisse, namque codicis habitus perquam similis scripturae monasteriorum italograecorum est. Etiam codicem Mosquensem graecum 484 Savva (283 Vladimir) hic laudare debeo (cf. Gregorius Cereteli — Sergius Sobolevski, *Exempla Codicum Graecorum Litteris minusculis scriptorum annorumque notis instructorum*. Vol. I: *Codices Mosquenses*. Mosquae 1911, p. 14, tabulae XXXVII sinistra pars), cuius codicis subscriptio illum locum communem de scriba errante exhibet. Sane hic codex, priusquam Mosquam asportatus est, in monte Athone fuit. At nihil hoc ad locum attinet, ubi codex scriptus est. Equidem etiam hunc codicem eam speciem scripturae prae se ferre puto, quae monasteriorum italograecorum propria

esse videatur. Itaque in universum subscriptionum locum communem illum de scribis errantibus codicum italograecorum proprietatem quam maxime peculiarem ducere nobis licet.

Verba *χεῖρ — τάφω*, nisi quod hic in principio articulus omissus est, vulgo dodecasyllabum efficiunt. Etiam ille locus communis duobus dodecasyllabis decurrens *ἡ χεὶρ μὲν ἡ γράψασα σήπεται τάφῳ, γραφὴ δὲ μένει κτλ.* in codicum italograecorum subscriptionibus saepe occurrit, licet vulgo in codicibus passim scriptis compareat (cf.: V. Gardthausen, *Griechische Palaeographie*[2] II, Leipzig 1913, p. 433; Robert Devreesse, *Introduction à l'étude des manuscrits grecs*, Paris 1954, p. 50 n. 8; R. Devreesse, *Les manuscrits grecs de l'Italie méridionale* [Studi e Testi, 183], Città del Vaticano 1955, p. 25 n. 2; nunc cf. Gérard Garitte, « Sur une formule des colophons de manuscrits grecs [*ἡ μὲν χεὶρ ἡ γράψασα*], » *Collectanea Vaticana in honorem Anselmi M. Card. Albareda a Bibliotheca Apostolica edita* vol. I [Studi e Testi, 219], Città del Vaticano 1962, pp. 359–390). Nomen *'Αετός* ad Agetum oppidum spectat (latine Agetum vel Agita tum appellabatur, nunc est Aieta), in Calabriae regione Cusentina haud procul a Scalea ad septentrionem versus situm (cf. Domenico Vendola, *Rationes decimarum Italiae nei secoli XIII e XIV. Apulia-Lucania-Calabria* [Studi e Testi, 84], Città del Vaticano 1939, p. 187; Franciscus Trinchera, *Syllabus graecarum membranarum*, Neapoli 1865, pp. 166, 167, 328; Pierre Batiffol, *L'abbaye de Rossano*, Paris 1891, p. XXIX; *Nuovo Dizionario dei comuni e frazioni di comune*[25] a cura di A. Bruno, Roma 1961, p. 4). Quippe hic codex originem italograecam luculente prae se fert. Quod in tabula **32** exhibemus, folium 114^{v} continet in sinistra columna PSALMUM 118, 73–85 (ed. Alfred Rahlfs, *Septuaginta id est Vetus Testamentum graece iuxta LXX interpretes*[6] vol. II, Stuttgart [1962], p. 135), expositione nondum edita in dextra columna instructum.

Animadvertas velim more tralaticio Psalterii Odarumque textum in hoc codice *στιχηρῶς* ita *μετ' ἐκθέσεως* dispositum esse, ut unusquisque versus ab littera maiuscula sinistrorsus proiecta incipiat; etiam cf. nostras tabulas 45, 115. De antiqua Psalterii scribendi ratione cf. Giovanni Card. Mercati, *Osservazioni a proemi del Salterio* (Studi e Testi, 142) pp. 19–22. Quae res quomodo progressa sit ut brevissime indicem, etiam imagines nonnullae exempli causa laudandae nobis videntur velut: *Bibliorum ss. graecorum codex Vaticanus 1209 (Cod. B) denuo phototypice expressus* [curante Ioanne Mercati], Pars prima, Tomus II, Mediolani 1906, pp. 625–694, 707–714 (Psalmi); Helen and Kirsopp Lake, *Codex Sinaiticus Petropolitanus et Friderico-Augustanus Lipsiensis. The Old Testament ... in Facsimile*, Oxford 1922, tab. 134^{r}–174^{r}; possis inspicere [H. J. M. Milne — T. C. Skeat], *The Codex Sinaiticus and the Codex Alexandrinus*, [London] 1938, tab. III (cod. Sinait., nunc cod. Londin. Mus. Brit., Addit. 43725, fol. 92^{v}–93^{r} = Lake tab. 138^{v}–139^{r}); *Facsimile of the Codex Alexandrinus* [curante E. M. Thompson]. *Old Testament*, vol. III, [London] 1883, fol. 12^{r}–48^{v} [533^{r}–569^{v}] (cod. Londin. Mus. Brit., Regius 1 D.VII: Psalmi et Odae); Henry A. Sanders, *The Old Testament Manuscripts in the Freer Collection* (University of Michigan Studies. Humanistic Series, vol. VIII), New York 1917, tab. VI, VIII, IX (cf. pp. 114, 123); Eugène Tisserant, *Codex Zuqninensis rescriptus Veteris Testamenti* (Studi e Testi, 23), Roma 1911, tab. 4

(cf. pp. LVIII, 102); Walter Till — Peter Sanz, *Eine griechisch-koptische Odenhandschrift* (*Papyrus Copt. Vindob. K 8706*), (Monumenta Biblica et Ecclesiastica, 5), Rom 1939, tab. 1 (cf. pp. 15, 18); Henri Omont, *Fac-similés des plus anciens manuscrits grecs en onciale et en minuscule de la Bibliothèque Nationale du IVe au XIIe siècle*, Paris 1892, tab. VII, XIV^II; Guilelmus Wattenbach, *Scripturae graecae specimina* (= Schrifttafeln zur Geschichte der griechischen Schrift [2]), Berlin 1883, tab. X (cod. Leninopol. gr. 216: Psalterium Uspenskianum) — vel Edward Maunde Thompson, *An Introduction to Greek and Latin Palaeography*, Oxford 1912, p. 213 num. 49; A. I. Sobolevskij - G. F. Cereteli, *Obrazcy grečeskago ustavnago pis'ma po preimuščestvu IX–XI věkov* (*Exempla codicum graecorum litteris uncialibus scriptorum*), S.-Peterburg 1913, tab. II–III (e Psalterio Uspenskiano), XIV; Henri Omont, *Fac-similés des manuscrits grecs datés de la Bibliothèque Nationale du IXe au XIVe siècle*, Paris 1891, tab. XXVI^II, XXXV; V. Beneševič, *Monumenta Sinaitica archaeologica et palaeographica* = *Pamjatniki Sinaja archeologičeskie i paleografičeskie* fasc. II, Petropoli 1912, tab. 52, 54, 56, 61, 70; Kirsopp Lake — Silva Lake, *Dated Greek Minuscule Manuscripts to the Year 1200*, pars II, Boston 1934, tab. 110, 129, 140 (multo plura invenire licet); Bick, *Die Schreiber der Wiener griechischen Handschriften* tab. XXIV. Iam in scriptura unciali antiquiore initium versus aliquantum sinistrorsus *μετ' ἐκθέσεως* proiciebatur. Scilicet si *στίχος* lineam excedebat, reliqua *στίχου* pars *μετ' εἰσθέσεως* dextrorsum mota in insequenti linea vel lineis continuabatur. Tum tempore progrediente consuetudo initialem versus litteram grandiorem usurpandi et *ἔκθεσιν* ad unius litterae spatium redigendi evaluit. Certe in codicum minusculis litteris scriptorum psalteriis una tantum littera initialis grandior sinistrorsus fere proiciebatur. In hoc quidem codice Barberiniano graeco 455 etiam expositiones in singulos versus eadem ratione atque ipse psalmorum textus *μετ' ἐκθέσεως* scriptae sunt. Quin etiam illud notare velim similem rationem *μετ' ἐκθέσεως* scribendi in universum in librorum liturgicorum singulis hymnis vel tropariis (ut commode hoc vocabulo generali utar) disponendis obtinuisse (cf. nostras tabulas 4, 19, 20, 93, 148).

Hic codex olim cuiusdam Metrophanis fuit, namque in folii 2^r margine superiore nota legitur haec: *τοῦ Μητροφάνου*. De hoc codice cf.: Seymour de Ricci, « Liste sommaire des manuscrits grecs de la Bibliotheca Barberina, » *Revue des bibliothèques* 17 (1907) p. 114; Georgius Karo et Iohannes Lietzmann, « Catenarum graecarum catalogus, » *Nachrichten von der Königl. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen*. Philologisch-historische Klasse aus dem Jahre 1902, p. 66; Alfred Rahlfs, *Verzeichnis der griechischen Handschriften des Alten Testaments* (Aus den Nachrichten der K. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 1914. Beiheft) = Mitteilungen des Septuaginta-Unternehmens der Königlichen Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen, Band 2, Berlin 1914, pp. 238, 409; Joannes Baptista Card. Pitra, *Analecta sacra Spicilegio Solesmensi parata*, tomus II, typis Tusculanis 1884, p. 402 n. 1; Giovanni Card. Mercati, *Osservazioni a proemi del Salterio* (Studi e Testi, 142), praeter locos supra laudatos cf. p. 24 n. 3, p. 26 n. 4, pp. 130, 133, 137 sqq., 152 sq.

Tabula 33: A.D. 1279.

Codex Vaticanus graecus 690, bombycinus, mm. 253 × 177, foliorum I + 264, continet Michaëlis Glycae capitula in Sacrae Scripturae dubia. Hunc codicem quidam Nicolaus Mesarites mense Novembri A.M. 6788 = A.D. 1279 in folio 260r subscripsit (cf. tab. **168b**): † *Ἐτελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον | διὰ χειρὸ(ς) ἐμοῦ Νικολ(ά)ου τοῦ Μεσαρίτου † μηνὶ καὶ ἰν|δικτιῶνος ῆ + + ετους ,ςψπη μη(νὶ) νο(εμβ)ρ(ίῳ) ἰν(δικτιῶνος) η.* Quod in tabula **33** exhibemus, folium 190v continet verba Michaëlis Glycae in Sacrae Scripturae dubia capituli 52 (editionis cap. 92: ed. *Σωφρόνιος Εὐστρατιάδης, Μιχαὴλ τοῦ Γλυκᾶ εἰς τὰς ἀπορίας τῆς Θείας Γραφῆς κεφάλαια* vol. II, *ἐν Ἀλεξανδρείᾳ* 1912, pp. 427, 1 — 428, 21). De hoc codice cf.: Devreesse, *Codices Vaticani graeci* III pp. 154–160; Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 91 (scribae nomine perperam lecto).

Tabula 34: A.D. 1279/1280.

Codex Vaticanus graecus 644, bombycinus multis foliis membranaceis ita usurpatis, ut in fasciculo intra bifolium membranaceum exterius ternio vel quaternio bombycinus insereretur, mm. 332 × 245, foliorum I + 350, binis columnis, lineis 44 in singulis columnis scriptus, continet Theophylacti archiepiscopi Bulgariae commentarium in quattuor Evangelia ita dispositum, ut evangeliorum locos sectiones commentarii subsequantur. Codicem notissimus ille librarius Theodorus Hagiopetrita lector Cyrillo Catanance impensam faciente exaravit et A.M. 6788 = A.D. 1279/1280 regnante Michaële VIII Palaeologo imperatore in folio 348v subscripsit (ex quo folio tres adnotationes, de quibus hic agimus, in tabula **169** expressimus): *Ἐτελειώθ(η) τὸ παρὸν θεῖον καὶ ἱερὸν | εὐα(γγέ)λ(ιον)· μετὰ καὶ τὴν ἐξήγησιν τοῦ πανα|γιωτάτου π(ατ)ρ(ὸ)ς ἡμῶν κυροῦ Θεοφυ|λάκτου ἀρχιεπισκόπου Βουλγαρίας, | διὰ χειρὸς ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλ(οῦ) τάχα | δὴ καὶ κακογράφου καὶ κ(α)τὰ ἀνάγκης | ἀναγνώστου, Θεοδώρου ὁ τοῦ Ἁγιοπε|τρίτου· διὰ συνδρομῆς δὲ καὶ πόθου | πολλοῦ· τοῦ τιμιωτάτου π(ατ)ρ(ὸ)ς ἡμῶν, | κυροῦ Κυρίλλου, τοῦ Καταναγκη· | καὶ οἱ τοῦτο ἀναγινώσκοντες, εὔχεσθαι | ὑπὲρ τοῦ πόθῳ πολλῶ κτι|σαμένω· κἀμοὶ δὲ τῷ γράψαντ(ι), | λύσιν πολλῶν ἁμαρτημάτων:– |* Interiecta est oratio et linea cryptographica, quae haud scio an ita expleri et intellegi possit: ✠ *μ(έμνησ)θ(ε) κ(ά)μ(οῦ) τ(οῦ) τ(α)π(ει)ν(οῦ) γ(ρα)φ(έως):–* | (ut sit dodecasyllabus). Tum haec temporis nota in ima pagina scripta est: † *ἐγρά(φ)η δὲ ἐν ἔτι τῷ ,ςψπη· ἐπὶ βασιλείας κυροῦ Μιχ(αὴλ) τοῦ Παλαιολόγου*: Eadem subscriptio in summa columna dextra scripta videtur esse et deleta, nisi quod post annum mundi indictio relata erat: ⟦*ἰν(δικτιῶνος) η*⟧. De Theodoro Hagiopetrita cf.: Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* pp. 135 sq.; Caspar René Gregory, *Textkritik des Neuen Testamentes* I, Leipzig 1900, p. 146; Hermann von Soden, *Die Schriften des Neuen*

Testaments [2] I 2, Göttingen 1911, p. 781 sqq.; William Henry Paine Hatch, *The Greek Manuscripts of the New Testament at Mount Sinai* (American Schools of Oriental Research. Publications of the Jerusalem School, vol. I), Paris 1932, ad tab. LVII, n. 1; V. Laurent, *Échos d'Orient* 35 (1936) p. 369; Kenneth W. Clark, *A Descriptive Catalogue of Greek New Testament Manuscripts in America*, Chicago [1937], p. 18. — C. Wendel, *Byzantinische Zeitschrift* 43 (1950) pp. 263–266, suspicatus est Theodorum Hagiopetritam in ipsius Graeciae finibus natum monasterium (potius oppidum dicere debuit) Sancti Petri de Galatina in terra Hydruntina situm (de hoc oppido, quod nunc Galatina vocatur, cf. infra pp. 74 sq.) adiisse ibique arte calligraphica institutum deinde in patriam revertisse. Quod non adducor, ut credam, quippe cum nihil in Theodori codicibus appareat, quod italograecae scripturae vestigia prodat. Etiam alias coniecturas antea prolatas quorundam doctorum respuimus, qui nequiquam conabantur monasterium vel locum S. Petri reperire, a quo hic Theodorus cognomentum duxisset (cf. quae rectissime hac de re sensit *Σπυρ. Π. Λάμπρος, Νέος Ἑλληνομνήμων* 4 [1907] pp. 160–162).

Quin puto Theodorum Hagiopetritam Thessalonicae versatum esse. Si autem alibi fortasse Constantinopoli vitam degebat, certe credo ei cum Thessalonicensibus consuetudinem et usum intercessisse. Etenim in subscriptione codicis Londiniensis Musei Britannici Burneiani 21 (fol. 258^{r}) anno 1291/1292 facta (quam ipse examinavi: cf. [Forshall], *op. infra laud.* New Series I 2, p. 5) Theodorus Hagiopetrita professus est codicem, qui nunc est Burneianus 21, a se scriptum esse impensa *τοῦ τιμιωτ(ά)τ(ου) ἐν μοναχοῖς, καὶ μεγ(ά)λ(ου) σκευοφύλακο(ς) μο(νῆς) τοῦ | Φιλοκά' κ(υρο)ῦ Γερασίμου.* Sane maxime nostra interest, ut eruamus, ubi illud monasterium in hac subscriptione memoratum exstiterit, quocum Theodoro Hagiopetritae commercium intercessisse videtur. Hoc si detexerimus, facilius nobis conicere licebit, qua in regione imperii Byzantini Theodorus Hagiopetrita vitam egerit. Quippe monasterium *τοῦ Φιλοκάλ(ου)* in illa subscriptione indicari videtur fundatoris nomine ornatum. Ad cognomen Byzantinum *Φιλοκάλης* cf. *Φαίδων Κουκουλές, Βυζαντινῶν βίος καὶ πολιτισμός* VI (Collection de l'Institut Français d'Athènes, 90), *ἐν Ἀθήναις* 1955, p. 502 (etiam nominibus *Φιλόκαλος* et *Φιλοκαλής* indicatis); V. Laurent, *Les sceaux byzantins du Médaillier Vatican* (Medagliere della Biblioteca Vaticana, I), Città del Vaticano 1962, pp. 55–59 sub num. 68. Equidem in subscriptione illa codicis Burneiani 21 nihil aliud quam *τοῦ Φιλοκάλ(ου)* tali exitu et tali accentu legendum esse duco, praesertim cum illud reputem Theodorum Hagiopetritam in illo quidem codice Burneiano sedulo curavisse, ut in compendiis per suspensionem factis accentus acutum gravem circumflexum proprie signaret. Tum pro certo scimus Thessalonicae exstitisse monasterium *τοῦ Φιλοκάλου* (hac nominis forma appellatum, sicut credo), quippe cuius mentio aliquoties saeculis XIII–XV facta ad nos pervenerit. Quam rem doctissime demonstravit O. Tafrali, *Thessalonique au quatorzième siècle*, Paris 1913, pp. 101, 146; O. Tafrali, *Topographie de Thessalonique*, Paris 1913, p. 199; O. Tafrali, *Thessalonique des origines au XIVe siècle*, Paris 1919, pp. 287 n. 3, 310; tum de eodem illo monasterio uberrime disputavit *Μιχαὴλ Θ. Λάσκαρις, « Ναοὶ καὶ μοναὶ Θεσσαλονίκης τὸ* 1405 *εἰς τὸ Ὁδοιπορικὸν τοῦ ἐκ*

Σμολένσκ Ἰγνατίου,» Τόμος Κωνσταντίνου Ἁρμενοπούλου ἐπὶ τῆι ἑξακοσιετηρίδι τῆς Ἑξαβίβλου αὐτοῦ (1345–1945), (Πανεπιστήμιον Θεσσαλονίκης, Σχολὴ Νομικῶν καὶ Οἰκονομικῶν Ἐπιστημῶν, Ἐπιστημονικὴ Ἐπετηρίς, τόμος ΣΤ΄), Θεσσαλονίκη 1952, pp. 318, 322–324, multis testimoniis doctissime excussis; quibus addendum fuit decretum synodale patriarchatus Constantinopolitani A.D. 1325 factum (cf. Franciscus Miklosich et Iosephus Müller, *Acta et diplomata graeca medii aevi* vol. I, Vindobonae 1860 = *Ἀθῆναι* [1960], pp. 140 143) de causa eiusdem monasterii Thessalonicensis, id est (p. 141 lin. 2) *τῆς ἐν τῇ θεοσώστῳ πόλει Θεσσαλονίκης σεβασμίας βασιλικῆς μονῆς τοῦ δεσπότου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ καὶ ἐπικεκλημένης τοῦ Φιλοκάλου.* Etiamque ea, quam iam Tafrali, *Thessalonique au quatorzième siècle* p. 146 memoraverat, addenda fuit Philothei patriarchae CP. Laudatio Nicodemi iunioris, qui fuerat monachus Thessalonicensis *ἐν τῇ σεβασμίᾳ μονῇ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ τῇ τοῦ Φιλοκάλλους* (ed. *Μανουὴλ Ἰω. Γεδεών, Ἀρχεῖον ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας* vol. I, *ἐν Κωνσταντινουπόλει* 1911, pp. 175–185; cf. Halkin, *Bibl. Hagiogr. Gr.*[3] num. 2307). Hoc ipsum monasterium sub vocabulo SS. Salvatoris florens a nomine fundatoris, qui vir *Φιλοκάλης* e notissima illa gente ortus esset, recte *τοῦ Φιλοκάλου* appellatum esse credimus, quamquam haud negamus nominis formam in memoriis, quae ad id monasterium spectant, nonnihil variare. Etiam aliud testimonium e Manuele Phile petitum huc referendum esse arbitror. Etenim Manuel Philes monasterii *τοῦ Φιλοκαλᾶ* vel potius *τοῦ Φιλοκάλου* mentionem fecit in carmine, quod verbis (*ἐκ προσώπου*) Ioannicii monachi, oeconomi eiusdem monasterii, evangelium sumptuose compactum monasterio dedicantis composuit (cf. E. Miller, *Manuelis Philae carmina* vol. I, Parisiis 1855, p. 70, cod. Scorialensis carmen CLIX, nominis illius forma et accentu variantibus: inscr. [cod. Scor. *X*.IV.20 fol. 40r] *τῆς μονῆς τοῦ Φιλοκαλᾶ*, v. 11 [fol. 40v] *τοῦ Φιλοκάλου τῇ μονῇ*). Equidem credo hic quoque monasterii fundatoris nomen potius *Φιλοκάλης* quam *Φιλοκαλᾶς* intellegi debere et suspicor codicis Scorialensis librarium (qui fuit [Aristobulus Apostolides vel] Arsenius archiep. Monembasiae) in carminis inscriptione transcribenda lapsum esse, cum nomen illud in exemplari suo fortasse per suspensionem breviatum videret. Quippe nobis persuasum habemus in Manuelis Philae carmine de eodem illo monasterio Thessalonicensi agi. At monasterium *τοῦ Φιλοκαλᾶ* tali fundatoris nomine ornatum ad Manuelem Philem provocans in librum suum rettulit idemque fortasse Constantinopoli (scilicet quia poeta ibi diu vixisset) situm fuisse suspicatus est R. Janin, *La géographie ecclésiastique de l'empire byzantin.* Première partie: *Le siège de Constantinople et le Patriarcat oecuménique.* Tome III: *Les églises et les monastères* (Publications de l'Institut Français d'Études Byzantines), Paris 1953, p. 510. Quae res perquam dubia est. Etenim illud miramur in tanta rerum et monumentorum Constantinopolitanorum memoria, quae nobis praesto est, nullam alibi mentionem talis monasterii Constantinopolitani factam esse. Quin puto Manueli Philae quoddam commercium cum monasterio Thessalonicensi intercessisse eumque ab oeconomo eiusdem monasterii rogatum esse, ut illud carmen componeret. Iam patet Theodori Hagiopetritae subscriptionem Burneianam ad Thessalonicam spectare. Immo ipse Theodorus Hagiopetrita sive Thessalonicae versabatur sive, si alibi vitam degebat (de Constantinopoli cogitare

possis), illius monasterii Thessalonicensis causa tum codicem Burneianum scripsit. Utcumque res se habuit, verisimillimum est Theodorum Hagiopetritam illa aetate in regione media imperii Byzantini atque in cultus et humanitatis Byzantinae sede media codicibus scribendis operam strenuam navavisse.

Hac occasione oblata etiam illud ostendere volumus Theodori Hagiopetritae calligraphi filiam Irenam notam esse, quae A.D. 1308/9 codicem Sinaiticum graec. 1256 exaravit (cf. V. Beneševič, *Catalogus codicum manuscriptorum graecorum qui in monasterio Sanctae Catharinae in Monte Sina asservantur* I, Petropoli 1911, pp. 156 sq.; V. Beneševič, *Monumenta Sinaitica archaeologica et palaeographica = Pamjatniki Sinaja archeologičeskie i paleografičeskie* fasc. II, Petropoli 1912, tab. 72; Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 115; C. Wendel, *Byzantinische Zeitschrift* 43 [1950] p. 263).

Ut ad codicis Vaticani gr. 644 subscriptionem revertamur, ad nomen *Κυρίλλου τοῦ Κατανάγκη* notandum est nomen *Κατανάγκης* etiam alibi occurrere: cf. Gertrude Robinson, « History and Cartulary of the Greek Monastery of St Elias and St Anastasius of Carbone. II 1. Cartulary, » *Orientalia Christiana* XV–2, Num. 53 (1929) p. 161 lin. 10 *Εὐστάθ(ιος) τοῦ Καταναγκῆ* (in instrumento Calabro ad A.D. 1053 relato). De Catanance Atheniensi astrologo Constantinopoli versante cf. Annae Comnenae Alexias VI 7, 5 (ed. Bernard Leib, *Anne Comnène, Alexiade* [Collection Byzantine publiée sous le patronage de l'Association Guillaume Budé], tome II, Paris 1943, p. 59; de eodem Catanance astrologo cf. Louis Bréhier, *Le monde byzantin. La civilisation byzantine* [L'évolution de l'humanité. Synthèse collective Dirigée par Henri Berr. XXXII^ter], Paris 1950, p. 287).

Ex hoc codice Vaticano gr. 644 in tabula **34** folii bombycini 149^r partem superiorem expressimus, quae exhibet verba Theophylacti archiep. Bulg. commentarii in quattuor Evangelia (ed. Migne, *Patr. Gr.* 123 col. 812 A 11 — B 13; C 10 — D 13; sunt loci expositionis in Ev. Luc. 8, 49–56). Alia Theodori Hagiopetritae scripturae exempla invenies in his libris: Thomas Joseph Pettigrew, *Bibliotheca Sussexiana*, vol. I part 1, London 1827, tab. 6 (specimen codicis Novi Testamenti, qui postea a Gregory anno 1908 siglo 483 insignitus nunc asservatur in bibliotheca Chapin Library, Williams College, Williamstown, Massachusetts, U.S.A.: cf. Kurt Aland, *Kurzgefasste Liste der griechischen Handschriften des Neuen Testaments*, I [Arbeiten zur neutestamentlichen Textforschung, 1], Berlin 1963, p. 86 siglo Gregoryano 483 recepto); Kenneth W. Clark, *A Descriptive Catalogue of Greek New Testament Manuscripts in America*, tab. LXI pars superior (subscriptione e codice modo memorato expressa); [J. Forshall], *Catalogue of Manuscripts in the British Museum.* New Series, volume I, part II, [London] 1840, tab. II in ima pagina (specimen cod. Burneiani 21); Frederick Henry Ambrose Scrivener, *A Plain Introduction to the Criticism of the New Testament* [4] vol. I, London 1894, tab. VI (15), specimine cod. Burneiani 21 expresso; Gregorius Cereteli et Sergius Sobolevski, *Exempla Codicum Graecorum Litteris minusculis scriptorum annorumque notis instructorum*, vol. I: *Codices Mosquenses*, Mosquae 1911, tab. XXIX; Archimandrit Amfilochij, *Paleografičeskoe opisanie grečeskich rukopisej XIII i XIV v. opredělennych lět* tom III, Moskva 1880,

tab. X (imago admodum rudis); C. Castellani, *Catalogus codicum graecorum qui in bibliothecam D. Marci Venetiarum inde ab anno MDCCXL ad haec usque tempora inlati sunt*, Venetiis 1895, ex adverso p. 27; Henri Omont, *Fac-similés des manuscrits grecs datés de la Bibliothèque Nationale du IXe au XIVe siècle*, Paris 1891, tab. LXXV (est specimen codicis Parisini Coisliniani 13, in cuius subscriptione nomen Hagiopetritae in rasura est scriptum); *Ἐδουάρδος Θόμψων - Σπυρίδων Π. Λάμπρος, Ἐγχειρίδιον ἑλληνικῆς καὶ λατινικῆς παλαιογραφίας (Βιβλιοθήκη Μαρασλῆ), ἐν Ἀθήναις* 1903, p. 291 num. 49 (imagine ex Omont repetita); Hatch, *The Greek Manuscripts of the New Testament at Mount Sinai*, tab. LVII; *Χρυσόστομος Λαυριώτης* [ed. *Λίνος Πολίτης*], « *Κατάλογος λειτουργικῶν εἰληταρίων τῆς ἱερᾶς Μονῆς Μεγίστης Λαύρας,* » *Μακεδονικά* 4 (1955–1960) *πίναξ* 3, *εἰκ.* 7 (cf. ibidem p. 395). De hoc codice Vaticano graeco 644 cf.: Devreesse, *Codices Vaticani graeci* III pp. 66 sq.; Caspar René Gregory, *Textkritik des Neuen Testamentes* I, Leipzig 1900, p. 227 (sub Vier Evangelien 856); C. R. Gregory, *Die griechischen Handschriften des Neuen Testaments*, Leipzig 1908, p. 77 (siglo indito 856); Hermann von Soden, *Die Schriften des Neuen Testaments*^{2} I 1, Göttingen 1911, p. 264 (siglo indito $\Theta^{\varepsilon 300}$); Kurt Aland, *Kurzgefasste Liste der griechischen Handschriften des Neuen Testaments*, I (Arbeiten zur neutestamentlichen Textforschung, 1), Berlin 1963, p. 106 (siglo Gregoryano 856 recepto).

Tabula 35: A.D. 1279/1280.

Codex Vaticanus graecus 770, membranaceus rescriptus, mm. 265 × 200, foliorum 106, lineis 23–24 in singulis paginis exaratus, scripturam antiquiorem uncialem saeculi IX ostendit, quae hic illic verba Dialogi Timothei et Aquilae prodit (cf. Fred. C. Conybeare, *The Dialogues of Athanasius and Zacchaeus and of Timothy and Aquila* [Anecdota Oxoniensia. Classical Series. Part VIII], Oxford 1898), a scriptura vero recentiore Lectiones Veteris Testamenti (sive Prophetologium) tempore Triodii recitandas notisque liturgicis instructas continet. Hanc quidem scripturam recentiorem Macarius ⟨Rheginus⟩, monachus monasterii Messanensis SS. Salvatoris de lingua Phari, mandatu Blasii ecclesiarchae Cryptoferratensis confecit et A.M. 6788 = A.D. 1279/1280 in folio 106^r rubro colore subscripsit (cf. tab. **170a**): † *ἐγράφει καὶ αὔτη ἡ προφητικ(ῆ) δέλτος· χειρὶ | ἀμελοῦς καὶ χθαμαλ(οῦ) καὶ ἀναξίου μοναχ(οὺ) Μακαρίω | τοῦ ἀπ(ὸ) τῆς μεγ(ά)λ(ης) μον(ῆς) Σ(ωτῆ)ρ(ο)ς ἀκροτ(η)ρ(ίου) Μεσ(σή)ν(ης)· σπουδῆ | καὶ οἰκονομ(ίᾳ), τὸ πανεντίμ(ου) καὶ εὖ διακριτικ(οῦ) Βλασίω | ἐκκλησιάρχ(ου) τῆς εὐαγοῦς μον(ῆς) ὑπ(ε)ρ(αγίας) Θ(εοτό)κου Κρυπτ(α)φερ(ρά)τ(ας). | πάντες ἀδελφοὶ, οἱ ταύτην ἀναπτήσσοντες, | εὔξασθαι τῶν δύο, ὅπως κ(α)ταξιώσ(η) αὐτοὺς κ(ύριο)ς ὁ θ(εό)ς | ἐν τ(ῷ) χωρῷ τῶν δικαίων. ἀμήν ἀμήν γένοιτ(ο) ἀμήν:– | Ἔτο(ς) ,ςψπη·* (cf. Pierre Batiffol, *L'abbaye de Rossano*, Paris 1891, pp. 159, 93; Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 271, ubi errore cod. Vatic. 777 pro 770 laudatur). Voces *Μακαρίω, τὸ, Βλασίω*, verisimilius est genetivos esse quam dativos (itaque, ubi opus fuit, nonnullarum vocum exitus omissos ad genetivi normam supplevi). Scilicet ob pecu-

liarem rationem phoneticam, cum sonus *u* illa aetate praesertim in Italia australi etiamque in aliis orbis graeci terris sono *o* vicinus esset, genetivi illi etiam vocalibus mutatis suffixi sunt. De hac quaestione cf.: Gérard Garitte, *Documents pour l'étude du livre d'Agathange* (Studi e Testi, 127), Città del Vaticano 1946, pp. 164-167; Robert Devreesse, *Les manuscrits grecs de l'Italie méridionale* (Studi e Testi, 183), Città del Vaticano 1955, p. 32 n. 6 et n. 10; cf. quae supra p. 23 adnotavimus. Etiam accidebat, ut in vocum exitu *u* pro *o* substitueretur. Velut e codicis Cryptoferratensis *Δ.α.*IV ab eodem Macario Rhegino scripti subscriptione (cf. infra) haec afferre libet, quae illam mutationem phoneticam optime illustrent (fol. 244ᵛ: cf. Antonius Rocchi, *Codices Cryptenses seu Abbatiae Cryptae Ferratae in Tusculano*, Tusculani 1883, pp. 296 sq.; Batiffol, *op. laud.* p. 159): *τὸ πάνη εὐλαβοὺς — Βλασίου*, tum *ὅπως ἰδοῦ* (scilicet *τὸ* pro *τοῦ* et *ἰδοῦ* pro *ἴδω* scriptis). In nostro codice Vaticano gr. 770 in folii 105ᵛ parte inferiore Blasii hieromonachi, cuius causa hic codex scriptus est, nomen et cryptographice et aperte notatum est idque fortasse a Blasio ipso factum: *ηοθώϟλω ϟε⁊λξλνθυλω* | *Βλασιος ἱερομοναχος*. Qui librum scripsit, Macarius monachus quattuordecim annis antea codicem Cryptensem *Δ.α.*IV in folio 244ᵛ die 1 Septembris A.M. 6774 = A.D. 1265, cum idem Blasius Cryptaeferratae ecclesiarchae officio fungeretur, subscripserat se *ἀπ(ὸ) πόλεως Ῥηγίου τῆς Καλαβρίας* oriundum esse professus (cf. Rocchi, *Codices Cryptenses* pp. 296 sq.; Batiffol, *op. laud.* p. 159; Vogel-Gardthausen, *loc. laud.*). De Macario Rhegino: cf. Antonius Rocchi, *De coenobio Cryptoferratensi eiusque bibliotheca et codicibus praesertim graecis*, Tusculi 1893, pp. 49 sq.; C. Émereau, « Hymnographi Byzantini, » *Échos d'Orient* 23 (1924) p. 408; de Blasio II ecclesiarcha, qui deinde anno 1282 abbas Cryptaeferratae electus est, cf. Rocchi, *De coenobio* pp. 50 sqq., 34. Exstat in bibliotheca Cryptoferratensi codex Cryptensis *Α.δ.*VI (cf. Rocchi, *Codices Cryptenses* pp. 45 sq.), manu eiusdem Macarii Rhegini Cryptaeferratae scriptus et lectiones S. Scripturae festis immobilibus destinatas continens. Quem codicem Rocchi (*De coenobio* pp. 49, 258, 276), cum Macarii manum agnovisset, contendit fragmentum esse amplioris codicis, cuius reliqua pars in codice Vaticano graeco 770 remaneret. Quod verum esse non potest, nam ambo codices et foliorum forma et numero linearum in singulis paginis scriptarum differunt (codex Cryptensis *Α.δ.*VI est membranaceus rescriptus, mm. 285 × 200, foliorum 39, lineis 18–22), ut prorsus negemus hos duos codices primitus unum amplius volumen effecisse. Verisimillimum quidem est Macarium codices Vaticanum 770 atque Cryptenses *Δ.α.*IV et *Α.δ.*VI exaravisse, cum in ipso monasterio Cryptoferratensi versaretur (cf. Rocchi *De coenobio* p. 49; at Devreesse, *Les manuscrits grecs de l'Italie méridionale* p. 19 n. 11, contendit codicem Vaticanum graecum 770 a Macario Rhegino Messanae monasterii Cryptoferratensis gratia exaratum esse). In tabula **35** folium 89ʳ expressimus, quod continet e Vetere Testamento desumpta verba Ionae 3, 5 4, 3 (ed. Alfred Rahlfs, *Septuaginta id est Vetus Testamentum graece iuxta LXX interpretes* [6] vol. II, Stuttgart [1962], pp. 528 sq.). Est pars lectionis Veteris Testamenti in officio vespertino Sabbati Sancti recitandae (cf. *Τριῴδιον κατανυκτικόν, ἐν Ῥώμῃ* 1879, pp. 740 sqq.; vel *Τριῴδιον κατανυκτικόν* [*ἔκδοσις τῆς Ἀποστολικῆς Διακονίας τῆς Ἐκκλησίας τῆς Ἑλλάδος*], *ἐν Ἀθήναις* 1960,

pp. 433 sq.; cf. Alfred Rahlfs, « Die alttestamentlichen Lektionen der griechischen Kirche, » *Nachrichten von der Königlichen Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen.* Philologisch-historische Klasse aus dem Jahre 1915, p. 40. Lectio totius Ionae in illo officio recitanda inter lectiones illarum vesperarum in hoc quidem codice quinta numeratur, at vulgo est quarta. Etenim contra rationem solitam lectio Isaiae 60, 1–16, quae vulgo est secunda lectio, in hoc codice in duas lectiones secundam Is. 60, 1–10 et tertiam Is. 60, 11–16 divisa est ideoque lectione Exod. 12, 1–11 quarto loco interiecta lectio Ionae quinta evasit). De exemplo in tabula expresso notandum videtur esse scripturam huius codicis aliorumque codicum a Macario Rhegino exaratorum, qui Italiae australis indigena erat, speciem quandam prae se ferre, quae a trita illa monasteriorum italograecorum scriptura (cf. Devreesse, *Les manuscrits grecs de l'Italie méridionale* p. 41) quodammodo abhorreat et ad venustatem stili Rhegini propius accedat (cf. Devreesse, *op. laud.* pp. 37 sqq.). Certe illud manifestum est Macarii manum perquam elegantem fuisse. Sane membrana rescripta cum usu italograeco congruit. De hoc codice praeter eos, quos supra laudavimus, libros cf. etiam: Devreesse, *Codices Vaticani graeci* III pp. 285 sq.; Alfred Rahlfs, *Verzeichnis der griechischen Handschriften des Alten Testaments* (Aus den Nachrichten der K. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 1914. Beiheft) = Mitteilungen des Septuaginta-Unternehmens der Königlichen Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen, Band 2, Berlin 1914, p. 256; Alberto Vaccari, « La Grecía nell'Italia meridionale, » *Orientalia Christiana* vol. III–3, Num. 13 (1925) p. 314; Devreesse, *Les manuscrits grecs de l'Italie méridionale* (Studi e Testi, 183) p. 42; Carsten Höeg and Günther Zuntz, « Remarks on the Prophetologion, » *Quantulacumque. Studies Presented to Kirsopp Lake by Pupils, Colleagues and Friends*, London [1937], pp. 195 sq.; Carsten Höeg et Günther Zuntz, *Prophetologium* (Monumenta Musicae Byzantinae. Lectionaria edenda curaverunt Carsten Höeg et Silva Lake, vol. I), fasc. 2, Hauniae 1940, p. 107. Quod Batiffol, *L'abbaye de Rossano* p. 93 n. 2, coniecit codicem Oxoniensem Bodleianum Laudianum graec. 40 a quodam Macario nomine cryptographice indicato A.M. 6798 = A.D. 1289/1290 in folio 308^{r} subscriptum fortasse a Macario Rhegino exaratum esse, non est verum, scriptura enim codicis Laudiani gr. 40 alia est.

Tabula 36: A.D. 1261-1282.

Codex Vaticanus graecus 1899, bombycinus, mm. 243 × 175, foliorum II + 423, in duas partes divisus (I: fol. II, 1–192; II: fol. 193–423), continet Aelii Aristidis orationes scholiis instructas. Quem codicem (si folium 8^{v} alia manu exeuntis saeculi XIII vel ineuntis XIV exaratum et folia 420^{v}–423^{v} circa annum 1300 exarata pratermittis) totum scripsit doctissima illa Theodora (postea Cyriace monacha) Palaeologina Rhaulaena, filia Irenae (Eulogiae monachae), quae Michaëlis VIII Palaeologi soror erat, et Ioannis (Ioannicii monachi) Cantacuzeni. Hanc Theodoram, quae Georgio Muzaloni protovestiario anno 1256 nupserat eoque anno 1258 Nicaeae occiso vidua erat, deinde

cum Constantinopolis recepta esset, Ioannes Rhaul (Petraliphas) protovestiarius anno 1261 in matrimonium duxit; ipsa anno 1300 diem supremum obiit (cf. Averkios Th. Papadopulos, *Versuch einer Genealogie der Palaiologen 1259–1453*, Diss. München 1938 = Amsterdam 1962, pp. 20 sq. sub num. 34; Bruno Keil, *Hermes* 25 [1890] p. 315 et p. 315 n. 3; Maximilianus Treu, *Maximi monachi Planudis epistulae*, Progr. Breslau 1886-1890 = Amstelodamum 1960, pp. 245 sqq.; Sokrates Kugéas, «Zur Geschichte der Münchener Thukydideshandschrift Augustanus F,» *Byzantinische Zeitschrift* 16 [1907] pp. 590 sqq.; *Σπυρ. Π. Λάμπρος, Νέος Ἑλληνομνήμων* 13 [1916] pp. 414–418; cf. Migne, *Patr. Gr.* 147 col. 1175 C — 1178 B). Siquidem Theodora anno 1256 Georgio Muzaloni nupsit, licet nobis credere eam circa annum 1240 natam esse, ut eam inter annos circiter 1240 et 1300 vixisse ponamus. Et quidem a Theodora scriptum esse hunc codicem testatur in folio 9r initio Aristidearum orationum praescriptum carmen dodecasyllabicum, cuius verba intra bis novenos circulos ornatus initialis rubro colore picti ita disposita sunt, ut verbis *ΙΣ ΧΣ ΝΙΚΑ* utrique circulorum ordini praefixis dein quaterni dodecasyllabi circulis utriusque ordinis inscriberentur. Unusquisque dodecasyllabus per duos circulos decurrit ita, ut octo dodecasyllabi sedecim circulos occupent. Iam ex ipso codice describo praescriptionem numerosam per versus dodecasyllabos, sicut par est, divisam (cf. tab. **168c**):

καὶ τὴν Ἀριστείδου δὲ τήνδε τὴν βίβλον:
γραφεῖσαν ἴσθι παρὰ τῆς Θεοδώρας:
καλῶς εἰς ἄκρον γνησίως ἐσκεμμένην:
Ῥώμης νέας ἄνακτο(ς) ἀδελφῆς τέκος:
5 *Κἀντακουζηνῆς ἐξ ἀνάκτων Ἀγγέλων:*
Δουκῶν φυείσης Παλαιολόγων φύτλης:
Ραοὺλ δάμαρτος Δούκα χαριτωνύμου:
Κομνηνοφυοῦς πρωτοβεστιαρίου:

(cf. Bruno Keil, *Hermes* 25 [1890] p. 315; Kugéas, *Byzantinische Zeitschrift* 16 [1907] p. 594; in versu 3 *ἐσκεμμένης* ediderunt Keil et Kugéas; in versu 4 *τέκος* prima manus: *τέκους* fortasse altera manus corrigebat, ita edidit Kugéas). In versu 7 vox *χαριτωνύμου* ad Ioannis nominis intellectum notissimum spectat, quod praenomen Rhauli protovestiario erat (de hoc vocis *χαριτώνυμος* significatu cf. Henricus Stephanus, *Thesaurus graecae linguae*[3] ed. C. B. Hase – G. Dindorfius – L. Dindorfius, vol. VIII, Parisiis 1865, col. 1347 BC s.v.). Quod modo attulimus, carmen eadem manu atque ipse codex exaratum est, ut necessario colligamus idem ab ipsa Theodora praescriptum esse, licet suspicari debeamus carmen, quod Theodoram laudibus efferret, ab alio auctore in huius codicis usum esse compositum. Cum Theodora Rhauli protovestiario anno 1261 nupserit eiusque avunculus Michaël VIII Palaeologus, quo vivo hoc carmen scriptum esse patet, anno 1282 vita defunctus sit, necesse est ponamus codicem Constantinopoli inter annos 1261 et 1282 confectum esse. Immo verisimile est Theodoram hunc librum, cum iam matura aetate floreret, temporis spatio ad annum circiter 1280 vergente scripsisse. In tabula **36** imaginem folii 116r damus, quo continentur verba Aelii Aristidis orationis 46 (Dindorf) *Ὑπὲρ τῶν τεττάρων* (ed. Guilielmus Dindorfius, *Aristides* vol. II,

Lipsiae 1829, pp. 233, 15 — 234, 16) cum scholiis (ed. Dindorfius, *Aristides* vol. III, 1829, pp. 567, 24 — 568, 19; p. 568, 22–23; p. 568, 26–29; pp. 568, 32 — 569, 16). De hoc codice cf. etiam Bruno Keil, *Aelii Aristidis Smyrnaei quae supersunt omnia* vol. II, Berolini 1898, p. IX; Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* pp. 134 sq. De studiis Aristideis vergente saeculo XIII florentibus et de hoc codice cf. William Lameere, *La tradition manuscrite de la correspondance de Grégoire de Chypre* (Études de philologie, d'archéologie et d'histoire anciennes publiées par l'Institut Historique Belge de Rome, II), Bruxelles-Rome 1937, pp. 62 sq. De vita et studiis Theodorae Rhaulaenae cf. etiam: *Σπυρ. Π. Λάμπρος, Νέος Ἑλληνομνήμων* 10 (1913) pp. 347 sq.; Rodolphe Guilland, *Études byzantines* 2 (1944) p. 214; R. Janin, *La géographie ecclésiastique de l'empire byzantin.* Première partie: *Le siège de Constantinople et le Patriarcat oecuménique.* Tome III: *Les églises et les monastères* (Publications de l'Institut Français d'Études Byzantines), Paris 1953, pp. 32 sqq.; V. Laurent, *Revue des études byzantines* 15 (1957) p. 128; Halkin, *Bibl. Hagiogr. Gr.*[3] num. 1793. Notatu dignum est codicem Parisinum Coislinianum 128 olim a Theodora Rhaulaena monasterio Athoo S. Athanasii donatum esse, quod docet adnotatio post Rhaulaenae mortem, ut videtur, in codicis calce scripta (cf. Bernardus de Montfaucon, *Bibliotheca Coisliniana, olim Segueriana*, Parisiis 1715, p. 201; Robert Devreesse, *Le fonds Coislin* [Bibliothèque Nationale. Département des Manuscrits. Catalogue des manuscrits grecs, II], Paris 1945, p. 122).

Tabula 37: A.D. 1281/1282.

Codex Ottobonianus graecus 381, membranaceus, mm. 223 × 165, foliorum IV (α, β, c, d) + 336 + I, lineis 29 in singulis paginis scriptus, continet Novi Testamenti libros ad usum liturgicum accomodatos. Et quidem insunt: Actus Apostolorum, epistulae s. Pauli, epistulae catholicae, quattuor Evangelia, additis indice lectionum ex Praxapostolo recitandarum et indicibus lectionum ex evangeliis sollemnitatibus immobilibus et mobilibus recitandarum. Codicem A.M. 6790 = A.D. 1281/1282 finitum esse significat nota a librario in folio 335ᵛ facta: † *δόξα τῷ δόντ(ι) ἀρχὴν καὶ τέλο(ς)· ὁ τὰ πάντα πληρῶν, θ(εὸ)ς ἡμῶν δόξα σοι:–* | † *πλήρωμα πάντων τῶν καλῶν, Χ(ριστὸ)ς πέλει· ἀμήν:–* | *τῷ ἔχοντι καὶ γράψαντι, Χ(ριστ)έ μου σῶσον:–* | † *Ἔτους ,ζψϟ (σελήνης) κύ(κλος) ζ (ἡλίου) κύ(κλος) ιδ· νομικὸν φάσκ(α) μ(α)ρ(τίου) κζ ἡμέρ(α) ϛ χρ(ιστιανῶν)* | *πάσχ(α), μ(α)ρ(τίου) κθ· ἡ ἀπ(όκρεως) φε(β)ρ(ουαρίου) α′:–* (lineis 1, 4–5 rubro colore, lineis autem 2–3 atramento scriptis. Animadvertas verba *πλήρωμα — πέλει* dodecasyllabum efficere. Hanc notam exhibitam invenies in nostrae tabulae **154** parte superiore itidemque apud Franchi de' Cavalieri-Lietzmann, *Specimina codicum graecorum Vaticanorum*[2] tab. 44 in sinistrae paginae parte superiore; eiusdem contextum ediderunt Feron-Battaglini, *op. infra laud.* p. 195, et Paul Maas, *Griechische Palaeographie* [Alfred Gercke - Eduard Norden, Einleitung in die Altertumswissenschaft[3] I. Band, 9. Heft], Leipzig-Berlin 1924, p. 74; cf. V. Gardthausen, *Grie-*

chische Palaeographie[2] II, Leipzig 1913, p. 470; O. Neugebauer, *Byzantinische Zeitschrift* 52 [1959] p. 22). In tabula **37** imaginem expressimus folii 151r, quod continet partem Epistulae I s. Petri 4, 1–14. Quae in huius paginae linea 23 apparet, nota *τέ(λος)* δ̄ indicat hoc loco concludi lectionem, quae (cf. fol. 150v) *τῇ* δ̄ ⟨*τῆς λγ' ἑβδομάδος*⟩ recitatur, id est feria IV hebdomadis tricesimae tertiae post Pentecosten (tota lectio est Epist. I s. Petri 4, 1 *Χριστοῦ* — 11). Tum nota *ἀρχ(ὴ)* in textu scripta et notae in margine recto factae *τῇ* ε̄: *κε(φάλαιον)* ϛ̄: indicant incipere lectionem feria V eiusdem hebdomadis recitandam (quae tota est Epist. I s. Petri 4, 12 — 5, 5) simulque incipere huius Epistulae *κεφάλαιον* sive caput sextum (secundum antiquam divisionem quae Euthaliana dicitur numeratum), cuius capitis *τίτλος* in margine inferiore apparet (de harum lectionum distributione cf. Caspar René Gregory, *Textkritik des Neuen Testamentes* I, Leipzig 1900, p. 359; *Ἀπόστολος ἤτοι Πράξεις καὶ Ἐπιστολαὶ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων καθ' ὅλον τὸ ἔτος ἐπ' ἐκκλησίας ἀναγινωσκόμεναι, ἐν Ῥώμῃ* 1881, pp. 200 sq.; *Ἀπόστολος κτλ.* [ed. *Ἀποστολικὴ Διακονία τῆς Ἐκκλησίας τῆς Ἑλλάδος*], *ἐν Ἀθήναις* 1954, pp. 256 sq.; de capitis titulo cf. Hermann von Soden, *Die Schriften des Neuen Testaments*[2] I 1, Göttingen 1911, p. 458; Migne, *Patr. Gr.* 85 col. 681 A 13–15; de epistularum catholicarum divisione quae dicitur Euthaliana cf. Gregory, *Textkritik* II, 1902, pp. 872 sqq.). Notae liturgicae, quas modo excussimus, et capitis titulus rubro colore scripta sunt (de hoc tralaticio more cf. Frederick Henry Ambrose Scrivener, *A Plain Introduction to the Criticism of the New Testament*[4] vol. I, London 1894, p. 76). Aliud eiusdem scripturae exemplum ex hoc codice petitum habes apud Franchi de' Cavalieri-Lietzmann, *Specimina codicum graecorum Vaticanorum*[2] tab. 32; de scripturae habitu cf. quae eandem tabulam intuens disputavit Wilhelm Schubart, *Griechische Palaeographie*, München 1925, p. 164 sub num. 32; eiusdem tabulae particulam iteravit *Ἀντώνιος Σιγάλας, Ἱστορία τῆς ἑλληνικῆς γραφῆς, Θεσσαλονίκη* 1934, p. 234 num. 184.

In huius codicis fol. 335v lin. 6 — 336r post subscriptionem a codicis librario exaratam comparet notitia alia manu posteriore de terrae motu, qui Chium insulam die 20 Martii A.M. 6897 = A.D. 1389 concussit, scripta. Quam adnotationem paulo post illum casum factam esse patet. Etiam illud monere velim eadem nota hunc codicem demonstrari anno 1389 in Chio insula asservatum esse. Partem eiusdem notitiae in tabula 154 expressam exhibemus. Confer quae infra p. 175 ad tabulam 154 adnotavimus. Totam vero notitiam expresserunt Franchi de' Cavalieri-Lietzmann, *Specimina*[2] tab. 44.

In codicis folio praevio βr pristinae possessionis nota exstat: *Ex codicibus Joannis Angeli Ducis ab Altaemps* (qui anno 1620 obiit; de eo cf. Carlo Frati, *Dizionario bio-bibliografico dei bibliotecari e bibliofili italiani* [Biblioteca di bibliografia italiana, XIII], Firenze 1933, pp. 16 sq.). De hoc codice cf.: Feron-Battaglini, *Codices manuscripti graeci Ottoboniani* pp. 194 sq.; Franchi de' Cavalieri-Lietzmann, *Specimina codicum graecorum Vaticanorum*[2] p. xv num. 32, p. xvii num. 44; Gregory, *Textkritik des Neuen Testamentes* I p. 185 (sub Vier Evangelien 390); Caspar René Gregory, *Die griechischen Handschriften des Neuen Testaments*, Leipzig 1908, p. 62 (siglo indito 390); von Soden, *Die Schriften des Neuen Testaments*[2] I 1, p. 111 (siglo indito δ 366); Kurt Aland, *Kurz-*

gefasste Liste der griechischen Handschriften des Neuen Testaments, I (Arbeiten zur neutestamentlichen Textforschung, 1), Berlin 1963, p. 82 (siglo Gregoryano 390 recepto); Hagiographi Bollandiani et Pius Franchi de' Cavalieri, *Catalogus codicum hagiographicorum graecorum Bibliothecae Vaticanae*, Bruxellis 1899, p. 274.

Tabula 38: A.D. 1281/1282.

Codex Reginensis graecus 31, bombycinus, mm. 263 × 200, foliorum II + 351, lineis 26 in singulis paginis scriptus est (foliis 1–6 in charta occidentali saeculo XV scriptis substitutisque pro foliis genuinis, quae amissa erant). Exstant in codice: (f. 1r–126r) Ioannis Zonarae commentarii in s. Ioannis Damasceni canones VIII anastasimos, qui in Octoëcho inclusi sunt, et in Psalmos graduales (hos commentarios et in canones anastasimos et in Psalmos graduales primum edidit *Σπυρίδων Λαυριώτης*, *῾Αγιορειτικὸν περιοδικὸν ῾Ο ῎Αθως, ἔτος Α' — τρίτη τριμηνία, ἐν ᾿Αθήναις* 1920); (f. 127r–351v) Theodori Prodromi commentarii in Cosmae Hierosolymitani et s. Ioannis Damasceni canones pro festis dominicis (quorum commentariorum partem primum edidit Henricus M. Stevenson Senior, *Theodori Prodromi Commentarii in carmina sacra melodorum Cosmae Hierosolymitani et Ioannis Damasceni*, Romae 1888); Gregorii Pardi metropolitae Corinthii commentarii in Cosmae Hierosolymitani et s. Ioannis Damasceni varios canones liturgicos (fine amisso). Codex (si a recentioribus foliis 1–6 discedis) e duabus partibus ab uno eodemque librario scriptis constat, quarum una folia 7–126 complectitur (praeibat vero olim unus quaternio in exordio huius partis primitus scriptus, dein amissus, pro quo f. 1–6 suppleta sunt), altera autem folia 127–351 habet (at quandam iacturam foliorum in huius partis exitu factam esse patet). Ipse codicis librarius Michaël Argyrus A.M. 6790 = A.D. 1281/1282 subscriptionem in folio 126r fecit, in cuius linea paenultima duos dodecasyllabos protulit, quos proprie divisos infra affero. Ecce subscriptionis verba (f. 126r — cf. tab. **170b**): *῎Ετο(ς) ͵ςψϟ:– | δόξα σοι ἁγία τριὰς δόξα σοι· καὶ πάλιν ἐρῶ δόξα σοι:– | πάντ(α) τὰ τετραδία τῆς βίβλου μϛ̄ |*

† τέλος εἴληφεν ἡ θεόπνευστο(ς) βίβλο(ς)·
τέλος σῶσον με Χ(ριστ)ὲ τὸν γεγραφότ(α)· |

Μιχαὴλ τοὔνομ(α) ᾿Αργυρὸν δ' ἐπίκλην:– Quaterniones intra unam et alteram codicis partem separatim notis in ultima cuiusque quaternionis pagina in angulo inferiore dextro scriptis numerabantur, quarum notarum permulta vestigia exstant. Quippe in alterius partis fine, ubi foliorum ordo nunc est turbatus, puto 15 folia desiderari, ut hanc partem, quae nunc 225 folia exhibeat (f. 127–351), olim 240 folia vel 30 quaterniones habuisse ponamus. Prima quae nunc incedit codicis pars primitus habebat quaternionem sive 8 folia dein amissa et quae exstant pristina 120 folia (f. 7–126), ut cuncta eius partis essent 128 folia vel 16 quaterniones. Itaque olim codicem integrum 46 quaternionibus constitisse vere subscriptio, quam attulimus, indicat. Quae quaternionum mentio in folio 126r a librario facta ostendit hanc ipsam notam tota iam opera absoluta fortasse in libri fine (non in medio libro) collocatam esse. Equidem suspicor primitus ordinem

duarum illarum codicis partium inversum fuisse, ut ea pars, quae Theodori Prodromi et Gregorii Corinthii commentarios contineret, tunc in libri principio esset, pars autem Zonarae commentarios complectens subsequeretur et folium, quod nunc est 126, tunc extremum totius libri folium esset. Alia etiam ratio accedit, cur primitus Theodori Prodromi et Gregorii Corinthii commentarios in principio codicis fuisse, Zonarae vero commentarios secundum locum obtinuisse putemus. Etenim in partis Zonaram exhibentis pagina extrema, quod nunc est folium 126ᵛ, possessionis notae exstant, quae declarant codicem Metrophanis ⟨III patriarchae CP., 1565–1572 et 1579–1580⟩, et monasterii SS. Trinitatis *τοῦ Ἐσόπτρου* in Chalce insula siti olim fuisse. Et quidem in folii 126ᵛ parte superiore adnotatio monasterii illius per quinque versus politicos singulis lineis scriptos decurrit:

\+ *ἡ βίβλος αὕτη πέφυκε τῆς παντουργοῦ τριάδος* |
τῆς εν τῇ νήσῳ Χάλκῃ τε μονῆς τε τοῦ ἐσόπτρου· |
καὶ εἴ τι<ς> βουληθῇ ποτὲ λαθραίως ταύτην ἄραι |
κεχωρισμένος ἔσετε τριάδος τῆς ἁγίας· |
ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ γε καὶ τῷ ἐλευσωμένῳ: + |

Infra monasterii adnotationem haec scripta exstat nota: *τοῦ Μητροφάνους*. Monasterii adnotatio alia manu exarata est atque nomen Metrophanis. Hoc quidem videtur ab ipso Metrophane scriptum esse (in nominis fine litterae *–αν–* comparari possunt cum nomine a Metrophane litteris patriarchalibus subscripto, quarum imaginem expressit Franz Dölger, *Aus den Schatzkammern des Heiligen Berges*, [München 1948], Tafelband tab. 87; de Metrophane III cf. *Μανουὴλ Ἰ. Γεδεών, Πατριαρχικοὶ πίνακες, ἐν Κωνσταντινουπόλει* [1885–1890], pp. 515 sqq., 523 sq.; Dölger, *op. laud.*, Textband pp. 233 sq.). De Metrophanis patriarchae codicibus, qui in illo monasterio Chalcensi collocati deinde in monasterii ipsius possessionem venerunt, egit Émile Legrand, « Notice biographique sur Jean et Théodose Zygomalas, » *Recueil de textes et de traductions publié par les professeurs de l'École des langues orientales vivantes à l'occasion du VIIIᵉ Congrès International des Orientalistes tenu à Stockholm en 1899*, tome II (= Publications de l'École des langues orientales vivantes. IIIᵉ série — volume VI), Paris 1889, pp. 201 sqq.; de codicum Metrophaneorum, qui monasterii illius facti sunt, subscriptione solita cf. Legrand p. 206. Simul Legrand pp. 207–216 codicum Metrophanis, qui in Chalce insula illo tempore asservabantur, catalogum anno 1572 confectum edidit. Quo in catalogo (Legrand p. 210 lin. 10) talis codex indicatur: *Τοῦ Πτωχοπροδρόμου κανόνες ἐξηγημένοι* (in margine *οὐκ εἰσὶν ἐν τύπῳ*). Hic codex haud scio an idem fuerit atque qui nunc est Reginensis graecus 31. Etenim si codex nunc Reginensis illo tempore commentarios Theodori Prodromi et Gregorii Corinthii in principio collocatos habebat, admodum consentaneum fuit eum ita in catalogum illum Chalcensem referri, quippe cum in folio 127ʳ (quod tunc primum libri folium fuisse credo) inscriptio partis illius a Prodromo incipientis haec legeretur (sicut et nunc legitur): *Θεοδώρου τοῦ Προδρόμου ἐξήγησις εἰς τοὺς ἐν ταῖς ἱεραῖς δεσποτικαῖς ἑορταῖς ἐκτε|θέντας κανόνας παρὰ τῶν ἁγίων καὶ σοφῶν ποιητῶν, Κοσμᾶ καὶ Ἰωάννου.* Siquidem res ita se habuit, minime mirum est Michaëlis Argyri subscriptionem in codicis totius pagina, quae olim paenul-

tima esset (fol. 126^r), factam esse, possessionis autem notas in ea, quae tunc ultima esset, pagina (fol. 126^v) subiectas esse. Quas modo designavimus, ambae codicis partes ab eodem scriba eodem linearum numero in unaquaque pagina exaratae sunt ita tamen, ut folia 7^r–126^r prorsus eundem scripturae habitum atque ipsa Michaëlis Argyri subscriptio prae se ferant, folia vero 127^r–351^v, licet ab eadem manu sint profecta, aliquantulum tamen ab illis foliis differre videantur. Nimirum in foliis 7^r–126^r litterae tenuiores videntur esse atque scriptura compendiis abundat, in foliis 127^r–351^v litterae aliquantulo latiores laxioresque sunt et compendia multo pauciora comparent. Nobis quidem hae codicis partes ideo scripturae habitu nonnihil videntur differre, quod folia 127^r–351^v fortasse aliquanto antea scripta erant, folia vero 7^r–126^r postea exarata et absoluta sunt illo ipso tempore, quod Michaël Argyrus in subscriptione testatus est. Immo etiam fieri potuit, ut librarius in hac parte de industria scriptionem artiorem astrictioremque adhibere vellet. In tabula **38** e parte codicis, quae scripturae habitu quam proxime ad subscriptionis speciem accedit, delectum folium 62^v expressimus, quod continet verba Ioannis Zonarae commentarii in s. Ioannis Damasceni canones anastasimos (ed. *Σπυρίδων Λαυριώτης*, *Ἁγιορειτικὸν περιοδικὸν Ὁ Ἄθως, ἔτος Α' — τρίτη τριμηνία, ἐν Ἀθήναις* 1920, pp. 123, 23 — 124, 22). Est finis expositionis, qua explanatur canonis anastasimi IV officio dominicae quarti toni matutino destinati odae *ζ'* hirmus (huius verba exhibet *Ὀκτώηχος τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ, ἐν Ῥώμῃ* 1886, p. 65, 38–40; *Ὀκτώηχος τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ* [ed. *Νικόλ. Π. Παπαδόπουλος*], [*Ἐκκλησιαστικὴ Βιβλιοθήκη, ἔκδοσις Μιχ. Ι. Σαλιβέρου*], *Ἀθῆναι* [1947], p. 103, 10–13), tum eiusdem odae proximum troparium affertur (*Ὀκτώηχος* ed. Romana 1886, p. 66, 2–4; ed. Athen. [1947], p. 103, 15–17) et subsequitur initium expositionis in hoc troparium. Notandi sunt, qui in margine sinistro comparent, indices *τροπ(ά)ρ(ιον)* et *ἑρμ(η)ν(εία)*. Aliud specimen (fol. 150^r) ex huiusce codicis altera parte depromptum dederunt Franchi de' Cavalieri-Lietzmann, *Specimina codicum graecorum Vaticanorum*^{2} tab. 37; cuius tabulae particulam iteravit *Ἀντώνιος Σιγάλας, Ἱστορία τῆς ἑλληνικῆς γραφῆς, Θεσσαλονίκη* 1934, p. 279 num. 226; de scripturae habitu cf. quae eandem tabulam integram intuens disputavit Wilhelm Schubart, *Griechische Palaeographie*, München 1925, p. 165 sub num. 37. Hunc codicem, cum e bibliotheca Chalcensi foras migrasset, postea Christianus Raué (Ravius) Berolinensis (1613–1677) possidebat (cf. fol. I^r *Christiani Ravij Berlinatis*; de quo cf. *Allgemeine Deutsche Biographie* vol. 27, Leipzig 1888, pp. 396 sqq.; de eius codicibus cf. K. Boysen, *Philologus* 42 [1884] pp. 285 sqq.). Porro de hoc codice cf. Stevenson, *Codices manuscripti graeci Reginae Svecorum et Pii PP. II* pp. 24 sq.; Franchi de' Cavalieri-Lietzmann, *Specimina codicum graecorum Vaticanorum*^{2} pp. xv sq. sub num. 37 (qui viri doctissimi errore perhibuerunt codicem in insula Chalce scriptum esse, cum id tantum constaret codicem aliquando in monasterii Chalcensis possessione fuisse); Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 310; Wilhelm Weinberger, « Beiträge zur Handschriftenkunde. II, » *Sitzungsberichte der philosophisch-historischen Klasse der Kaiserlichen Akademie der Wissenschaften*, 161. Band, Wien 1909, IV. Abhandlung p. 18; Giovanni Mercati, *Opere minori* vol. III (Studi e Testi, 78), Città del Vaticano 1937,

p. 331; *Ἀθανάσιος Δ. Κομίνης, Γρηγόριος Πάρδος μητροπολίτης Κορίνθου καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ* (Testi e Studi Bizantino-Neoellenici. Collezione diretta da † C. Giannelli e G. Zoras, II), Roma-Atene 1960, pp. 97, 110.

Tabula 39: A.D. 1286.

Codex Vaticanus graecus 641, bombycinus, mm. 253 × 170, foliorum 467 (quorum folia 1–315 margines schedis chartaceis agglutinatis refectos habent), continet Theophylacti Bulgariae archiepiscopi commentarium in quattuor evangelistas ita dispositum, ut evangelii pericopam sectio commentarii subsequatur. Codicem Gerasimus monachus exaravit, qui die 18 Septembris A.M. 6795 = A.D. 1286 subscriptionem in folio 466^{r-v} fecit a dodecasyllabo notissimo incipiens (f. 466^{r} — cf. tab. **171d**): *τῷ συντελεστῇ τῶν καλῶν θ(ε)ῷ, χάρις:* | *† εὔχεσθε πάντες οἱ ἐντυγχάνοντες τῷδε τῷ εὐαγ|γελίῳ, Γερασίμῳ ἁμαρτωλῷ καὶ ἀχρείῳ* | *δούλῳ Χ(ριστο)ῦ. ὅπως δώη μοι λύσιν ἁμαρτημάτων* | *ἐν τῇ ἡμέρα τῇ φοβερᾷ. ἐπειδ(ὴ) διὰ τῶν ἐμῶν βεβήλων.* | *καὶ ἀναξίων χειρῶν τοῦτο ἐγράφη +* || Tum haec in insequenti pagina fol. 466^{v} rubro colore ita exarata sunt, ut singuli dodecasyllabi per singulas lineas discriberentur (cf. tab. **172**):

† *ἐν σοὶ τὸ πλῆρες Χ(ριστ)έ μου τῷ μεσίτῃ:* |
σύ γαρ κατάρχη τῆς ἡμῶν σ(ωτη)ρίας: |
[[*τέλος εἴληφεν ἡ γραφὴ* ....]] |
† *τέλος εἴληφε τοῦ Χ(ριστο)ῦ μου ἡ βίβλος:* |
διὰ μοναχοῦ Γερασίμου ἀχρείου: |
ὃς ἀμυθήτων ἀμπλακημ(ά)των λύσιν, |
λαβεῖν αἰτεῖται ἐκ θ(εο)ῦ φιλαν(θρώπ)ου: |
λοιπὸν οἱ ἐγκύπτοντες θερμῶς εἰς ταύτην, |
εὔχεσθε αὐτὸν δυσωπῶ ἐκ καρδίας, |
ὡς ἂν δι' ὑμῶν καὶ τεύξοι σ(ωτη)ρίας: |
καὶ τῆς μερίδος τῶν σωζομένων τυχοι: |

Hos dodecasyllabos sequuntur atramento exarata haec: *Μηνὶ σεπτεμβρίῳ ὀκτωκαιδεκά-τ(ῃ) ἡμέρα δευτέρα* | *Ἔτους ,ςψϟε· ἰνδικτ(ιῶ)ν(ος) ιε·* (feria IV indicanda fuit, non II) *ἐπὶ τῆς βασιλείας* | *τῶν θεοστεφῶν βασιλέων ἡμῶν, Ἀνδρονίκ(ου) τοῦ Παλαι|ολόγ(ου) καὶ Εἰρή(ν)ης. καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Μιχαήλ* | Subsequuntur octo dodecasyllabi alterna vice rubro liquore et atramento per singulas lineas discripti:

\+ *ἡ βίβλο(ς) ἥδε τῶν θεοπνεύστων λόγων:* |
λειμὼν πέφυκε ψυχικῶν ἀρωμάτων: |
ταύτην διελθὼν νουνεχῶς, ψυχὴν φίλε |
εὐωδιάσεις πν(εύματο)ς εὐωδία: |
ἡ βίβλο(ς) αὕτη τῶν θ(εο)ῦ προσταγμάτων, |
λύχνος πέφυκε τοῖς ποσὶ καὶ φῶς τρίβο(ι add. scriba)*ς:* |
ταύτην διελθὼν νουνεχῶς, τοὺς σοὺς πόδας |
κατευθυνεῖς ἄν(θρωπ)ε πρὸς θείας τρίβους:

Etiam haec Gerasimi nota in imo folio 302v comparet (cf. tab. **171c**): + *εὔχεσθε διὰ τὸν κ(ύριο)ν οἱ ταῦτα ἀναγινώσκοντες, | Γερασίμω ἁμαρτωλῷ· καὶ ἀχρείω δούλω | Χ(ριστο)ῦ. ναὶ παρακαλῶ πᾶσι τοῖς ἐντυγχάνουσι, διὰ τὸν κ(ύριο)ν*: Sicut scriba memorat, haec subscriptio facta est regnantibus Andronico II Palaeologo imperatore (1282–1328) eiusque altera uxore Irena de Monte Ferrato, quam viduus factus in matrimonium anno 1284 duxit, et Andronici filio Michaële IX Palaeologo, qui anno 1281/1282 ad nominis imperialis societatem evectus est (cf. Averkios Th. Papadopulos, *Versuch einer Genealogie der Palaiologen*, Diss. München 1938 = Amsterdam 1962, pp. 35 sq.; Franz Dölger, *Regesten der Kaiserurkunden des oströmischen Reiches von 565–1453* [Corpus der griechischen Urkunden des Mittelalters und der neueren Zeit. Reihe A: Regesten. Abteilung I.], 4. Teil, München-Berlin 1960, p. 5 num. 2098). Quod in tabula **39** expressimus, folium 230r continet verba THEOPHYLACTI ARCHIEP. BULGAR. COMMENTARII IN QUATTUOR EVANGELIA (ed. Migne, *Patr. Gr.* 123 col. 872 B 14 — 873 C 3). In paginae parte superiore comparet locus commentarii in Ev. Luc. 11, 42–51. Tum exhibetur locus ipsius Ev. Luc. 11, 52–54 insigniter in marginibus notatus, subsequentibus commentarii verbis. In margine dextro nota illa persaepe usurpata *ὡραῖον* a librario addita est (de vocis *ὡραῖον* usu cf. Ernestus Maass, « Observationes palaeographicae, » *Mélanges Graux. Recueil de travaux d'érudition classique dédié à la mémoire de Charles Graux*, Paris 1884, p. 756; Guilielmus Chase Greene, *Scholia Platonica* [Philological Monographs published by the American Philological Association, 8], Haverfordiae 1938, p. XXIII). In folii 466v margine inferiore is, qui codicem refecit, haec notavit: *Joseph Capiblancus Vicentinus | instaurabat. an. 1572.* (cf. Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 450; Giovanni Mercati, *Opere minori* vol. III [Studi e Testi, 78], Città del Vaticano 1937, p. 227 n. 1). De hoc codice cf.: Devreesse, *Codices Vaticani graeci* III p. 64; Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 67; Caspar René Gregory, *Textkritik des Neuen Testamentes* I, Leipzig 1902, p. 227 (sub Vier Evangelien 854); C. R. Gregory, *Die griechischen Handschriften des Neuen Testaments*, Leipzig 1908, p. 77 (siglo indito 854); Hermann von Soden, *Die Schriften des Neuen Testaments*² I 1, Göttingen 1911, p. 264 (siglo indito $\Theta^{\varepsilon 39}$); Kurt Aland, *Kurzgefasste Liste der griechischen Handschriften des Neuen Testaments*, I (Arbeiten zur neutestamentlichen Textforschung, 1), Berlin 1963, p. 106 (siglo Gregoryano 854 recepto).

Tabula 40: A.D. 1287.

Codex Vaticanus graecus 2383, membranaceus, mm. 200 × 135, foliorum 99, continet in foliis 5r–94v Hesiodi Opera et Dies cum Ioannis Tzetzae scholiis, atque in foliis 1r 4v et 96r–99v fragmenta Euchologii alia manu eiusdem fere aetatis scripti. Codicem Hesiodeum ita dispositum, ut textus poetici et scholiorum pericopae alterna vice se excipiant, exaravit in Italia australi, quod scripturae habitus codicum in terra Hydruntina ortorum simillimus prodit, scriba, qui die 17 Februarii A.M. 6795 = A.D. 1287 hanc notam in folio 94v subscripsit (cf. tab. **171a**): *τέ(λος) τέλος τοῦ Ἡσιόδ(ου) ἡμέ-*

ϱ(ᾳ) δευτ(έ)ϱ(ᾳ) εἰς τ(ὰς) ι̅ζ̅ τοῦ φευ(ϱου)αϱ(ίου) μηνὸ(ς), | *ἔτ(ους) ͵ζψϟε. ἰνδι-κ(τιῶνος) ι̅ε̅*:- ++ Multi indices et litterae initiales pericoparum et nonnumquam litterae initiales vocum cum intra textum poeticum tum intra scholia scriptarum colore flavo superlita sunt secundum morem Italiae australis (cf. quae supra p. 20 hac de re adnotavimus). In tabula **40** imaginem folii 37ʳ damus, quod continet IOANNIS TZETZAE SCHOLIA IN HESIODI OPERUM ET DIERUM versus 174–179 (cf. Thomas Gaisford, *Scholia ad Hesiodum* [Poetae minores graeci, vol. II], Lipsiae 1823, pp. 143, 27 — 144, 5; p. 144, 28-29; p. 145, 5–9), tum ipsius HESIODI OPERUM ET DIERUM versus 180 190. Aliud eiusdem codicis specimen dedit Aristide Colonna, « Homerica et Hesiodea, » *Accademia Nazionale dei Lincei. Bollettino del Comitato per la preparazione della Edizione Nazionale dei Classici greci e latini*, Nuova Serie fasc. III, Roma 1954, tab. I. Similis est scriptura aliorum codicum in terra Hydruntina exeunte saeculo XIII exaratorum: cf. nostram tabulam 43 et quae infra p. 75 adnotavimus; cf. Henri Omont, *Fac-similés des manuscrits grecs datés de la Bibliothèque Nationale du IXᵉ au XIVᵉ siècle*, Paris 1891, tab. LXIV/II (e cod. Paris. gr. 2572 Aradei in oppido terrae Hydruntinae prope Neretum sito A.D. 1295/1296 scripto), tab. LXXI/I (e codicis Paris. supplem. gr. 681 parte, quam Calus de oppido S. Petri de Galatina terrae Hydruntinae A.D. 1297/1298 scripsit). Etiam cf. A. Turyn, *Studies in the Manuscript Tradition of the Tragedies of Sophocles* (Illinois Studies in Language and Literature, vol. XXXVI, 1–2), Urbana 1952, tab. IV–V; Robert Devreesse, *Les manuscrits grecs de l'Italie méridionale* (Studi e Testi, 183), Città del Vaticano 1955, tab. VII *a–b*. Hic codex olim ⟨Marci Antonii⟩ Mureti (1526–1585) fuit (cf. fol. 5ʳ *ex bibl. Mureti*): cf. (Michaud), *Biographie universelle ancienne et moderne.* Nouvelle édition, vol. 29, Paris s.a., pp. 606–608. De eius bibliothecae fatis cf. [Petrus Lazzari *sive* Lazeri], *Miscellaneorum ex mss. libris Bibliothecae Collegii Romani Societatis Jesu* vol. I, Romae 1754, pp. XIV sq.; Friedrich Blume, *Iter Italicum* III, Halle 1830, p. 149; Charles Dejob, *Marc-Antoine Muret, un professeur français en Italie*, Paris 1881, p. 369; Pierre de Nolhac, « La bibliothèque d'un humaniste au XVIᵉ siècle, » *Mélanges d'archéologie et d'histoire* 3 (1883) pp. 206–208; Pierre de Nolhac, *La bibliothèque de Fulvio Orsini* (Bibliothèque de l'École des Hautes Études. Sciences philologiques et historiques, fasc. 74), Paris 1887, p. 260 n. 2; Donatus Tamilia, *Studi Italiani di filologia classica* 10 (1902) p. 223; Vilh. Lundström, *Commentationes philologae in honorem Iohannis Pavlson*, Gotobvrgi 1905, p. 146; José Ruysschaert, *Codices Vaticani latini. Codices 11414–11709* schedis Henrici Carusi adhibitis recensuit —, in Bibliotheca Vaticana 1959, pp. VII–IX. Quippe verisimillimum est hunc codicem una cum ceteris Mureti libris hereditate ad Mureti nepotem redisse et deinde Societati Jesu legatum aliquamdiu Romae in bibliotheca Collegii Romani asservatum esse. Tum hic codex ad seriem codicum Vaticanorum graecorum 2341–2390 pertinet, qui a s. Pio PP. X anno 1912 Bibliothecae Vaticanae donati sunt quorumque multi certe e bibliotheca Collegii Romani orti erant (de his codicibus cf. Giovanni Card. Mercati, *Note per la storia di alcune biblioteche romane nei secoli XVI–XIX* [Studi e Testi, 164], Città del Vaticano 1952, p. 28 § 7; Ruysschaert, *op. laud.* p. VII). Sane in nostri codicis folio 5ʳ supra possessionis Muretianae notam vestigia inferiora notae a bibliopego abscisae exstant, quam ad Col-

legium Romanum spectavisse verisimillimum est: [*Collegii Romani Societatis*] *Ịẹṣụ Ċạṭ*[*alogo*] *ịṇṣċ*[*riptus*]. De hoc codice Vaticano graeco 2383 cf.: Aristide Colonna, « I *Prolegomeni* ad Esiodo e la *Vita Esiodea* di Giovanni Tzetzes, » *Accademia Nazionale dei Lincei. Bolletino del Comitato per la preparazione della Edizione Nazionale dei Classici greci e latini*, Nuova Serie fasc. II, Roma 1953, pp. 31 sqq.; A. Colonna, « Homerica et Hesiodea, » *Bolletino* etc. Nuova Serie fasc. III (1954) pp. 50 sqq., tab. I; A. Colonna, « L'esemplare *Φ* degli *Erga* esiodei, » *Bolletino* etc. Nuova Serie fasc. VI (1958) pp. 20 sqq.; Aristides Colonna, *Hesiodi Opera et Dies* (Testi e Documenti per lo studio dell'antichità, 1), Milano-Varese [1959], p. 11; Aristide Colonna, « Note esiodee, » *Studi in onore di Luigi Castiglioni* I, Firenze [1960], pp. 239 sq.; Devreesse, *Les manuscrits grecs de l'Italie méridionale* (Studi e Testi, 183), p. 50; *Νικόλαος Α. Λιβαδάρας, Ἱστορία τῆς παραδόσεως τοῦ κειμένου τοῦ Ἡσιόδου* (« *Ἀθηνᾶ* » *σύγγραμμα περιοδικὸν τῆς ἐν Ἀθήναις Ἐπιστημονικῆς Ἑταιρείας. Σειρὰ διατριβῶν καὶ μελετημάτων*, 1), *ἐν Ἀθήναις* 1963, pp. 156 sq.

Tabula 41: A.D. 1287/1288.

Codex Vaticanus graecus 1081, bombycinus, mm. 185 × 130, foliorum I + 223, continet s. Ioannis Climaci Scalam Paradisi cum scholiis. Codicem Theodoretus hieromonachus A.M. 6796 = A.D. 1287/1288 in folio 221ᵛ subscripsit (cf. tab. **171b**): *ἐτελῃώθην τῶ παρῶν βιβλείων* | *δια χειρὼς ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ,* | *Θεοδορίτου ἱέρομονάχου:* | *ἔτους ,ςψϞς·:· ἰν(δικτιῶνος) α̅.* De sono *ν* in voce *ἐτελῃώθην* tertiae personae aoristi singularis passivi addito cf.: A. N. Jannaris, *An Historical Greek Grammar*, London 1897, pp. 547 sq.; Karl Dieterich, *Untersuchungen zur Geschichte der griechischen Sprache* (Byzantinisches Archiv, 1), Leipzig 1898, p. 249. Quod in tabula **41** exhibemus, folium 149ʳ continet verba s. Ioannis Climaci Scalae Paradisi gradus 26 (ed. Migne, *Patr. Gr.* 88 col. 1029 B 13 — D 4) cum scholio (ed. Migne, *Patr. Gr.* 88 col. 1052 A 4–7). De hoc codice cf.: Hagiographi Bollandiani et Pius Franchi de' Cavalieri, *Catalogus codicum hagiographicorum graecorum Bibliothecae Vaticanae*, Bruxellis 1899, p. 95; Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 135.

Tabula 42: A.D. 1290.

Codex Ottobonianus graecus 214, bombycinus, mm. 264 × 190, foliorum 219, continet s. Gregorii Nazianzeni orationes commentario Nicetae Heracleensis in marginibus scripto instructas. Codicem Nicolaus Perdicares exaravit eundemque mense Septembri A.M. 6799 = A.D. 1290 in folio 219ᵛ rubro colore subscripsit ita, ut in principio tres in tali re usitatos dodecasyllabos duabus lineis perscriptos praefixerit, qui postea deleti sunt (cf. tab. **173a**): ⟦*ὥσπερ ξένοι χαίροντες ἰδεῖν π(ατ)ρίδα καὶ οἱ θαλαττεύοντες ἰδεῖν λιμένα,*⟧ | ⟦*οὕτω καὶ οἱ γράφοντες βιβλίου τέλος*⟧: | + *ἐγράφη δὲ τὸ παρὸν βιβλίον διὰ*

χειρὸς Νικολάου ἀλιτροῦ οὗ τὸ ἐπίκλην Περδικ(ά)ρ(ης) | *καὶ ἐτελειώθη κ(α)τὰ μῆνα σεπτ(έμβ)ριον τῆς τετάρτης ἰνδικτιῶνος τοῦ ἑξακισχιλιοστοῦ* | *ἑπτακοσιοστοῦ ἐννενηκοστοῦ ἐννάτου ἔτους· καὶ οἱ μεταλαμβάνοντες* | *καὶ ἀναγινώσκοντες τὸ ῥηθὲν βιβλίον, ὑπερεύχεσθε τοῦ γραφέως παρακαλῶ* | *ὅπως τύχῃ τῆς αἰωνίου καὶ μακαρίας ζωῆς:–* | Tum atramento duos illos trimetros perscripsit: † *θ(εο)ῦ διδόντος, οὐδὲν ἰσχύει φθόνος: καὶ μὴ διδόντος, οὐδὲν ἰσχύει κόπος:·* (sunt versus s. Gregorii Nazianzeni carm. I 2, 32 vv. 127–128: ed. Migne, *Patr. Gr.* 37 col. 926). De Nicolao Perdicare cf.: Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 355; A. Turyn, *The Manuscript Tradition of the Tragedies of Aeschylus* (Polish Institute Series, No. 2), New York 1943, pp. 40, 55; A. Turyn, *Studies in the Manuscript Tradition of the Tragedies of Sophocles* (Illinois Studies in Language and Literature, vol. XXXVI, 1–2), Urbana 1952, p. 145. Ad scribae cognomen conferendus est vel Ioannes Perdicarius Thessalonicensis: cf. Franz Dölger, *Aus den Schatzkammern des Heiligen Berges*, [München 1948], Textband p. 170; et Ioannes Perdicares, qui codicem Ambrosianum E 63 sup. die 16 Maii 1321 (fol. 212^{v}) bello civili illo exorto ita subscripsit, ut Andronicum ⟨III⟩ iuniorem solum regnantem memoraret. Qui codex Ambrosianus certe extra Constantinopolim scriptus est (cf. Aemidius Martini — Dominicus Bassi, *Catalogus codicum graecorum Bibliothecae Ambrosianae* I, Mediolani 1906, p. 319; Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 185). Siquidem gens Perdicarea Thessalonicae floruit, haud scio an etiam hic codex Ottobonianus graec. 214 Thessalonicae sit exaratus. In tabula **42** imaginem folii 164^{r} exhibemus, quod continet partem s. Gregorii Nazianzeni orationis 11 (ed. Migne, *Patr. Gr.* 35 col. 837 B 3 — C 12) cum commentario Nicetae Heracleensis (ed. Migne, *Patr. Gr.* 36 col. 977 D 7 — 981 A 7). Aliud Nicolai Perdicaris scripturae specimen (e codice Laurentiano 28, 25 expressum, qui tamen temporis nota caret) protulit Turyn, *Studies in the Manuscript Tradition of the Tragedies of Sophocles*, tab. VII. De codice Ottoboniano graeco 214 cf.: Feron-Battaglini, *Codices manuscripti graeci Ottoboniani* p. 126; Ioannes Sajdak, *Historia critica scholiastarum et commentatorum Gregorii Nazianzeni*, pars prima (Meletemata Patristica, I), Cracoviae 1914, p. 224.

Tabula 43: A.D. 1290/1291.

Codex Barberinianus graecus 102 (olim I. 102), membranaceus rescriptus, mm. 224 × 157, foliorum IV + 156 (quorum folia I–IV et 153–156 chartacea vacua recentioribus temporibus addita sunt), a scriptura antiquiore saeculi XI Menaei vestigia exhibet. A scriptura vero recentiore Schedographiae libros duos continet, quorum prior ad Manuelis Moschopuli Schedographiam quodammodo propius accedit, licet ad amussim cum ea haud congruat, alter ab operis Moschopulei editione Stephaniana magis discrepat. Codicis librarius Nicolaus Hagiopetrites, id est incola oppidi S. Petri de Galatina terrae Hydruntinae (quod nunc Galatina vocatur), A.M. 6799 = A.D. 1290/1291 subscriptionem, cuius litterae tempore posteriore atramento redintegratae sunt, in fine alterius Schedographiae libri in folio 148^{v} fecit (cf. tab. **173b**): *Ἐτελειώθ(η) τὸ παρὸν*

τῶν εἰσαγωγικῶν σχεδῶν β'(ερ)ον, χειρί | Νικολ(άου) Ἁγιοπετρίτου +:+.+ ,ζ̄.ψ̄.ϟ̄.θ̇ (ita manus prima: ζ manus posterior). *τέλος*. Quod in tabula **43** expressimus, folium 18r locum SCHEDOGRAPHIAE libri I continet (cf. *Τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου Μανουήλου τοῦ Μοσχοπούλου Περὶ σχεδῶν. Manuelis Moschopuli de ratione examinandae orationis libellus*. Lvtetiae, Ex officina Roberti Stephani typographi Regii. 1545, pp. 52, 23 — 53, 27; p. 54, 3). Scriptura huius codicis habitum peculiarem, qui codicum in terra Hydruntina praesertim exeunte saeculo XIII exaratorum proprius fuit, prae se fert: cf. nostram tabulam 40 et cf. tabulas, quas supra p. 72 ad tabulam 40 laudavimus. Imprimis vero conferenda est imago ab Henri Omont, *Fac-similés des manuscrits grecs datés de la Bibliothèque Nationale du IXe au XIVe siècle*, Paris 1891, tab. LXIV/II e codice Parisino graeco 2572 expressa, qui codex Aradei in oppido terrae Hydruntinae prope Neretum sito A.D. 1295/1296 scriptus item duos Schedographiae libros includit. De codicis Barberiniani graeci 102 scriba aliisque librariis ex oppido S. Petri de Galatina oriundis cf.: Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 345; Alberto Vaccari, « La Grecía nell'Italia meridionale, » *Orientalia Christiana* vol. III–3, Num. 13 (1925) p. 316; C. Wendel, *Byzantinische Zeitschrift* 43 (1950) pp. 263 sqq. (p. 264 de hoc codice; de Theodoro Hagiopetrita ad Thessalonicam vel ad Constantinopolim referendo cf. quae supra docui pp. 58 sqq.); Robert Devreesse, *Les manuscrits grecs de l'Italie méridionale* (Studi e Testi, 183), Città del Vaticano 1955, p. 48 n. 6, p. 51; A. Turyn, *The Byzantine Manuscript Tradition of the Tragedies of Euripides* (Illinois Studies in Language and Literature, vol. 43), Urbana 1957, p. 94 n. 153. At Pierre Batiffol, *L'abbaye de Rossano*, Paris 1891, p. 97 n. 2, perperam contendit codicem Barberinianum graec. 102 in Peloponneso exaratum esse. Hunc codicem descripsit Capocci, *Codices Barberiniani graeci* I pp. 139–143, p. XXXIII; cf. quae supra p. 49 de nota Nicolai filii Petri in huius codicis Barberiniani folio 149r scripta memoravimus.

Tabula 44: A.D. 1290/1291.

Codex Vaticanus graecus 734, membranaceus, cm. 20 × 14, foliorum II + 288 + II, lineis 24 in singulis paginis exaratus, continet s. Ioannis Climaci Scalam Paradisi cum scholiis. Codicem Barnabas monachus A.M. 6799 = A.D. 1290/1291 in folio 282v subscripsit (cf. tab. **173c**): *Ἐτελειώθη σὺν θ(ε)ῷ ἁγίῳ ἡ παροῦσα | βίβλος τῆς θείας καὶ ἱερᾶς κλί|μακος, διὰ χειρὸς ἐμοῦ τοῦ ἐυ|τελοῦς ἐν μοναχοῖς Βαρνάβα· | ἐξ ἐπιτροπῆς καὶ κόπου καὶ ἐ|ξόδου, τοῦ τιμιωτάτου ἐν ἱερο|διακόνοις μοναχοῦ κυρ(οῦ) Νικοδή|μου·* (spatio 3 litterarum intermisso) *ἐν ἔτει τῷ ,ςψϟθ'· ἰνδ(ικτιῶνος) δ'· | οἱ ἀναγινώσκοντες, εὔχεσθε ὑ|πὲρ ἡμῶν διὰ τὸν κ(ύριο)ν· ὅπως | ἵλεως γένηται ἡμῖν ἐν τῇ ἡμέρα | τῆς κρίσεως:* · Quod in tabula **44** exprimendum curavimus, folium 131r continet verba s. IOANNIS CLIMACI SCALAE PARADISI gradus 15 (ed. Migne, *Patr. Gr.* 88 col. 885 C 13 — 888 A 6) scholiis instructa (ed. Migne, *Patr. Gr.* 88 col. 909 A 4–12; in paginae linea infima scholium Ioannis Rhaithuensis incipit, quod latine versum invenies apud Migne, *Patr. Gr.* 88 col. 1232 D 1). De hoc codice cf.: Devreesse, *Codices Vaticani graeci* III

pp. 241 sq.; Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 53; Pierre Batiffol, *L'abbaye de Rossano*, Paris 1891, p. 92 n. 1 (qui iniuria hunc codicem ad Italiam australem rettulit, quam opinionem codicis habitus nequaquam fulcit); Antonius Rocchi, *De coenobio Cryptoferratensi eiusque bibliotheca et codicibus praesertim graecis*, Tusculi 1893, pp. 58, 276 sq. (qui codicem Cryptaeferratae scriptum esse iniuria contendit).

Tabulae 45 et 46: A.D. 1291.

Codex Vaticanus graecus 1070, membranaceus, mm. 203 × 150, foliorum V + 204, in Psalmis Odisque binis columnis et lineis 30 in singulis columnis exaratus, textu graeco in sinistris columnis, latino in dextris exhibito, ornamentis in f. 1ʳ, 92ᵛ, 174ᵛ pictis isdemque et psalmorum litteris initialibus coloribus rubro et caeruleo exornatis, continet Psalterium (id est Psalmos Odasque) graece et latine, et quaedam sacra in codicis initio et calce ab eodem librario addita. Psalmis Odisque nonnulla alia cantica haud insolito modo subiuncta sunt (cf. James Mearns, *The Canticles of the Christian Church Eastern and Western in Medieval Times*, Cambridge 1914, pp. 14, 18 sqq.). Varia sacra in foliis Iᵛ–Vᵛ et 197ᵛ (partim) — 204ʳ graecum modo textum exhibent. Tum scriptura foliorum Iᵛ–Vᵛ et 195ᵛ–204ʳ, quae textum materiae codicis principali additum continent, valde cursiva est et a sollemni eiusdem manus ductu, quem in Psalterio spectamus, longius abest. Codicem in Italia australi ortum Romanus abbas monasterii S. Benedicti de Ullano scripsit. Ullanum (nunc San Benedetto Ullano vocatur) oppidum Calabriae in valle Gratis sive antiqui Crathidis fluminis (val di Crati) situm erat. Et quidem hunc codicem Romanus abbas scripsit in metochio sive grangia S. Sisinnii, quae ad monasterium Rossanense S. Mariae Novae Hodegetriae de Patirio (*τοῦ πατρός*, scilicet s. Bartholomaei de Simeri) pertinebat, cum illic profugus ob incursiones ab Almugavaris (qui Catalani milites conducti erant) factas moraretur (de Almugavaris cf. Gustave Schlumberger, *Expédition des « Almugavares » ou routiers catalans*, Paris 1902; de eorum nomine cf. p. 3). Absolvitque eundem codicem impensa a Marco hieromonacho, ecclesiarcha monasterii de Patirio, facta die 5 Augusti A.M. 6799 = A.D. 1291, quod nos docet subscriptio in folio 199ᵛ exarata (cf. tab. **174a**): † *ἐγράφ(η) τὸ παρὸν ψαλτήριον· διὰ χειρὸ(ς) | τοῦ πολυαμαρτήτου Ῥωμανοῦ | ἡγουμένου ἀναξίου τοῦ ἁγίου Βενεδικτου | τοῦ Οὐλλάνου τῆς βαθείας τοῦ Γράτη | ὄντως αὐτοῦ διωγμένου διὰ τοὺς ἀθέους | Μουγαβάρους, καὶ καρτερούντο(ς) | εἰς τ(ὸ) μετοχ(ιον) τοῦ ἁγίου π(ατ)ρ(ὸ)ς τὸ λεγόμενον | τοῦ ἁγίου Σησυννίου μετὰ τοῦ ἁγιωτ(ά)τ(ου) | αρχ(ι)μανδρίτ(ου) κ(υρο)ῦ Νήφωνο(ς) σὺν | τοῦ ἁγίου κοινοβ(ίου) αὐτοῦ: | Ἐτελειώθ(η) δὲ διὰ κόπ(ου) καὶ δαπάνης | καὶ προθυμίας τοῦ ἱερομονάχ(ου) | Μάρκου καὶ κ(α)τα τὴν ἡμέραν | ἐκκλησιαρχ(ου) τῆς αὐτῆς ἁγίας μονης τοῦ π(ατ)ρ(ό)ς: | ἔτους δὲ ἀπο κτήσεως κόσμου | ,ςψϟθ· ἰνδ(ι)κτ(ιῶνος) δ̄ | μήν αὔγουστ(ος) εἰς τ(ὰς) ε: | οἱ ἀναγινώσκοντες εὔχεσθαι διὰ τὸν κ(ύριο)ν ὅ|τι ὁ γράφων πολλάκης παραγράφη: | ὁ γράψας γραψάτο ἀεὶ ἐν κ(υρί)ω ζησάτο | quid sc(r)ipsit sc(r)ipsit semper cum d(omi)no | uiuat.* Equidem mihi persuasum habeo hanc subscriptionem ab ipso Romano scriptura cotidiana, quae a suo habitu sollemniore

differret, factam esse. De hac subscriptione cf.: Giovanni Mercati, *Opere minori* vol. III (Studi e Testi, 78), Città del Vaticano 1937, pp. 323 sqq.; Giovanni Mercati, *Per la storia dei manoscritti greci di Genova, di varie badie basiliane d'Italia e di Patmo* (Studi e Testi, 68), Città del Vaticano 1935, p. 335; Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 394; Biagio Cappelli, *Archivio Storico per la Calabria e la Lucania* 7 (1937) pp. 273–280; A. Turyn, *Studies in the Manuscript Tradition of the Tragedies of Sophocles* (Illinois Studies in Language and Literature, vol. XXXVI, 1–2), Urbana 1952, p. 113 n. 131. — Cappelli, *op. laud.* pp. 278–280, comperire conabatur, ubi illa grangia S. Sisinnii fuisset, cogitavitque de oratorio S. Sisinnii, quod inter Calabriae montes situm in vita s. Bartholomaei, qui illud monasterium de Patirio condidit, memoratum esset (cf. *Acta Sanctorum Septembris*, tomus VIII, Antverpiae 1762 = Parisiis et Romae [1865], p. 813 A 11; cf. Halkin, *Bibl. Hagiogr. Gr.*^{3} num. 235). Quippe *Dompnus Iohannes de Sysigno* in rationibus decimarum anni 1325 ad terram Curiliani (quod nunc Corigliano Calabro vocatur) pertinentibus laudatur (cf. Domenico Vendola, *Rationes decimarum Italiae nei secoli XIII* e *XIV*. *Apulia-Lucania-Calabria* [Studi e Testi, 84], Città del Vaticano 1939, p. 194 num. 2520). Ad praepositionem *σύν* cum genetivo usurpatam: *σὺν τοῦ ἁγίου κοινοβ(ίου)* cf. verba *σὺν τῶν παίδων* et *σὺν τῶν τέκνων* et similia in instrumento Panormi A.D. 1145 scripto obvia, quod vulgavit Franciscus Trinchera, *Syllabus graecarum membranarum*, Neapoli 1865, pp. 182–185. De loco illo subscriptionum communi (*ὅτι ὁ γράφων παραγράφει*) in codicibus italograecis frequentissime usurpato cf. supra p. 54. Cum hic codex impensa ecclesiarchae Rossanensis confectus esset, fieri potuit, ut aliquamdiu in monasterio de Patirio asservaretur, priusquam in Bibliothecam Vaticanam pervenit (de monasterio Rossanensi cf. Pierre Batiffol, *L'abbaye de Rossano*, Paris 1891; Robert Devreesse, *Les manuscrits grecs de l'Italie méridionale* [Studi e Testi, 183], Città del Vaticano 1955, pp. 13 sqq., 20 sqq.). Idem ille Romanus abbas insequenti anno A.M. 6800 = A.D. 1291/1292 codicem Barberinianum graecum 541 exaravit, cuius specimen in tabula 47 exhibemus cuiusque subscriptionem in tabula 174b expressimus; vide sis quae infra pp. 78 sqq. ad tabulam 47 adnotavimus et quae ibidem alia eiusdem Romani abbatis scripturae exempla iuris publici facta laudavimus. In codice Vaticano graeco 1070, scriptionis Calabrae teste pulcherrimo, qui (sicut supra memoravimus) duos eiusdem manus stilos prodit, Psalterii scriptura sollemnior ei evangeliorum habitui, qualis in codice Barberiniano graeco 541 apparet, vicina est. Equidem duo exempla ex hoc codice Vaticano afferre statui, ut demonstrarem, quomodo in eodem codice duae scripturae ab eadem manu profectae inter se differrent. Primum codicis Vaticani gr. 1070 scripturae gravioris exemplum in tabula **45** exhibemus folio 118^r expresso, quod continet verba Psalmorum 97, 4 — 98, 1 graece (ed. Alfred Rahlfs, *Septuaginta id est Vetus Testamentum graece iuxta LXX interpretes*^{6} vol. II, Stuttgart [1962], pp. 106 sq.) et latine versa. Animadvertas velim secundum vetustam consuetudinem Psalterii textum *στιχηρῶς* ita *μετ' ἐκθέσεως* discriptum esse, ut uniuscuiusque versus littera initialis maiuscula sinistrorsus proiecta appareat (cf. quae supra pp. 55 sq. hac de re adnotavimus); cf. nostras tabulas 32, 115. Tum alterum ex hoc codice depromptum exemplum damus,

quod scripturam magis cursivam eiusdem Romani abbatis prae se fert, in tabula **46** folio 196r repraesentato, quod continet verba s. ATHANASII MAGNI* SYMBOLI « QUICUMQUE » graece et latine scripta (ad verba graeca cf. Migne, *Patr. Gr.* 28 col. 1586 A 2 — B 11; verba latina ed. C. H. Turner, « A Critical Text of the *Quicumque vult*, » *Journal of Theological Studies* 11 [1910] pp. 408 v. 26 — 410 v. 39; cf. J. P. Migne, *Patrologia Latina* tom. 88, Parisiis 1850, col. 586 A 1 — B 7; Henricus Denzinger — Adolfus Schönmetzer, *Enchiridion symbolorum*,[32] Barcinone–Friburgi Brisgoviae–Romae–Neo-Eboraci 1963, p. 42, 7–25; de symbolo « Quicumque » cf. V. Laurent, « Le Symbole „ Quicumque " et l'Église byzantine, » *Échos d'Orient* 35 [1936] pp. 385–404). In universum Romani abbatis manum Calabram stilo calligraphico Rhegino secundum rationem a Devreesse viro doctissimo propositam assignare possis. De hoc codice cf.: N. Krasnosel'cev, *Svěděnija o někotorych liturgičeskich rukopisjach Vatikanskoj Biblioteki*, Kazan' 1885, pp. 27 sq.; Alfred Rahlfs, *Verzeichnis der griechischen Handschriften des Alten Testaments* (Aus den Nachrichten der K. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 1914. Beiheft) = Mitteilungen des Septuaginta-Unternehmens der Königlichen Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen, Band 2, Berlin 1914, p. 257 (siglo indito 1787); Giovanni Mercati, *Opere minori* vol. III (Studi e Testi, 78) p. 70 n. 1, pp. 321–325; Alberto Vaccari, « La Grecía nell'Italia meridionale, » *Orientalia Christiana* vol. III-3, Num. 13 (1925) p. 318; Devreesse, *Les manuscrits grecs de l'Italie méridionale* (Studi e Testi, 183) p. 42.

Tabula 47: A.D. 1291/1292.

Codex Barberinianus graecus 541 (olim V. 37), membranaceus, mm. 305 × 205, foliorum I + 215, binis columnis, lineis 33–34 in singulis columnis exaratus, quarum sinistra textum graecum, dextra latinum exhibet, continet quattuor Evangelia graece et latine scripta. Initia evangeliorum ornamentis et litteris initialibus pictis instructa sunt. Codicem scripturae Calabrae et stili Rhegini testem insignem scripsit Romanus abbas monasterii S. Benedicti, quod in Calabriae oppido Ullano (Ullanum nunc San Benedetto Ullano vocatur) in valle Gratis (id est antiqui Crathidis fluminis) situm erat (cf. quae supra p. 76 adnotavimus), impensa facta a Paulo Mezzabarba (latine Mediabarba), archiepiscopo Rossanensi (1287—1299/1300), regnante Carolo II Andegavensi rege Siciliae, Apuliae et Capuae (1289–1309). Quod testatur subscriptio a Romano A.M. 6800 = A.D. 1291/1292 rubro colore in folio 213r facta (cf. tab. **174b**): + *εγράφη ἡ παρούσα βίβλος· | διὰ σπουδῆς καὶ συνδρομῆς | καὶ ἀναλωμάτων· τοῦ εὐλ(α)βοῦς | ἀρχ(ι)επισκόπ(ου) κ(υρο)ῦ Παύλ(ου) τοῦ τὴν σι|ρὰν ἔχοντος· ἀπὸ τῶν Μετζα|βάρβων· πολιτῶν Ρ(ουσια)ν(ιτῶν)* (vel *Ρ(ουσα)ν(έων)* vel *Ρ(ουσιά)ν(ου)* legere possis). *ἔτους | τρέχοντ(ος)· ,ς̄· ⟦ψ̄⟧· ω̄· χειρὶ | Ρωμανοῦ. ἱερομονάχ(ου). καὶ καθη|γουμένου. μονῆς τοῦ ἁγίου Βενε|δίκτου τοῦ Οὐλλ(ά)ν(ου): τῆς Βάλλης | Γράτης: ἰνδ(ικτιῶνος). ς̇: ρηγεύοντ(ος) Κά|ρουλλ(ου) δευτέρου:–* (A.M. 6800 indictio fuit quinta, non sexta; at hic quidem in codicis tempore definiendo plus anno quam indictioni damus, quippe

cum scriba ipse se corrigens illum annum mundi perscripserit). Idem Romanus abbas etiam codicem Vaticanum graecum 1070 exaravit die 5 Augusti 1291 subscriptum: vide sis tabulas 45 et 46 atque quae ad illas tabulas supra pp. 76 sqq. adnotavimus. In subscriptionis huius codicis Barberiniani gr. 541 fine nomen Caroli regis ita scriptum est, ut pateat scribam hunc genetivum *Κάρουλλ(ου)* in antepaenultima syllaba acuere voluisse (*κά-* enim accentu acuto instruxit). Hoc ideo moneo, quod persaepe (secundum rationem, quae etiamnunc apud Graecos in sermone populari viget) genetivus *Κάρουλλου* in instrumentis italograecis medii aevi *προπαροξυτόνως* ictus comparet (velut *Κάρουλλου, Κάρουλου, Κάρολλου, Κάρολου* exhibet Franciscus Trinchera, *Syllabus graecarum membranarum*, Neapoli 1865, pp. 431, 433, 439, 444, 446, 455, 458, 461, 464, 468, 469, 471, 478, 488, 491, 493, 494, 499. Genetivum proparoxytonorum nominum propriorum in sermone neograeco populari interdum in antepaenultima syllaba percuti ostendit *Μ. Τριανταφυλλίδης, Byzantinisch-Neugriechische Jahrbücher* 5 [1926/27] pp. 315 sq.). Ex hoc codice Barberiniano in tabula **47** folium 113v expressimus, quod continet verba EVANGELII SECUNDUM LUCAM 5, 17–23. In margine sinistro numeri Eusebiani sectionis $\overline{\lambda\zeta}$ et canonis $\bar{\alpha}$ apparent, quibus docemur Ev. Luc. sectionis λζ′ (= Ev. Luc. 5, 18 *καὶ ἰδοὺ* – 26) sectiones aliorum Evangeliorum similes in canone Eusebiano α′ indicari (cf. Caspar René Gregory, *Textkritik des Neuen Testamentes* II, Leipzig 1902, pp. 861 sqq.; Hermann von Soden, *Die Schriften des Neuen Testaments* ² I 1, Göttingen 1911, pp. 388 sqq.; Eberhard Nestle, *Novum Testamentum graece* ²⁴ novis curis elaboraverunt Erwin Nestle et Kurt Aland, Stuttgart [1960], pp. 30*, 32* sqq.). Sectionis numerus $\overline{\lambda\zeta}$ atramento exaratus est, at canonis Eusebiani numerus $\bar{\alpha}$ rubro colore pictus est secundum morem tralaticium ab ipso Eusebio institutum (cf. Eusebii epistula ad Carpianum, Nestle *Novum Testamentum* ²⁴ p. 32*, 28 *διὰ κινναβάρεως*; cf. Eberhard Nestle — Ernst von Dobschütz, *Einführung in das Griechische Neue Testament*,⁴ Göttingen 1923, p. 35). In margine vero superiore numerus et titulus *κεφαλαίου ιγ′* (= Ev. Luc. 5, 18 *καὶ ἰδοὺ* – 26) rubro colore inscripti sunt (cf. Gregory, *Textkritik* II pp. 859–861; von Soden, *Die Schriften* ² I 1 pp. 405 sqq., de hoc capite cf. p. 409). Aliud eiusdem codicis specimen invenies apud Franchi de' Cavalieri-Lietzmann, *Specimina codicum graecorum Vaticanorum* ² tab. 38; cuius operis prima editione usus eiusdem tabulae particulam exprimendam curavit V. Gardthausen, *Griechische Palaeographie* ² II, Leipzig 1913, p. 253; de scripturae habitu cf. quae eandem tabulam integram intuens disputavit Wilhelm Schubart, *Griechische Palaeographie*, München 1925, pp. 165 sq. sub num. 38. Haec scriptura Calabra ad stilum calligraphicum terrae Rheginae spectat: cf. Robert Devreesse, *Les manuscrits grecs de l'Italie méridionale* (Studi e Testi, 183), Città del Vaticano 1955, pp. 37 sq.; cf. ibidem tab. IV, V. Etiam cf. M.-L. Concasty, « Manuscrits grecs originaires de l'Italie méridionale conservés à Paris, » *Atti dello VIII Congresso Internazionale di studi bizantini*, I = *Studi Bizantini e Neoellenici* 7 (1953) p. 29 n. 1; cf. ibidem tab. VI (e cod. Paris. supplem. gr. 1266 expressa).

In huius codicis Barber. gr. 541 folii 9r parte ima haec donationis nota legitur: *Eugenia Ioannis pontani filia ex Mera eius Liberalitate hunc Librvm | Bibliothecę Sancti Dominici‖ In clar(issi)mi patris memoriam di|candum curauit*: – De Ioanne Ioviano Pon-

tano (1421/1429 – 1503) cf. *Enciclopedia Italiana di scienze, lettere ed arti*, vol. 27, Roma 1935, pp. 850–853. De libris Ioannis Pontani ab Eugenia filia bibliothecae (scilicet monasterii) S. Dominici Neapolitanae donatis cf. Joh. Henricus Hottinger, *Bibliothecarius quadripartitus*, Tiguri 1664, p. 21; vel cf. Johannes Lomeier, *De bibliothecis Liber singularis*, Zutphaniae 1669, p. 238 ([2] Ultrajecti 1680, p. 268); ⟨Joachimvs Joan. Madervs, De bibliothecis atque archivis,⟩ *De bibliothecis accessio altera collectioni Maderianae adivncta* a I. A. S. D., Helmstadtii 1705, p. 19; Friedrich Blume, *Iter Italicum* IV, Halle 1836, p. 43. Etiam cf. O. v. Gebhardt, *Theologische Literaturzeitung* 15 (1890) col. 230 sq.

De hoc codice cf.: Seymour de Ricci, « Liste sommaire des manuscrits grecs de la Bibliotheca Barberina, » *Revue des bibliothèques* 17 (1907) p. 121; Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* pp. 394, 459; Franchi de' Cavalieri-Lietzmann, *Specimina codicum graecorum Vaticanorum* [2] p. xvi; Giovanni Mercati, « Intorno ad una sottoscrizione di Romano abbate di S. Benedetto in Calabria, » *Bessarione* vol. 30 (1914) pp. 349–353 = *Opere minori* vol. III (Studi e Testi, 78), Città del Vaticano 1937, pp. 321–325; Giovanni Mercati, *Per la storia dei manoscritti greci di Genova, di varie badie basiliane d'Italia e di Patmo* (Studi e Testi, 68), Città del Vaticano 1935, p. 335; V. Gardthausen, « Beiträge zur griechischen Palaeographie, » *Berichte über die Verhandlungen der Königlich Sächsischen Gesellschaft der Wissenschaften zu Leipzig*. Philologisch-historische Classe. 32. Band (1880), Leipzig, pp. 73–78; Gardthausen, *Griechische Palaeographie* [2] II p. 256; Pierre Batiffol, *L'abbaye de Rossano*, Paris 1891, pp. 102, 163; Alberto Vaccari, « La Grecía nell'Italia meridionale, » *Orientalia Christiana* vol. III-3, Num. 13 (1925) p. 318; A. Turyn, *Studies in the Manuscript Tradition of the Tragedies of Sophocles* (Illinois Studies in Language and Literature, vol. XXXVI, 1–2), Urbana 1952, p. 113 n. 131; Devreesse, *Les manuscrits grecs de l'Italie méridionale* (Studi e Testi, 183) pp. 16, 20, 42; Gregory, *Textkritik des Neuen Testamentes* I, Leipzig 1900, p. 161 (sub Vier Evangelien 165); Caspar René Gregory, *Die griechischen Handschriften des Neuen Testaments*, Leipzig 1908, p. 54 (siglo indito 165); von Soden, *Die Schriften des Neuen Testaments* [2] I 1 p. 182 (siglo indito ε 1320); Kurt Aland, *Kurzgefasste Liste der griechischen Handschriften des Neuen Testaments*, I (Arbeiten zur neutestamentlichen Textforschung, 1), Berlin 1963, p. 69 (siglo Gregoryano 165 recepto). De monasterio S. Benedicti de Ullano cf.: Pietro Pompilio Rodotà, *Dell'origine progresso, e stato presente del rito greco in Italia* III, Roma 1763 = Cosenza 1961, pp. 68 sqq.; Domenico Vendola, *Rationes decimarum Italiae nei secoli XIII e XIV. Apulia-Lucania-Calabria* (Studi e Testi, 84), Città del Vaticano 1939, p. 336 num. 5118. De Paulo Mezzabarba archiepiscopo Rossanensi, qui antea monasterii Patiriensis abbas fuerat, cf. Conradus Eubel, *Hierarchia catholica medii aevi* [vol. I] *ab anno 1198 usque ad annum 1431 perducta*,[2] Monasterii 1913, p. 423. De familia Mezzabarba (Mediabarba) Rossani florente cf. Vendola, *op. laud.* p. 192, num. 2442 et 2445 (cf. Mercati, *Opere minori* III p. 325). Cf. etiam Alessandro Pratesi, *Carte latine di abbazie calabresi provenienti dall'Archivio Aldobrandini* (Studi e Testi, 197), Città del Vaticano 1958, p. 449 num. 215; Eubel, *op. laud.* [vol. I] [2] p. 424 sinistra columna n. 7. De ratione decimarum dioecesis Rossanensis ex huius codicis Barberiniani folio 8^{v} publici iuris facta cf. Batiffol, *L'abbaye de Rossano* pp. 117 sq.; Vendola, *op. laud.* p. 197.

Tabula 48: A.D. 1291/1292.

Codex Ottobonianus graecus 252, bombycinus, cm. 27 × 19, foliorum 224, continet (f. 1r–201r) Ioannis Zonarae* Lexicon (sive Lexicon Tittmannianum vocare mavis) et (f. 201r–224v) varia alia ab eodem librario subiecta, inter quae praesertim memoranda sunt haec: temporum computationes; quaedam astronomica; (f. 204r–207v et 212r–213v) Theodori Prodromi aliorumque epistulae; (f. 208r–212r) historiae in s. Gregorii Nazianzeni orationes (cf. Pseudo-Nonni historiae: cf. Ioannes Sajdak, *Historia critica scholiastarum et commentatorum Gregorii Nazianzeni*, pars prima [Meletemata Patristica, I], Cracoviae 1914, pp. 27 sqq.); (f. 214r–217r) Agapeti Diaconi Expositio capitum admonitoriorum (ed. Migne, *Patr. Gr.* tom. 86, pars I, col. 1164–1185); (f. 218r–220r) excerpta lexicographica; (f. 224r et iterum in f. 224v) Leonis VI Sapientis imp.* oraculum de restitutione CPolis (cf. Migne, *Patr. Gr.* 107 col. 1149), in brevius redactum. Pseudo-Zonarae Lexicon ita inscriptum est in fol. 1r: *Συναγωγὴ λέξεων ἀπό τε θεοφιλῶν ἁγίων π(ατέ)ρων βίβλων | καὶ αὐτῆς δήπου τῆς θύραθεν* (spatio circiter 6 litterarum interiecto) *᾿Αντ(ω)ν(ίου) (μον)αχ(οῦ)*: – De huius Lexici inscriptione usitata cf. quae supra p. 42 adnotavimus; de Antonio Monacho, qui huius Lexici auctor in nonnullis codicibus perhibetur, cf. Leopold Cohn, *Griechische Lexikographie*, in: Karl Brugmann — Albert Thumb, *Griechische Grammatik* [4] (Handbuch der klassischen Altertumswissenschaft herausgegeben von Iwan von Müller, Zweiter Band, 1. Abteilung), München 1913, pp. 704 sq.; Karl Krumbacher, *Geschichte der byzantinischen Litteratur*,[2] München 1897, pp. 375 sq.; [Johannes] Tolkiehn, « Lexikographie, » Pauly-Wissowa, *Real-Encyclopädie der classischen Altertumswissenschaft* XII, Stuttgart 1925, col. 2475 lin. 45 sqq. Hunc codicem Georgius Capalytes A.M. 6800 = A.D. 1291/1292 bis subscripsit. Et quidem in folio 201r post Pseudo-Zonarae Lexicon absolutum haec rubro colore adnotavit (cf. tab. **175a**): *᾿Ετελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον | διὰ χειρὸς ἐμοῦ Γεωργίου ἀνα(ξί)ου τοῦ Κ(α)παλύτου. ἔτους ,ςω̄ ἰν(δικτιῶνος) ἀ′* + (fuit indictio quinta, non prima). Tum in folio 224v post varia alia addita haec rubro colore subscripsit (cf. tab. **175b**): + *᾿Ετελειώθη τὸ παρὸν λεξικὸν διὰ χειρὸ(ς) | ἐμοῦ Γεωργίου ἀνα(ξί)ου τοῦ Καπαλύτου. ῎Ετους ,ς̄·ω̄· ἰν(δικτιῶνος) ε.* Quod in tabula **48** exprimendum curavimus, folium 112r exhibet Pseudo-Zonarae Lexici litteram *E* inde a fine articuli *ἐφεθέν* usque ad articulum *ἔφυρον* (ed. Iohannes Augustus Henricus Tittmann, *Iohannis Zonarae Lexicon*, Lipsiae 1808, tomus I col. 933, 10 — 937, 11); in margine superiore scriba supplevit, quem suo loco omisit, articulum *᾿Εφείσθω τούτοις ἐξονυχίζειν* (ed. Tittmann I col. 934, 1–2). Exempla ex aliis huiusce Lexici codicibus expressa comparare possis, ut qualis eiusdem Lexici manu scripti habitus fere fuerit, melius cognoscas: cf. nostras tabulas 14, 15, 16; tum cf. Charles Graux – Albert Martin, *Fac-similés de manuscrits grecs d'Espagne*, Paris 1891, tab. XII 44 (cod. Scorial. Ψ.III.16), Texte p. 82. Noster codex Ottobonianus olim Altaempsianus fuit, quod testatur nota folio praevio recto agglutinata: *Ex codicibus Joannis Angeli Ducis ab*

Altaemps († 1620: cf. Carlo Frati, *Dizionario bio-bibliografico dei bibliotecari e bibliofili italiani* [Biblioteca di bibliografia italiana, XIII], Firenze 1933, pp. 16 sq.). De hoc codice cf. Feron-Battaglini, *Codices manuscripti graeci Ottoboniani* p. 143; de librario cf. Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 77.

Tabula 49: A.D. 1291/1292.

Codex Vaticanus graecus 29, chartaceus, cm. 31 × 22, foliorum IV + 484, continet Homeri Iliadem. Folium 1^r-v^ exhibet argumentum libri *A* fortasse a scriba principali exaratum et Manuelis Moschopuli textum metricum de metro heroico certe ab alio scriba postea nescioquo tempore additum (cf. Carolus Gallavotti, *Theocritus quique feruntur bucolici graeci,*[2] Romae 1955, p. 273 n. 1). In codice Iliadis primitivo cum quaedam folia perissent, tardiore saeculi XIV parte folia nova 279^r^–296^v^ et 321^r^–328^v^ pro foliis amissis substituta sunt. Itaque, si ab argumento in fol. 1^r-v^ scripto discedis, librarii principalis sunt folia 2^r^–278^v^ et folia 297^r^–320^v^, quae Iliadis textum paraphrasi quae fertur Michaëlis Pselli instructum continent, et folia 329^r^–484^v^, quae textum poeticum nudum exhibent. Librarius vero principalis, cui nomen erat Paisius, codicem A.M. 6800 = A.D. 1291/1292 in folio 484^v^ rubro colore subscripsit (cf. tab. **175c**): † *ἐτελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον. διὰ χειρὸς* | *ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ, Παϊσίου ἔτους ,ςω̄.* Fieri quidem potuit, ut Iliadis prima pars paraphrasi instructa aliquanto antea scriberetur, pars autem, quae textum nudum contineret, aliquanto post calamo tenuiore exararetur, namque hae partes, licet eidem manui debeantur, attamen nonnihil inter se differunt. Quippe alteram partem f. 329^r^–484^v^ certe ad subscriptionis tempus referri necesse est. Quod in tabula **49** monstramus, folium 443^r^ exhibet versus Homeri Iliadis *Ψ* 59–78. Codicem olim possidebat Christophorus Garatone (cf. fol. 484^v^), qui floruit inter annos 1427 et 1448, quo anno diem supremum obiit (cf. Girolamo Tiraboschi, *Storia della letteratura italiana* II, Milano 1833, p. 516 n. *a*; Conradus Eubel, *Hierarchia catholica medii aevi* [vol. II] *ab anno 1431 usque ad annum 1503 perducta,*[2] Monasterii 1914, p. 138; Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 87 n. 1; Giovanni Mercati, *Scritti d'Isidoro il cardinale Ruteno e codici a lui appartenuti che si conservano nella Biblioteca Apostolica Vaticana* [Studi e Testi, 46], Roma 1926, pp. 106–116, 83 sq.; de hoc codice pp. 108, 112). De hoc codice cf.: Mercati-Franchi de' Cavalieri, *Codices Vaticani graeci* I pp. 27 sq.; Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 374; Thomas W. Allen, *Homeri Ilias* I, Oxonii 1931, pp. 44, 103 (siglo indito V[4]).

Tabula 50: A.D. 1292.

Codex Vaticanus graecus 1877, membranaceus rescriptus, mm. 187 × 140, foliorum III + 260 (numeros foliorum supernos respicimus), continet Typicum italograecum. Cuius scriba Paulus Corinthius, Traina ex oppido Siciliae (nunc Troina vocatur)

oriundus, monachus, ut videtur, qui cum antea in monasterio Ss. Petri et Pauli Apostolorum de Agro (locus nunc Forza d'Agrò vocatur) versatus esset, tempore huius codicis scribendi in monasterio S. Mariae de Milo (nunc tres loci prope Messanam siti Mili Marina, Mili San Marco, Mili San Pietro vocantur) morabatur et hunc codicem Nicodemo eiusdem monasterii ecclesiarcha impensam faciente die 1 Decembris, dominica, indictionis 6, A.M. 6800 se absolvisse subscriptione in folio 177r-v exarata testatur. Quae temporis indicia quadam ex parte inter se discrepant. Namque annus mundi 6800 in indictionem quintam cadit; eodemque anno dies 1 Decembris feria tertia fuit (non dominica). Si vero indictioni plus tribuimus, quippe cum verisimile sit scribam mense Decembri indictionis novae tribus ante mensibus inceptae memorem fuisse, sed anni novi simul incepti numerum minus attendisse, ut anni iam finiti numerum etiamtum indicaret, satius nobis videmur ponere, cum indictio sexta a librario indicata iam anno mundi 6801 responderet, subscriptionis verum tempus fuisse diem 1 Decembris indictionis sextae A.M. 6801 sive A.D. 1292. Qui dies sane non dominica, sed iam insequens feria II fuit; at tantulus error levior videtur. Iam subscriptionem ipsam in foliis 177r–177v scriptam affero, quae ab undecim dodecasyllabis incipit (nisi quod v. 3 quattuordecim syllabas exhibet) et in quattuor dodecasyllabos desinit (cf. tab. **176**):

† ἄναρχ(ε) Χ(ριστ)ὲ τῶν καλῶν ἡ ἀκρότης:
ὁ | νύκτας ποιῶν καὶ δαδουχὸν | ἡμέρας:
σκέπε φροῦρι φύλαττε | τὸν Κορίνθιον Παῦλον:
ὡς | ἦν ἐκ μονῆς Ἀγροῦ τῶν ἀπο(στόλων),
5 *κάτι|κος δ' αὖθης θ(εοτό)κου τοῦ Μῆλι:*
σύμπρα|ξον αρχῆν συμμάχησον καὶ | τέλος:
ἡ χεῖρ τὸ γράμμα νοῦς ἐφέ|λκει τοῦς λόγους:
τὸ πν(εῦμ)α | δ' αὖθης συνπαρέσχεν τὴν | σχέσιν:
ὡς τοῦ γράφειν ἔ|πανσα τοὺς τρεῖς δακτὺλους: |
10 *τῆ χειρὶ Χ(ριστ)ὲ τῆ ταῦτη χαραξάσει,: |*
παράσχου χάριν χριστὰ γράμμα|τα γράφιν: + |

Ετελιῶθη δὲ μην(ὶ) δεκε(μβ)ρ(ίῳ) πρώτ(η)· ἥμερα κυ(ρια)κ(ῆ) ὥρα | θ̅· ἰνδ(ι)κ(τιῶνος) ̅ϛ: Ἔτος ,ζ̅ω̅: δι ὀικοδομῆς καὶ | συνδρωμῆς κ(υρο)ῦ Νικοδῆμου κατὰ τὴν ἡ|μέραν εκλησ(ιάρχου)· τῆς αὐτῆς ἁγίας μον(ῆς) τῆς ὑπ(εραγίας) | θ(εοτό)κου τοῦ Μίλι. ὀι ἀναγινωσκοντ(ες) εὔχεσθαί μοι | δια τὸν κ(ύριο)ν καὶ μῆ καταράσται ὅτι καὶ ὁ γράφον | παραγρά(φει): καὶ μάλλιστ(α) ὄ⟨ν⟩τος μου ἀμαθοῦς καὶ ἀπε|δ̣ε̣ύ̣τ̣(ου) κ̣α̣ὶ̣ [– – –] (reliqua parte lineae infimae a bibliopego abscisa) || *καὶ ἡ ἀνάγκη ἡ πολλὴ ἀτυχιῶν τὰ πλῆθη· καὶ ἡ τοῦ βίου μέ|ριμνα ἐσκότισεν τὸν νοῦν μου· καὶ δια τοῦ εὐκερο̣υ̣ | εσφαλιν εἰς τὸ γραψ(αι): +*

ἡ χεῖρ μὲν ἡ γράψασα σέσι|πται τάφω:
γραφῆ δὲ μένη αἰῶσιν ἀπεράντοις: |
εὔχεσθαι φίλοι τοῦ Κορινθεῖου Παῦλου·
οὗ | γὰρ π(ατ)ρῖς πέφυκεν πόλις Τραΐνα: +

Ad subscriptionem cf.: Pierre Batiffol, *L'abbaye de Rossano*, Paris 1891, p. 158; Aleksěj

Dmitrievskij, *Opisanie liturgičeskich rukopisej, chranjaščichsja v bibliotekach pravoslavnago Vostoka*, Tom I (*Τυπικά*, I), Kiev 1895, p. 836; Giovanni Mercati, *Per la storia dei manoscritti greci di Genova, di varie badie basiliane d'Italia e di Patmo* (Studi e Testi, 68), Città del Vaticano 1935, pp. 248, 336 sq.; Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 377; Gérard Garitte, « Sur une formule des colophons de manuscrits grecs (*ἡ μὲν χεὶρ ἡ γράψασα*), » *Collectanea Vaticana in honorem Anselmi M. Card. Albareda a Bibliotheca Apostolica edita* vol. I (Studi e Testi, 219), Città del Vaticano 1962, p. 372 sub num. 43. De subscriptionum locis illis communibus *ὅτι ὁ γράφων παραγράφει* et *ἡ χεὶρ μὲν ἡ γράψασα σήπεται τάφῳ κτλ.* in codicibus italograecis saepe usitatis, qui in hac quoque subscriptione comparent, cf. quae supra pp. 54 sq. adnotavimus; nunc praesertim cf. Garitte, « Sur une formule etc., » *Collectanea Albareda* I (Studi e Testi, 219) pp. 359–390. Animadvertas velim textum dodecasyllaborum 7–9, qui in subscriptionis exordio leguntur (*ἡ χεῖρ — δακτύλους*), etiam in subscriptione codicis Oxoniensis Bodleiani Auct.E.2.4 inveniri (cf. Kirsopp Lake and Silva Lake, *Dated Greek Minuscule Manuscripts to the Year 1200*, pars II, Boston 1934, p. 13 sub num. 62, tab. 113 pars inferior). Ad verba *δια τοῦ εὐκερου* confer vocis *εὔκαιρος* significatum, qui medio aevo valebat: cf. Carolus Du Fresne, Dominus Du Cange, *Glossarium ad Scriptores mediae & infimae graecitatis*, Lugduni 1688 = Graz 1958, I col. 445 s.v. *Εὔκαιρος*; *Δ. Δημητράκος, Μέγα Λεξικὸν τῆς ἑλληνικῆς γλώσσης* IV, *'Αθῆναι* 1938, p. 3057 s.v. *εὔκαιρος* 4). Quod ad scribae cognomen attinet, Trainae illa aetate gens Corinthiorum cognomine ornata videtur floruisse (cf. G. Mercati, *Per la storia dei manoscritti greci* pp. 336 sq.), ut facile credamus scribae Paulo cognomen Corinthio fuisse. Quae in tabula **50** exhibemus, folia 21v–22r verba continent illius Typici italograeci diei 14 Septembris, id est festo exaltationis s. Crucis et commemorationi obitus s. Ioannis Chrysostomi (sicut perhibet hic codex) destinata (ed. Dmitrievskij, *Opisanie liturgičeskich rukopisej* I pp. 840, 5 — 841, 8). Hic codex testis idoneus est scripturae italograecae vel adeo Siculae. Notatu dignum est in codice litteras sectionum initiales rubro colore scriptas esse etiamque permultas litteras in ipso textu sive in initio sive in medio vocum sitas aut totas aut partim rubro colore illitas esse ita, ut praesertim litterae rotundae vel ovatae earumve partes colore rubro infectae sint (quod etiam folium 177r in tabulae 176 parte superiore expressum monstrat). Qui coloris rubri usus codicum italograecorum proprius fuit (cf. supra p. 36). De hoc codice praeter ea opera, quae supra laudavi, cf. etiam: Dmitrievskij, *Opisanie liturgičeskich rukopisej* I pp. cxxi–cxxx, 836–893 (ubi codex enarratus est permultaque inde deprompta typis mandata sunt); Batiffol, *L'abbaye de Rossano* pp. 92, 96; Alberto Vaccari, « La Grecía nell'Italia meridionale, » *Orientalia Christiana* vol. III 3, Num. 13 (1925) pp. 307, 313; Robert Devreesse, *Les manuscrits grecs de l'Italie méridionale* (Studi e Testi, 183), Città del Vaticano 1955, p. 42; Theodorus Toscani, *Ad typica Graecorum ac praesertim ad Typicum Cryptoferratense s. Bartholomaei abbatis animadversiones*, Romae 1864, p. 8, p. 27 n. 1, p. 33 n. 1, p. 35 n. 1, p. 36 n. 1, pp. 44–68 (permultis excerptis ex huius codicis typico, quod Toscani Typicum Siculo-Studitanum aut Typicum milense vel monasterii *Μῆλι* vocabat); Albert Ehrhard, *Überlieferung und Bestand der hagiographischen und homiletischen Literatur*

der griechischen Kirche. Erster Teil: *Die Überlieferung.* II. Band (Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altchristlichen Literatur, 51. Band), Leipzig 1938, p. 316; Teodoro Minisci, « I Typikà liturgici dell'Italia bizantina, » *Bolletino della Badia Greca di Grottaferrata* N.S. 7 (1953) pp. 97–104; Hans-Georg Beck, *Kirche und theologische Literatur im byzantinischen Reich,* München 1959, pp. 696 sq. Prorsus praetermittendus est N. Krasnosel'cev, *Svěděnija o někotorych liturgičeskich rukopisjach Vatikanskoj Biblioteki,* Kazan' 1885, p. 23, qui notitias de codicibus Vaticano graeco 1877 et Barberiniano graeco 383 a Toscani p. 8 prolatas perperam una conflavit et confudit.

Tabula 51: A.D. 1294.

Codex Vaticanus graecus 1755, membranaceus, mm. 214 × 150, foliorum IV + 321, continet s. Gregorii Nazianzeni orationes sedecim cum commentario Nicetae Heracleensis. Codicem Constantinus sacerdos iussu Callisti (?) Basilopuli scripsit et mense Ianuario A.M. 6802 = A.D. 1294 in folio 317ᵛ rubro colore subscripsit, quae subscriptio partim ita evanuit, ut nonnullis locis oculis nudis vix legi possit (cf. tab. **177a**): † *ὥσπερ ξένοι χαίρουσιν πατρίδα φθάσαι καὶ οἱ | θαλαττεύοντες εὑρεῖν λιμένα· οὕτως καὶ οἱ | γράφοντες, βιβλίου τέλος:– | χειρὶ τοῦ ἐν ἁμαρτίαις πλουσίου | ἐν δὲ δικαιοσύνῃ πτωχοῦ, Κων|σταντίνου· τάχα τὲ καὶ ἱερέως:– | Ἐπληρώθ(η) ἐν ἔτει ,ςωβ· ἐν μη(νὶ) ἰαννου|αρίῳ ἰνδικτιῶνος ἑβδόμης· διὰ | συνεργίας καὶ κελεύσεως, κυροῦ Καλλί|ςου* (?) *κυρ Βασιλοπούλου:– ἀμήν.* In subscriptionis exordio (*ὥσπερ — τέλος*) tres notissimi illi dodecasyllabi scripti sunt, quos librarii saepe usurpabant. In tabula **51** folium 298ʳ expressimus, quod continet primo verba COMMENTARII NICETAE HERACLEENSIS in locum praevium s. GREGORII NAZIANZENI ORATIONIS 14 (ed. *Κωνσταντῖνος Δυοβουνιώτης, Θεολογία* 21 [1950] pp. 382, 35 — 383, 11, qui textus in principio a codicis verbis paululum discrepat), tum locum ipsius GREG. NAZ. ORATIONIS 14 voce *κείμενον* in margine scripta insignitum (ed. Migne, *Patr. Gr.* 35 col. 908 C 1 — 909 A 1), insequente rursus NICETAE HERACLEENSIS COMMENTARII loco, qui voce *ἑρμην(εία)* in margine praescripta notatur (ed. *Δυοβουνιώτης, Θεολογία* 21 [1950] p. 383, 13–22). En vides, quomodo hoc quidem in codice textus et commentarii pericopae alternis sese excipiant. Hic codex olim fuit monasterii S. Michaëlis archangeli, *τῆς μονῆς τοῦ παμμεγίστου ταξιάρχου τῆς ἐπικεκλημένης τοῦ Γέροντος,* quod testatur nota recentior in folii 319ʳ margine dextro exarata: + *αὕτη ἡ θεία καὶ ἱερᾶ βίβλος τοῦ ἐν ἁγίοις π(ατ)ρ(ὸ)ς ἡμῶν Γρηγορίου τοῦ θεολόγου· | ὑπάρχ(ει) τῆς θείας καὶ ἱερᾶς βασιλικῆς καὶ π(ατ)ριάρχικῆς μονῆς τοῦ πανμμεγίστου ταξιάρχου | τῆς επικεκλημένης τοῦ Γέροντος· καὶ ὅστις βουληθῇ ταῦτην ἐκεῖθεν ἐξαλλῶσαι | ἔστω ἀφορισμένος παρα θ(εο)ῦ παντοκράτωρος, ἔν τε τῷ νῦν αἰῶνι καὶ ἐν τω μέλοντι:* Hoc monasterium *τοῦ πανμμεγίστου ταξιάρχου* (sive potius *τῶν παμμεγίστων Ταξιαρχῶν,* scilicet Ss. archangelorum Michaëlis et Gabrielis), quod *τοῦ Γέροντος* vocabatur, situm est in Peloponneso septentrionali sinum Corinthium adiacente prope *Αἴγιον* (quae urbs aliquamdiu inde a medio aevo Vostitza appellata est): cf. *Σπυρ. Π. Λάμπρος, Νέος Ἑλληνομνήμων* 6 (1909) pp. 289–

294 (cf. p. 290, 15–17 et alibi); 2 (1905) p. 352; *Λίνος Ν. Πολίτης*, *Byzantinisch-Neugriechische Jahrbücher* 14 (1937–1938) pp. 277 sq.; *Λίνος Πολίτης*, « *Ἡ μονὴ Ταξιαρχῶν Αἰγίου*,» *Ἑλληνικά* 11 (1939) pp. 67–80; *Λίνος Πολίτης*, « *Χειρόγραφα μοναστηρίων Αἰγίου καὶ Καλαβρύτων*,» *Ἑλληνικά* 11 (1939) pp. 81–90; D. A. Zakythinos, *Le Despotat grec de Morée* II, Athènes 1953, p. 306; Hans-Georg Beck, *Kirche und theologische Literatur im byzantinischen Reich*, München 1959, p. 226; cf. Marcel Richard, *Répertoire des bibliothèques et des catalogues de manuscrits grecs*[2] (Publications de l'Institut de Recherche et d'Histoire des Textes, I), Paris 1958, p. 120 sub num. 451 (de hoc quidem monasterio in codicis nostri adnotatione agi ostendit eiusdemque monasterii notitiam uberrimam Rev.mus P. Vitalianus Laurent A.A., vir eruditissimus, benigne nobis impertivit). Tum noster codex fuit codex 23 Aloysii Lollino (1557–1625), episcopi Bellunensis (cf. Pierre Batiffol, « Les manuscrits grecs de Lollino évêque de Bellune, » *Mélanges d'archéologie et d'histoire* 9 [1889] p. 39 sub num. 71); de Lollino cf. Carlo Frati, *Dizionario bio-bibliografico dei bibliotecari e bibliofili italiani* (Biblioteca di bibliografia italiana, XIII), Firenze 1933, p. 304. De hoc codice cf.: Ioannes Sajdak, *Historia critica scholiastarum et commentatorum Gregorii Nazianzeni*, pars prima (Meletemata Patristica, I), Cracoviae 1914, p. 154; Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 253; Giovanni Mercati, *Per la storia dei manoscritti greci di Genova, di varie badie basiliane d'Italia e di Patmo* (Studi e Testi, 68), Città del Vaticano 1935, p. 131 n. 37.

Tabula 52: A.D. 1294.

Codex Barberinianus graecus 164 (olim I. 164), bombycinus, mm. 255×175, foliorum III + 255 + II (quae numerata sunt IV et V), continet Michaëlis Pselli paraphrasin libri Aristotelii de interpretatione; Aristotelis opera logica (Organon fere integrum): de interpretatione, Analytica priora et posteriora, Topica, de sophisticis elenchis, quae omnia scholiis instructa sunt. Codex a quodam Alexio (cuius cognomen deletum est) die 27 Martii A.M. 6802 = A.D. 1294 in folio 255^r subscriptus est (cf. tab. **177b**): † *ἐτελειώθη ἡ παροῦσα βίβλος. διὰ χειρὸς* | *ἐμοῦ ᾿Αλεξίου* ⟦– – –⟧· *μηνὶ μαρτίω κ̄ζ̄* | *ἡμέρα ζ̄· ἰν(δικτιῶνος) ζ̄· ἔτους ,ζω̄β̄:+* | + *ἁγία τριὰς βοήθει τῶ ταύτη πέρας δόντι*. In tabula **52** expressimus folium 12^r, quod continet verba Michaëlis Pselli paraphrasis Aristotelis libri *περὶ ἑρμηνείας* (ed. Aldus Manutius, *᾿Αμμωνίου τοῦ Ἑρμείου ὑπόμνημα εἰς τὸ περὶ ἑρμηνείας ᾿Αριστοτέλους. Μαγεντηνοῦ μητροπολίτου Μιτυλήνης ἐξήγησις εἰς τὸ αὐτό. Ammonii Hermei commentaria in librvm Peri hermenias. Margentini archiepiscopi Mitylenensis in evndem enarratio.* Venetiis 1503, fol. N [I]^v lin. 41 — N II^v lin. 6). Aliud eiusdem codicis specimen exstat apud Franchi de' Cavalieri-Lietzmann, *Specimina codicum graecorum Vaticanorum*[2] tab. 41; de scripturae habitu cf. quae eandem tabulam intuens disputavit Wilhelm Schubart, *Griechische Palaeographie*, München 1925, p. 166 sub num. 41. Notandum est permultis locis in hoc codice scholia marginalia manu recentiore adscripta esse, quam Ioannis-Ignatii

Chortasmeni († ca. 1436/7) esse cognovimus (de Chortasmeno cf.: Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 203; A. Turyn, *The Byzantine Manuscript Tradition of the Tragedies of Euripides* [Illinois Studies in Language and Literature, vol. 43], Urbana 1957, pp. 389 sqq., Chortasmeni scripturae exemplo expresso ibidem in tab. XXII; Herbert Hunger, « Johannes Chortasmenos, ein byzantinischer Intellektueller der späten Palaiologenzeit, » *Wiener Studien* 70 [1957] pp. 153-163; H. Hunger, « Zeitgeschichte in der Rhetorik des sterbenden Byzanz, » *Wiener Archiv für Geschichte des Slawentums und Osteuropas*, Band III, Graz-Köln 1959, pp. 153 sqq.; Ihor Ševčenko, *Études sur la polémique entre Théodore Métochite et Nicéphore Choumnos* [Corpus Bruxellense Historiae Byzantinae. Subsidia, 3], Bruxelles 1962, pp. 43 n. 1, 113 sq., 281 sq., tab. Va; de excerptis Aristotelicis a Chortasmeno in codice Vindobonensi Supplementi graeci 75 scriptis cf. Hunger, *Wiener Studien* 70 [1957] p. 159; cf. quae infra p. 178 adnotavimus). Velut in folio 208ʳ idem scriba recentior scholia in marginibus addidit, quorum unum Scholario attribuit, ut pateat Chortasmenum Georgii-Gennadii Scholarii (ca. 1405–1472) discipuli sui commentaria Aristotelica usurpasse (quae ad Scholarium iuvenem referri consentaneum est: cf. Louis Petit, X. A. Sideridès, Martin Jugie, *Oeuvres complètes de Gennade Scholarios* vol. VII, Paris 1936, pp. II, V); alterum scholium *ἐκ τῶν τοῦ Μαγεντηνοῦ* depromptum esse dicit, scilicet e Leonis Magentini commentario in Aristotelis Topica composito (cf. Max Wallies, *Die griechischen Ausleger der Aristotelischen Topik*, Progr. Berlin 1891, p. 27). De hoc codice cf.: Seymour de Ricci, « Liste sommaire des manuscrits grecs de la Bibliotheca Barberina, » *Revue des bibliothèques* 17 (1907) p. 94; Franchi de' Cavalieri-Lietzmann, *Specimina codicum graecorum Vaticanorum*² p. XVII; etiam cf. Maximilianus Wallies, *Ioannis Philoponi in Aristotelis Analytica Priora commentaria* (Commentaria in Aristotelem Graeca, vol. XIII, 2), Berolini 1905, p. XVIII n. 1.

Etiam e re puto notitiam vanam explodere, quae in inventario codicum Barberinianorum olim a Sancte Pieralisi bibliothecario Barberiniano († post 1883) confecto (nunc inter Bibliothecae Vaticanae codicum inventaria asservatur vol. 376) de Alexio (Pyropulo?) huius codicis librario dubitanter prolata est. Qui istam coniecturam fecit, adductus videtur esse mentione, quam Bernardus de Montfaucon, *Palaeographia graeca, sive de ortu et progressu literarum graecarum*, Parisiis 1708, p. 75 de codice Parisino graeco 2144 (olim Regio 1861) fecerat. In cuius codicis Parisini graeci 2144 (saeculo XIV attribuendi) folio 12ʳ quidam Alexius Pyrop[ulus], codicis sive possessor posterior sive lector, saeculo XV invocationem scripsit. At huius Alexii Pyropuli hominis multo posterioris manus scripturam nostri codicis Barberiniani nequaquam attingit. De codice Parisino graeco 2144 cf. Henri Omont, *Miniatures des plus anciens manuscrits grecs du VIᵉ au XIVᵉ siècle*, Paris 1929, Notice des planches pp. 59 sq.; de illa Alexii Pyropuli adnotatione cf. Ioannes Ilberg in libro: Hugo Kuehlewein, *Hippocratis opera quae feruntur omnia* vol. I, Lipsiae 1894, p. XXIV; Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 13. De adnotationis Parisinae indole benigne me certiorem fecit Carolus Astruc Parisinus vir doctissimus, mihique postea contigit, ut eundem illum codicem Parisinum inspicerem.

Tabula 53: A.D. 1294/1295.

Codex Barberinianus graecus 39 (olim I. 39), membranaceus, mm. 190 × 135, foliorum 109, binis columnis, lineis 31 36 in singulis columnis exaratus, continet s. Cyrilli Alexandrini* quod fertur Lexicon et alia lexica minora, quae vulgo Cyrilli Lexico subiecta traduntur (cf. A. B. Drachmann, *Die Überlieferung des Cyrillglossars* [Det Kgl. Danske Videnskabernes Selskab. Historisk-filologiske Meddelelser. XXI, 5], København 1936, pp. 7, 53–55). Scriptus est in Italia australi, ut e scripturae habitu colligi licet, a quodam Barnaba, qui A.M. 6803 = A.D. 1294/1295 subscriptionem primo per undecim dodecasyllabos decurrentem (tertio versu et decimo versu perquam laborantibus), tum prosa oratione conclusam in folio 76ᵛ fecit (cf. tab. **178a**; dodecasyllabos separatim dispositos infra affero):

Ἄλλοις μέν, ἄλλα αἱρε|τᾶ καὶ θυμίρει ~ |
Εσθλᾶ ἢ φαῦλα | *των τῆδε πεφυκέ πως* |
Εμοι δὲ λόγου σύνεσις πέλει· |
ποθυνῆ· καὶ τιμία καὶ υπερτερα (*-α* ex *λει*, correctum) |
5 *πᾶντων ἡδέων και* | *τερπνῶν των του βίου.* ~ |
ἥν μοι ἴνσταξον ἐν καρ|δια σ(ωτ)ήρ μου ~ |
ἱνεποιοῦσα τήν ἄχραν|τον καὶ θείαν: ~ |
Τῆνδε σου πυκτήν σὺ|νιῶ και τηρῶ σου ~ |
Απρῒξ τα ἐντάλματα | *εις τους αἰῶνας.* ~ |
10 *Δμόησον* (?) *ταῦτα, Βαρ|νάβας δεῖται.* ~ |
ὧ και κτῆμα πέφυκεν | *η τῆδε βίβλος* ~ |

ἥτις και πέρας ειλήφει | *εν τω ,ςω̄γ̄ ετει* ~ | *εἰς δόξαν τῆς προσκυ|νητῆς καὶ μακαρίας τρι|ἄδος· π(ατ)ρ(ὸ)ς υιοῦ καὶ* | *αγίου πν(εύματο)ς· δια τόν* | *κ(ύριο)ν εὔχεσθαι καὶ μῆ κατα|ρᾶσθαι· ὅτι καὶ ο γρᾶφων* | *παραγρᾶφει:* Quam subscriptionem (rubro colore exaratam praeter lineas 3–4 colore caeruleo et lineas 23, 25, 29 atramento scriptas) tantumnon totam Barnabas librarius transcripsit e codice Messanensi Bibliothecae Universitatis olim monasterii SS. Salvatoris 172 (fol. 196ᵛ), nisi quod in versu 3 (post *δὲ*) vocem *μόνη* incuria omisit, tum suum ipsius nomen (pro Blasio codicis Messanensis librario) substituit et in fine tempus codicis a se absoluti proprie notavit insuperque locum illum communem de scribis errantibus subiunxit (de subscriptione Messanensi cf.: G. Fraccaroli, *Studi Italiani di filologia classica* 5 [1897] p. 506; Kirsopp Lake and Silva Lake, *Dated Greek Minuscule Manuscripts to the Year 1200*, pars IX, Boston 1938, p. 6 sub num. 353, ipsa subscriptione Messanensi expressa in tabulae 652 dextra parte). Cum subscriptio Messanensis iam Barnabae tempore nonnullis locis evanidis fortasse laboraret, mirum non est Barnabam quaedam recte non dispexisse ideoque in transcribendo nonnihil erravisse (velut versus 10 initium, quod in codice Messanensi nunc legi nequit, in codice Barberiniano laborat). Certe verba versuum 7–9 (*τὴν ἄχραντον — αἰῶνας*) codicis Messanensis euchologio apte subscripta sunt, at codicis Barberiniani

lexico minus conveniunt. Ceterum argumentum et verba harum subscriptionum simillima invenies in subscriptione codicis Sinaitici graeci 234 (cf. V. Beneševič, *Catalogus codicum manuscriptorum qui in monasterio Sanctae Catharinae in Monte Sina asservantur* I, Petropoli 1911, pp. 115 sq.). De subscriptionum loco illo communi ὅτι ὁ γράφων παραγράφει, qui in codicibus italograecis saepe usurpabatur et codicis Barberiniani subscriptioni ab ipso Barnaba additus est, cf. supra p. 54. Quod in tabula **53** expressimus, folium 43r exhibet s. Cyrilli Alexandrini* Lexici litteram *N* inde a voce ναῦθα (legas νάφθα) usque ad vocem νηκτᾶ (legas νηκτά): cf. B. J. D[ocen], « Einige Proben aus dem noch ungedruckten griechischen Lexicon des Cyrillus, » *Beyträge zur Geschichte und Literatur*. Herausgegeben von Ioh. Chr. Freyherrn von Aretin, IX. Band, München 1807, pp. 1271, 22 — 1274, 8. Pagina, quam in tabula exhibemus, eam speciem Lexici Cyrillici prae se fert, qualem in huius Lexici codicibus saepe videmus. Quippe binis columnis articuli decurrunt ita, ut lemmatum litterae initiales sinistrorsum proiciantur; cf. Drachmann, *Die Überlieferung des Cyrillglossars* p. 5. De illa ratione initia lemmatum sinistrorsum proiciendi in glossariorum scriptione inde antiquitus tradita confer ea, quae Bernard P. Grenfell — Arthur S. Hunt, *The Oxyrhynchus Papyri* Part XV, London 1922, pp. 150 sq., 155, de papyris Oxyrhynchiis 1801 et 1802 adnotaverunt; cf. Mark Naoumides, *Greek Lexicography in the Papyri*, Diss. Urbana, Illinois, 1961 (exemplar graphomechanicum), pp. 15, 85, 210 (cf. *Dissertation Abstracts* vol. XXII, No. 10 [1962] p. 3651). Etiam velim animadvertas illas litteras initiales lemmatum in pagina, quam in tabula ostendimus, et ubique per hunc quidem codicem rubro colore scriptas esse; ubi vero ordo novae litterae incipit, nonnumquam primi lemmatis littera initialis grandis colore rubro scripta etiam colore caeruleo infecta est (de variis coloribus peculiariter in rebus notabilioribus in codicibus italograecis usurpatis cf. supra p. 20). Consentaneum est illum codicem Messanensem in Italia australi scriptum esse ibique Barnabae A.D. 1294/1295 praesto fuisse, cum hic codex Barberinianus scriberetur. De hoc codice cf. Capocci, *Codices Barberiniani graeci* I pp. 39–42, p. xxii.

Tabulae 54-68: circa A.D. 1296. Tabula 69: A.D. 1298.

Codex Vaticanus graecus 191, bombycinus, mm. 345 × 250, foliorum VI + 397 (re autem vera 408, namque insunt etiam folia numeris repetitis insignita 30[a], 30[b], 30[c], 63[a], 127[a], 127[b], 291[a], 291[b], 291[c], 296[a], 319[a]), permultis foliis binis columnis, quibusdam etiam quaternis columnis exaratis, e tribus partibus una compactis factus, continet varia opera mathematica, astronomica, astrologica, geographica, harmonica, inter quae notatu dignissimae sunt Vettii Valentis Anthologiae. Multa folia, immo vero nonnulli quaterniones e prima codicis parte exciderunt. Hic codex eximie scientiarum studia testificatur, qualia aetate Andronici II Palaeologi (1282–1328) in imperio Byzantino floruerunt. E tribus partibus, sicut modo dixi, constat, quarum una folia 2–172, altera folia 173–319[a], tertia folia 320–397 complectitur. Quae omnes partes a pluribus librariis exaratae una coactae sunt a quodam viro doctissimo, quem codicis revisorem fuisse patet; eundem virum littera R designo. Namque ille vir R multos titulos, scholia, notas scripsit

idemque correctiones per totum codicem fecit et insuper quosdam textus modicae magnitudinis hic illic addidit praesertim in vacuis fasciculorum paginis etiamque fasciculorum (qui fere quaterniones primitus erant) notas illas inscripsit, quae deinceps per codicem decurrunt, nisi quae evanuerunt aut fasciculis amissis prorsus desiderantur (qua in re consideranda a quibusdam fasciculorum notis maturius intra partes codicis factis discedo). Idemque revisor R indicem totius codicis rerum in folio 1^{r} ipse scripsit et codici praefixit.

Codicis fasciculos, qui maximam partem quaterniones erant, quoad nunc ex eorum praesenti compositione et notis continuis per totum codicem currentibus, quae a revisore R factae sunt, et ex argumenti tenore cognoscere vel conicere possumus, ita compositos esse pono (fasciculi notam, siquidem legi potest, prorsus litteris graecis indico; si eius vestigia modo exstant, litteras graecas punctis suppositis insignitas usurpo; si omnino evanuit aut periit, uncis quadratis eam includo; tum numeri foliorum, quae ad quemque fasciculum pertinent vel pertinuerunt, notam fasciculi graecam subsequuntur): folium 1 singulum codici a revisore R praefixum est; fasciculus [*α*] constat foliis 2–9; *β* 10–17; *γ* 18–25; *δ* 26–30, 30^{a}, 30^{b}, 30^{c}; *ε* 31–38; *ς* 39–46; *ζ* 47–54; *η* 55–63^{a} (quinio); *θ* 64–71; *ι* 72–79; *ια* 80–87; *ιβ* 88 (hoc unum folium superest); [*ιγ*] fasciculus periit; *ιδ* 89 et sex foliis amissis 96; [*ιε*] primo et ultimo quaternionis foliis amissis 90–95; *ις* 97–104; *ιζ* 105 et sex foliis amissis 106; *ιη* 107–110; *ιθ* 111 (hoc solum folium exstat); quaterniones [*κ*] et [*κα*] desiderantur; *κβ* 112–119; *κγ* 120–127; *κδ* 127^{a}, 127^{b}, 128–134 (uno folio inter 134 et 135 exciso), 135–138 (erat septenio); *κε* 139–140; *κς* 141–148; *κζ* 149–156; *κη* 157–164; *κθ* 165–172; *λ* 173–180; *λα* 181–188; *λβ* 189–196; *λγ* 197–204; *λδ* 205–212; *λε* 213–220; *λς* 221–228; *λζ* 229–236; *λη* 237–244; *λθ* 245–252; *μ* 253–260; *μα* 261–268; *μβ* 269–276; *μγ* 277–286 (quinio); *μδ* 287–291, 291^{a}, 291^{b}, 291^{c}; *με* (foliis primo ante 292 et ultimo post 296^{a} excisis) 292–296, 296^{a}; *μς* 297–304; *μζ* 305–312; [*μη*] 313–319^{a} (quaternio evasit, postquam bifolium 313+319^{a} ternioni 314–319 additum est); [*μ*]*θ̣* 320–327; *ν* 328–335; *να̣* 336–343; *νβ* 344–351; *νγ* 352–359; [*ν*]*δ̣* 360–367; *νε* 368–375; [*νς*] 376–383; *ν̣ζ̣* 384–391; *νη* 392–397 duobus quaternionis foliis ultimis excisis.

In prima codicis parte septem manus A—G comparent, quibus revisoris manus R accedit. Tum in altera parte tres manus H—K cernuntur, quibus itidem manus revisoris R se adiunxit. Tertiae denique parti sex manus L—Q interfuerunt accedente revisoris R manu. Iam ostendere velim, quae folia cuique librario assignanda sint.

Revisoris manus R (cf. tab. 54) scripsit folia haec: 1^{r}; 29^{v} a sinistrae columnae linea 41 ad finem dextrae columnae; 108^{r}–111^{v}; 170^{v} (lin. 25) — 172^{v}; 319^{r}–319^{v}; 359^{r} (inde a lineae 9 voce *τέλος*) — 359^{v}; 397^{r} (lin. 8) — 397^{v}. Idque ita fecit, ut omnibus partibus hic illic interesset.

In prima codicis parte:

manus A (cf. tab. 55) scripsit folia: 2^{r}–29^{v} (usque ad sinistrae columnae lineam 40); 31^{r}–63^{r} (folia 63^{v}, $63a^{r-v}$ vacua sunt); 105^{r}–107^{v}; 161^{r} (inde a primae columnae linea 44) — 169^{v}.

manus B (cf. tab. 56): folia 64^r–88^v.
manus C (cf. tab. 57): folia 89^r–104^v.
manus D (cf. tab. 58): folia 112^v–127^r (folia 127^v, $127a^{r-v}$, $127b^{r-v}$, 128^r vacua sunt); 128^v–129^v; 135^r–139^r (lin. 2).
manus E (cf. tab. 59): folia 130^r–134^v; 139^r (lin. 3) — 157^r (usque ad primae columnae lineam secundam).
manus F (cf. tab. 60): folia 157^r (inde a primae columnae linea tertia) — 161^r (usque ad primae columnae lineam 43).
manus G (cf. tab. 69): folia 170^r–170^v (lin. 24).

In altera codicis parte:

manus H (cf. tab. 61): folia 173^r–228^v; 261^r (huius paginae textu lineis obductis deleto); 287^r–312^v; 314^r–316^r.

manus J (cf. tab. 62): folia 229^r–260^v; 261^v–286^v (scriba J usurpavit fasciculum *μα* f. 261–268, in cuius principio pagina 261^r a scriba H exarata erat, eandemque paginam delevit et suum textum scribere perrexit in fol. 261^v sqq.).

manus K: folium 313^{r-v}. Quod folium ab hoc scriba coaevo exaratum insertum est, ut textus inter folia 312^v et 314^r a scriba H praetermissus suppleretur. Etenim patet textum 313^{r-v} supplementi gratia scriptum esse, quippe cum in pagina 313^v tantum columnae sinistrae pars dimidia conscripta sit et reliqua pars paginae vacua remanserit. Ipsum autem folium 313 dimidium est bifolii, cuius altera pars fol. 319^a vacua est. Quin verisimillimum est supplementum revisoris iussu insertum esse ita, ut bifolio $313+319^a$ ternioni 314–319 addito is, quem nunc habemus, quaternio 313–319^a factus sit. Fasciculi nota [*μη*] in folio 313^r nunc quidem dispici nequit, licet eam ibi illo tempore inscriptam esse probabile sit. Utcumque res se habuit, huius manus K nullum specimen exhibemus. Eadem manus K haud scio an etiam folia 317^v–318^v scripserit, quibus tabulae ductu paulo neglegentiore exaratae continentur. At hoc pro certo contendere non audeo.

In tertia codicis parte:

manus L (cf. tab. 63): folia 320^r–359^r (usque ad lineae 9 vocem *γενομένων*).
manus M (cf. tab. 64): folia 360^r–367^v.
manus N (cf. tab. 65): folia 368^r–375^v.
manus O (cf. tab. 66): folia 376^r–383^v.
manus P (cf. tab. 67): folia 384^r–391^v.
manus Q (cf. tab. 68): folia 392^r–397^r (lin. 7).

Nonnullae notae in codice passim factae luce clarius ostendunt, quo tempore codex scriptus sit. Et quidem ut a maturissimo temporis, ad quod codicis scriptio spectet, indicio ordiar, in folii 319^v parte superiore revisor ille R notam de terrae motibus scripsit, qui regnantibus Andronico II et Michaële IX Palaeologis Constantinopoli die 1 Iunii et postea, tum Constantinopoli et in Asia Minore die 17 Iulii A.M. 6804 = A.D. 1296 incidissent (quae adnotatio in tabula **54** expressa est): † *μηνὶ ἰουνίῳ πρώτῃ· ἡμέρα*

παρασκευῇ. ἑσπέρας ὥρα τρίτη τῆς νυκτὸ(ς). ἰν(δικτιῶν)ο(ς) θ^ης'. ἔτους ,ξω̄δ' | ὅτε καὶ βίσεξστο(ς) ἦν καὶ πάσχα κύριον· συνοδευούσης τηνικαῦτα ἡλίω σελήνης, σεισμὸ(ς) | μέγας καὶ φοβερὸ(ς) ἐγεγόνει εἰς Κωνσταντινούπολιν· οἷος πρὸ πολλῶν γενεῶν οὐκ ἐγένετο· ὅτε | καὶ τὰ τείχη τῆς πόλεως καὶ οἱ ναοὶ κατερράγησαν. καὶ οἰκίαι πολλαὶ κατέπεσον· ἐπὶ τῆς βασιλείας | Ἀνδρονίκου τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως Κομνηνοῦ τοῦ Παλαιολόγου. καὶ Μιχαὴλ τοῦ εὐσεβεστάτου | βασιλέως καὶ υἱοῦ αὐτοῦ· πρὸ δεκαπέντε δὲ ἡμερῶν καὶ ἔκλειψις τῆς (σελήν)ης ἐγένετο: ἔκτοτε δὲ | καθημέραν σχεδὸν σεισμοὶ νυκτὸ(ς) καὶ ἡμέρας διόλου τοῦ ἰουνίου καὶ τοῦ ἰουλίου ἐγένοντο. τῇ σφοδρότ(η)τι | μείονες. κατὰ δὲ τὴν ιζ̄^ην' τοῦ ἰουλίου τῆς αὐτῆς ἰν(δικτιῶν)ο(ς) ὥρα πρώτη τῆς νυκτὸς, σεισμὸ(ς) γέγονεν ἐν τῇ Κων(σταν)τ(ί)νου μὲν ἀμβλύτ(ε)ρος· | ἐν δὲ τῇ Ἀνατολῇ σφοδρότατος· ὅτε καὶ κατέπεσον φρούρια καὶ πόλεις ξδ̄'· μεθ' ὧν τὰ Χλιαρὰ | καὶ ἡ Πέργαμος· ναοὶ δὲ πολλοὶ καὶ οἰκίαι ἀναρίθμητοι. πλεῖστοι δὲ καὶ ἄν(θρωπ)οι ἐφονεύθησαν. Hanc adnotationem ediderunt G[iuseppe] C[ozza]-L[uzi], *Bessarione*, Anno IV vol. 6 (1899–1900) p. 224; Mercati-Franchi de' Cavalieri, *Codices Vaticani graeci* I p. 226; de illis terrae motibus cf. V. Grumel, *La chronologie* (Traité d'études byzantines, I), Paris 1958, p. 481; Glanville Downey, « Earthquakes at Constantinople and Vicinity, A.D. 342–1454, » *Speculum* 30 (1955) p. 600; de lunae defectione hic memorata, quae die 18 Maii 1296 evenit, cf. Grumel, *La chronologie* p. 467; de Chliaris Asiae Minoris oppido cf. Henricus Stephanus, *Thesaurus graecae linguae*[3] ed. C. B. Hase – G. Dindorfius – L. Dindorfius, vol. VIII, Parisiis 1865, col. 1523 C; Notitia episcopatuum 3, 49 ed. Gustavus Parthey, *Hieroclis Synecdemus et notitiae graecae episcopatuum*, Berolini 1866, p. 103. Sane verisimillimum est hanc adnotationem brevi post alterum terrae motum, id est brevi post diem 17 Iulii A.D. 1296, Constantinopoli exaratam esse simulque quam maxime probabile est ipsum codicem in illa urbe a revisoris illius R sodalibus vel amanuensibus confectum esse. Certe revisorem R Constantinopoli vixisse disertissime testantur verba, quibus ipse in adnotatione astronomica a se scripta in folio 111^r lin. 9 usus est: *ἡμεῖς δὲ ζητοῦμεν τὴν ἐποχὴν ἐν Κωνσταντινουπ(ό)λει τυχόν· κτλ.*

Illa nota revisoris R, quam integram supra attulimus, paginae 319^v inscripta est. Haec autem est secundae codicis partis, quae quidem folia 173–319^a complectitur, pagina extrema, quae scripturam exhibeat (namque quod sequitur folium 319^a utrimque vacuum est). Itaque iure nobis colligere licet hanc secundam codicis partem, quae (praeter exiguam portionem manu K confectam) manibus H et J debetur, circa annum 1296, certe ante diem 17 Iulii 1296 scriptam esse.

In partis vero primae, quae (praeter folium 1 a revisore R praefixum) folia 2–172 continet, fine, cum post Ptolemaei Geographiam in folio 169^v absolutam in fasciculi *κθ* (= f. 165–172) calce spatium vacuum relictum esset, scriba G in foliis 170^r–170^v lin. 24 et eum subsecutus revisor R in foliis 170^v lin. 25 — 172^v adnotationes astronomicas scripserunt. Et quidem scriba G adnotationem de longitudine solis et lunae pro die 14 Aprilis anni aerae Seleucidarum 1609 sive A.M. 6806 = A.D. 1298 invenienda scripsit (de significatu vocum *ἐκβολή* et *αὐθημερινόν*, quae in his notis usurpantur, cf. O. Neugebauer, *Studies in Byzantine Astronomical Terminology* [Transactions of the

American Philosophical Society, New Series – volume 50, part 2. 1960], Philadelphia 1960, pp. 8, 7; de annis Romanorum ab Alexandro computatis sive de aera Seleucidarum cf. Grumel, *La chronologie* pp. 209 sq.; cf. etiam Wilhelm Kubitschek, *Grundriss der antiken Zeitrechnung*, München 1928, pp. 70 sq.). Quarum adnotationum locos nonnullos, quibus earundem tempus indicetur, afferendos esse duco. Et quidem prima librarii G adnotatio ita incipit (f. 170^{r} — cf. tab. **179a**): *'⟨Ε⟩κβολὴ τοῦ αὐθημερινοῦ τοῦ ἡλίου: ἐτέθη εἰς παράδειγμα μιᾶς ἡμέρας ἐκβολὴ τοῦ αὐθημερινοῦ τοῦ ἡλίου. ἡ δὲ | ἐστὶν αὕτη· ἡ ιδ̄ τοῦ ἀπριλλ(ίου) εἰς χρόνους τῶν Ῥωμαίων ἀπ' Ἀλεξάνδρου, ͵αχθ· οἳ ποιοῦνται τὴν ἀρχὴν αὐτῶν, | ἕκαστος, ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ μαρτίου μηνὸς· ἀπὸ δὲ κτίσεως κόσμου, ͵ςω̄ς̄·* — desinit autem *τοῦτο οὖν ἐστι τὸ αὐθημερινὸν | τοῦ (ἡλίου), κατὰ τὸ μέσον τῆς ιδ̄ ἡμέρας τοῦ ἀπριλλίου· καθ' ἣν ἐζητήσαμεν τοῦτο:–* | Sequitur altera expositio, quae incipit ita: *'⟨Ο⟩ ψῆφος τοῦ αὐθημερινοῦ τῆς (σελήνης) εἰς παράδειγμα*. Paulo post pergit *ἐκρατήθη γοῦν | κἀνταῦθα ὡς καὶ ἐπὶ τοῦ ἡλίου ὁ χρόνος τῶν Ῥωμαίων, ὁ ͵αχθ̄· καὶ μὴν ὁ ἀπρίλλ(ιος)· καὶ ἡ ιδ̄ τούτου·* — desinit (f. 170^{v}: vide tabulam **69**): *τοῦτο οὖν ἐστὶ τὸ αὐθημερινὸν τῆς (σελήνης)· | κατὰ τὴν ιδ̄ ταύτην ἡμέραν τοῦ ἀπριλλ(ίου):–* Cum hae adnotationes ad diem 14 Aprilis 1298 spectent easdemque subsequatur additamentum a revisore R exaratum, cuius aliam notam alibi in folio 319^{v} anno 1296 factam supra attuli, necessario apparet etiam primam codicis partem foliis 2–172 constantem eodem illo temporis spatio circa A.D. 1296 versante ortam esse, certe (si quam maxima cautione utaris) ante diem 14 Aprilis 1298 confectam esse. Sane revisor R etiam insequentibus annis hanc codicis partem manibus tractabat eique operam quandam navabat, nam in foliis 108^{r}–111^{v} aliquanto postea adnotationes de longitudine solis et lunae addidit pro die 22 Aprilis A.M. 6810 = A.D. 1302 invenienda: cf. f. 108^{r} lin. 1 (cf. tab. **179b**) *ψηφηφορία τῆς ἡλιακῆς ἐποχῆς* (de huius vocis significatu cf. Neugebauer, *op. laud.* p. 8); lin. 2 *κατὰ τὴν κβ̄ τοῦ ἀπριλλίου μηνὸ(ς) τῆς ιε' ἰν(δικτιῶν)ο(ς) τοῦ ͵ςω̄ῑ ἔτους ἀπὸ κτίσεως | κόσμου*; f. 109^{v} lin. 2 *καὶ ἔστι τοῦτο ἡ ἐποχ(ὴ) τοῦ (ἡλί)ου | κατὰ τὴν κβ̄ τοῦ ἀπριλλίου*; lin. 6 *ἔστω γὰρ πάλιν καθ' ὑπόθεσιν τῇ αὐτῇ τοῦ ἀπριλλίου κβ̄ ζητεῖν | ἡμᾶς τὴν ἐποχὴν τῆς (σελήν)ης*; f. 110^{v} lin. 10 *καὶ | ἔστι τοῦτο ἡ ἐποχὴ τῆς (σελήν)ης κατὰ τὴν κβ̄ραν' τοῦ ἀπριλλίου τῆς ιε̄ης ἰν(δικτιῶν)ο(ς) ὥρα μεσημβρίας*. Alia expositio astronomica ab eodem librario R facta spectat ad diem 1 Maii A.M. 6810 = A.D. 1302: cf. f. 111^{r} lin. 24 *ἔστω δὲ | πρώτη τοῦ μαΐου* et lin. 31 *κατὰ τὴν πρώτην τοῦ μαΐου | τῆς ιε' ἰν(δικτιῶνος)· τοῦ ͵ςω̄ῑ ἔτους ἀπὸ κτίσ(ε)ως κόσμου.*

Tertiae quoque codicis parti (f. 320–397), quae a sex librariis L—Q deinceps sese excipientibus exarata est, necessitudinem artissimam cum reliquis codicis partibus intercedere et indoles argumenti, quod in scientiarum operibus versatur, et membranae forma eadem et scripturarum habitus coaevus ostendit et illud ipsum demonstrat, quod revisor R ei parti simili modo, atque in ceteris partibus factum est, hic illic manum apposuit. Iam patet revisorem R, cum omnes codicis partes suo fortasse mandatu scriptas coagmentasset easque correxisset et annotavisset et supplevisset, universos fasciculos in ordinem redactos notis ordinalibus insignivisse et conglutinandos curavisse indice rerum in folio 1^{r} scripto praefixo. In quo folio 1^{r} infra indicem a se factum revisor R

notam chronologicam scripsit, quae ad A.M. 6811 sive annum aerae Seleucidarum ab Alexandro computatae 1614, id est A.D. 1302/1303, spectat (cf. tab. **179c**): † *εἰ θέλεις εἰδέναι τὰ ἀπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνο(ς) ἔτη, κράτησον ἐν τῇ | χειρί σου τὰ ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἔτη ἄχρι τοῦ ἔτους οὗ περιπατεῖς. καὶ ὕφελον | ἐξ αὐτῶν ͵ερϟζ. καὶ τὰ καταλειπόμενα, ἔστι τὰ ἀπὸ τῆς ἀρχ(ῆς) Ἀλεξάνδρ*[ου] | *ἔτη· οἷον εἰς τ(ὸ) ͵ςω̄ια ἔτο(ς) ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἀφαιρῶ ͵ερϟζ· λείπονται | ͵αχιδ. ἅπέρ εἰσι τὰ ἀπὸ τ(ῆς) ἀρχ(ῆς) Ἀλεξάνδρου*: – Haec quidem adnotatio pro certo demonstrat codicis totius indicem scriptum et codicem coagmentatum esse ante exitum A.M. 6811, id est ante diem 1 Septembris 1303. Sane illud contendere quispiam possit tertiam partem foliis 320–397 constantem fortasse aliquanto tardius ceteris partibus circa A.D. 1296 scriptis exaratam esse inter annos 1296 et 1303. Quod equidem non credo, praesertim cum reputem etiam in parte prima, quae certe ante diem 14 Aprilis 1298 confecta est, notam aliquot annis posteriorem exstare die 22 Aprilis 1302 scriptam. Tum illud verisimillimum videtur omnia opera, quae hoc codice continentur, mandatu unius viri eruditissimi (quem virum revisorem R fuisse mihi persuasum habeo) uno temporis spatio a pluribus eiusdem viri sociis studiorum sive amicis vel discipulis vel amanuensibus fortasse intra paucos menses exarata esse. Equidem adducor, ut totum codicem circa annum 1296 scriptum esse ponam, et illud premo, etiamsi quis tertiam codicis partem paulo tardius confectam esse contendat, certe fieri non potuisse, quin tertia quoque illa codicis pars intra paucissimorum annorum insequentium spatium exararetur. Quibus rebus perpensis fere omnes tabulas ex hoc codice expressas ad annum *circiter* 1296 refero, praeter tabulam **54** quae ob folii expressi argumentum sponte ad ipsum annum 1296 refertur, et tabulam **69** quae itidem ob argumenti indolem necessario ad annum 1298 referenda est. Iam oportet ordine explicem, quae manus et quae folia imaginibus nostris repraesententur.

In tabula **54** revisoris R scripturam exhibemus folii 319ᵛ parte superiore expressa, cuius NOTITIA DE TERRAE MOTIBUS ANNI 1296 supra pp. 91 sq. a nobis allata est.

In tabula **55** librarii A scripturam exhibemus folii 39ᵛ parte superiore expressa, quae continet THEODOSII TRIPOLITAE SPHAERICORUM libri II caput 22 (ed. J. L. Heiberg, *Theodosius Tripolites Sphaerica* [Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-Historische Klasse, Neue Folge Bd. XIX, 3], Berlin 1927, p. 98, 8–29; pp. 100, 12 — 102, 4).

In tabula **56** librarii B scripturam exhibemus folii 69ᵛ parte superiore expressa, quae verba continet AUTOLYCI PITANAEI DE ORTIBUS ET OCCASIBUS SIDERUM lib. II propos. 10–12 (ed. Joseph Mogenet, *Autolycus de Pitane. Histoire du texte suivie de l'édition critique des traités de la Sphère en mouvement et des Levers et couchers* [Université de Louvain. Recueil de Travaux d'histoire et de philologie. 3ᵉ série, fascicule 37], Louvain 1950, pp. 249, 23 — 250, 21; pp. 251, 7 — 252, 8).

In tabula **57** librarii C scripturam exhibemus folii 96ᵛ parte superiore expressa, quae verba includit VETTII VALENTIS ANTHOLOGIARUM libri II capitum 37–38 (ed. Guilelmus Kroll, *Vettii Valentis Anthologiarum libri*, Berolini 1908, pp. 118, 11 — 121, 19). Aliud eiusdem manus specimen praebuit Guilelmus Kroll, *Catalogus codicum astrologorum graecorum* V 2, Bruxellis 1906, tab. (folii 98ᵛ parte superiore expressa).

In tabula **58** librarii D scripturam exhibemus folii 135^r^ parte inferiore expressa, qua continentur verba CLAUDII PTOLEMAEI GEOGRAPHIAE libri I cap. 20 (ed. Carolus Müllerus, *Claudii Ptolemaei Geographia* vol. I, 1, Parisiis 1883, p. 51, 15-32; p. 52, 12-30).

In tabula **59** librarii E scripturam exhibemus folii 156^r^ parte superiore expressa, qua continentur verba CLAUDII PTOLEMAEI GEOGRAPHIAE libri V cap. 7–9 (ed. Carolus Müllerus vol. I, 2, Parisiis 1901, pp. 899, 1 — 903, 3; pp. 908, 2 — 913, 4; pp. 914, 5 — 919, 3; pp. 921, 13 — 924, 9).

In tabula **60** librarii F scripturam exhibemus folii 158^r^ parte inferiore expressa, qua continentur verba CLAUDII PTOLEMAEI GEOGRAPHIAE libri V cap. 17–18 (ed. Carolus Müllerus vol. I, 2, pp. 1000, 8 — 1002, 5; pp. 1004, 7 — 1008, 1; pp. 1011, 1 — 1012, 11; pp. 1014, 12 — 1017, 3).

In tabula **61** librarii H scripturam exhibemus folii 299^r^ parte superiore expressa, quae verba continet ARISTOXENI ELEMENTORUM HARMONICORUM lib. I 13–15 (ed. Rosetta Da Rios, *Aristoxeni Elementa harmonica* [Scriptores Graeci et Latini consilio Academiae Lynceorum editi], Romae 1954, pp. 18, 14 — 20, 12).

In tabula **62** librarii J scripturam exhibemus folii 230^r^ parte superiore expressa, quae continet partem EXCERPTI EX ASTROLOGO BYZANTINO (ed. I[oseph] B[idez], *Catalogus codicum astrologorum graecorum* V 2, Bruxellis 1906, pp. 133, 27 — 134, 34).

In tabula **63** librarii L scripturam exhibemus folii 330^v^ parte superiore expressa, quae verba continet CLAUDII PTOLEMAEI HARMONICORUM libri I cap. 15 (ed. Ingemar Düring, *Die Harmonielehre des Klaudios Ptolemaios* [Göteborgs Högskolas Årsskrift XXXVI. 1930: 1], Göteborg 1930, p. 36, 3-27).

In tabula **64** librarii M scripturam exhibemus folii 365^v^ parte superiore expressa, quae locum continet DIOPHANTI ALEXANDRINI ARITHMETICORUM libri I cap. 31–34 (ed. Paulus Tannery, *Diophanti Alexandrini opera omnia cum graecis commentariis* vol. I, Lipsiae 1893, pp. 66, 19 — 70, 18).

In tabula **65** librarii N scripturam exhibemus folii 372^r^ parte inferiore expressa, quae locum continet DIOPHANTI ALEXANDRINI ARITHMETICORUM libri III cap. 11–13 (ed. Tannery, vol. I pp. 164, 5 — 168, 11).

In tabula **66** librarii O scripturam exhibemus folii 381^v^ parte superiore expressa, quae locum continet DIOPHANTI ALEXANDRINI ARITHMETICORUM libri IV cap. 39 (ed. Tannery, vol. I pp. 300, 19 — 304, 2).

In tabula **67** librarii P scripturam exhibemus folii 388^v^ parte superiore expressa, quae locum continet DIOPHANTI ALEXANDRINI ARITHMETICORUM libri VI cap. 13–14 (editionis cap. 12–13: ed. Tannery, vol. I pp. 418, 3 — 422, 10).

In tabula **68** librarii Q scripturam exhibemus folii 395^v^ parte superiore expressa, quae continet ⟨CLEONIDIS⟩ ISAGOGES HARMONICAE capita 12–14 (ed. Henricus Menge, *Euclidis Phaenomena et scripta musica* [Euclidis opera omnia ediderunt I. L. Heiberg et H. Menge, vol. VIII], Lipsiae 1916, pp. 218, 25 — 222, 10).

In tabula **69** librarii G, de quo supra pp. 92 sq. egimus, scripturam exhibemus folii 170^v^ parte superiore expressa, quae continet finem ADNOTATIONIS ASTRONOMICAE DE LONGITUDINE LUNAE pro die 14 Aprilis A.D. 1298 invenienda factae (hanc adnotationem

supra loco laudato attigimus). Haec scriptio necessario ad annum 1298 refertur eademque temporis nota hanc quidem tabulam 69 insignivimus.

Hic codex idonee et disertissime varietatem scripturae librariae testatur, qualis a doctis Byzantinis vergente saeculo XIII Constantinopoli usurpabatur. Praeterea, sicut supra significavi, huius codicis argumentum ad scientiarum studia pertinet, qualia illo temporis spatio a doctis Byzantinis etiamque in circulo Planudeo naviter colebantur. Velut Maximum Planudem studio singulari Ptolemaei Geographiam et Diophanti Arithmetica amplexum esse constat, quae quidem opera etiam in nostro codice inclusa sunt (cf. Carl Wendel, in Pauly-Wissowa, *Real-Encyclopädie der classischen Altertumswissenschaft* s.v. Planudes, Maximos, Band XX, Waldsee [Württ.] 1950, col. 2228 2230). Tum de Planudis studio in Theodosii Tripolitae Sphaericis et in operibus harmonicis collocato cf. Planudis epistula 67 lin. 102 sqq. (ed. Maximilianus Treu, *Maximi monachi Planudis epistulae*, Progr. Breslau 1886–1890 = Amstelodamum 1960, p. 84) et quae Treu, *op. laud.* pp. 243–245, ad huius epistulae lin. 109 sqq. adnotavit.

Hunc codicem olim Isidorus cardinalis Ruthenus (1380/90–1463) usurpabat, qui in folio I^r inscriptionem codicis videtur fecisse et in folio I^v Manuelis Philae carmen explicatione unius loci subscripta sua manu transcripsit (ed. E. Miller, *Manuelis Philae carmina* vol. II, Parisiis 1857, pp. 313 sq. = cod. Vatic. carmen XCVII); cf. Giovanni Mercati, *Scritti d'Isidoro il cardinale Ruteno e codici a lui appartenuti che si conservano nella Biblioteca Apostolica Vaticana* (Studi e Testi, 46), Roma 1926, p. 64 n. 1, pp. 68, 86 sq., tab. IV 2. De Isidoro cardinali Rutheno cf. etiam: J. Gill, *Lexikon für Theologie und Kirche*^{2} V, Freiburg 1960, col. 788 sq.; Alberto M. Ammann, *Enciclopedia Cattolica* VII, Città del Vaticano [1951], col. 251.

De hoc codice cf.: Mercati-Franchi de' Cavalieri, *Codices Vaticani graeci* I pp. 220–227, p. XXXII; Guilelmus Kroll, *Catalogus codicum astrologorum graecorum* V 2 (1906), pp. 3 sqq.; Guilelmus Kroll, *Vettii Valentis Anthologiarum libri* primum edidit —, Berolini 1908, p. IX; [Gustav] Parthey, *Monatsberichte der Königlichen Preuss. Akademie der Wissenschaften zu Berlin.* Aus dem Jahre 1863. Berlin 1864, pp. 374–379 (indice recentiore e codicis foliis IV^r–VI^v typis mandato); Th. Mommsen, « Zur Kritik der Geographie des Ptolemaeos, » *Hermes* 15 (1880) pp. 297–300; Karl Müller, « Codex Vaticanus Nr. 191, » *Hermes* 15 (1880) pp. 300–305; Paul Tannery, *Mémoires scientifiques* II, Toulouse-Paris 1912, pp. 274–278 (qui vir doctissimus haud ita recte de codicis habitu et de scripturae aetate iudicavit); Otto Cuntz, *Die Geographie des Ptolemaeus. Galliae Germania Raetia Noricum Pannoniae Illyricum Italia. Handschriften, Text und Untersuchung.* Berlin 1923, pp. 1 sq.; Ingemar Düring, *Die Harmonielehre des Klaudios Ptolemaios* (Göteborgs Högskolas Årsskrift XXXVI. 1930: 1), Göteborg 1930, p. XXXV; Vittorio De Falco, « Beiträge zur kritischen Textgestaltung des Autolykos und des Hypsikles, » *Quellen und Studien zur Geschichte der Mathematik, Astronomie und Physik.* Abteilung B: Studien. Band 1, Berlin 1931, pp. 278 sqq.; Joseph Mogenet, *Autolycus de Pitane. Histoire du texte suivie de l'édition critique des traités de la Sphère en mouvement et des Levers et couchers* (Université de Louvain. Recueil de Travaux d'histoire et de philologie. 3e série, fascicule 37), Louvain 1950, pp. 127 sqq., passim; Rosetta Da Rios, *Aristoxeni*

Elementa harmonica, Romae 1954, pp. xiv, xxx sq.; Ae. Boer, *Heliodori, ut dicitur, in Paulum Alexandrinum commentarium*, Lipsiae 1962, pp. x, xiii. In variis quaestionibus ad huius codicis argumenta astronomica spectantibus liberalissime me adiuvit Otto Neugebauer Providentiensis vir doctissimus.

Tabula 70: A.D. 1297.

Codex Vaticanus graecus 2563, membranaceus, mm. 250 × 185, foliorum II + 201 (re vera 202, nam etiam fol. 140^{a} inest), lineis 19 in singulis paginis scriptus, Evangeliarium totius anni continet. Subscriptio, quae infra affertur, in folio 201^{r} exarata est, quod folium parti interiori operculi postici agglutinatum est. Hoc folium singulum fuit eiusque sinus interior inter folia 195 et 196 ligatus est. Subscriptio vero codicis totius scripturae ita est similis, ut ipsum folium 201 eiusque paginae rectae verba ad hunc codicem pertinere appareat. Scriptus igitur est hic codex iussu Nicolai sacerdotis absolutusque die 25 Martii A.M. 6805 = A.D. 1297 secundum hanc subscriptionem in folio 201^{r} factam (cf. tab. **180**): *ὥσπερ ξένοι γάννυνται, ἰδεῖν π(ατ)ρίδα· οὕτως κἀγὼ· | πυκτίου πέρας + ὥσπερ δὲ οἱ ἐν τῷ πελάγ(ει) κλυδ(ω)νι|ζόμενοι μέρωπες ἐφίενται. ἐλθεῖν ἐν ὅρμω, οὕτος | καγὼ τέλος βιβλιου + ἐγρά(φ)η δὲ, τὸ παρὸν εὐα(γγέλιον), διὰ | προστάξεως· κυρ(οῦ) π(α)π(ᾶ) Νικ(ο)λ(άου) ἱερεῖ, ἀπο χώρ(ας), λεγ(ομέν)ας Ζῳ|ριανη· μηδὲν ἀγαθὸν κεκτημένος· ἐ̣ν̣ τ̣ῷ κόσμῳ | τοῦτο· ὡς ἐπιγγείλατο ὁ θ(εό)ς· ἀλλ᾽ ἅπαντα βέβηλα | καὶ ἐσχρά, ἅπερ καὶ ἐ̣[σ]χ̣ρά εἰσὶν τοῦ λεγειν· καὶ δια | τοῦτο δέ<ο>μαι καὶ ἀντιβολῶ τοὺς ἐντυχάνοντας τὸ | παρὸν εὐαγγέλιον, ὅπως εὔξασθ(ε) ὑπερ ἐμοῦ τὸν βέβη|λον· ὅπως κ(ύριο)ς ὁ θ(εό)ς, δώει μοι ἔλεος, ἐν τῶ παρόντι αἰ|ῶνι, καὶ ἄφε(σ)ιν ἁμαρτιῶν, καὶ καιρὸν μετανοίας· ἵνα ἐν τῶ μέλοντι | αἰῶνι· εὕρω συνπαθείας, καὶ ἀνάπαυσιν αἰώνιον + | ἐτελειώθ(η)· μην(ὶ) μαρτ(ίῳ) εἰς τας κ̅ε̅, ὦ η δόξα εἰς τοὺς αἰ|ῷνας· ἀμήν + + ἔτους ,ζωε̅, ἰν(δικ)τ(ιῶνος) ι̅ +* Ad illud loci nomen *Ζῳριανη* moneo medio aevo et nomen et cognomen *Ζωριάνος* vel *Ζωριανός* usurpatum esse (cf. *Νῖκος Α. Βέης*, *Byzantinisch-Neugriechische Jahrbücher* 18 [1945–1949] pp. 93–95). Oppidum *Ζῳριανη* haud scio an fuerit Surianum, quod hodie vocatur *Soriano Calabro*, prope Miletum in Calabria situm (cf. Domenico Vendola, *Rationes decimarum Italiae nei secoli XIII e XIV. Apulia-Lucania-Calabria* [Studi e Testi, 84], Città del Vaticano 1939, p. 288; *Nuovo Dizionario dei comuni e frazioni di comune* [25] a cura di A. Bruno, Roma 1961, p. 230). Hoc si verum sit, codicem in Italia australi ortum esse etiam scripturae habitu respecto credas (cf. Robert Devreesse, *Les manuscrits grecs de l'Italie méridionale* [Studi e Testi, 183], Città del Vaticano 1955, p. 42). Atqui vocis *Ζῳριανη* scribendae ratione adducimur, ut nonnihil dubitemus, num reapse in subscriptione de Suriano agatur; hic enim locus graece *Σουριάνου* vocabatur (cf. Giovanni Alessio, *Saggio di toponomastica calabrese* [Biblioteca dell'« Archivum Romanicum », Serie II, vol. 25], Firenze 1939, p. 399 num. 3845). In tabula **70** folium 118^{v} expressimus, quo continentur verba Evangelii Matthaei 25, 35–43. Haec pertinent ad lectionem in f. 115^{r} incipientem ibique insignitam *τῇ μεγ(ά)λ(η) γ̄ εσπ(έ)ρ(ας)*,

id est feria III Magnae Hebdomadis in officio vespertino recitandam. Quippe tota lectio illius officii est Ev. Matth. 24, 36 — 26, 2 (cf. Caspar René Gregory, *Textkritik des Neuen Testamentes* I, Leipzig 1900, p. 362; etiam cf. *Θεῖον καὶ ἱερὸν Εὐαγγέλιον, ἐν Ῥώμῃ* 1880, pp. 127 sq.). Huius codicis descriptionem a Cyro Giannelli factam mihi inspicere licuit. Cf. Kurt Aland, *Kurzgefasste Liste der griechischen Handschriften des Neuen Testaments*, I (Arbeiten zur neutestamentlichen Textforschung, 1), Berlin 1963, p. 314 (secundum rationem a Gregory institutam siglo *l* 1940 indito).

Tabula 71: A.D. 1299.

Codex Vaticanus graecus 1455, bombycinus, cm. 26 × 19, foliorum I + 364, nunc in duo volumina divisus (I: fol. I, 1–182; II: fol. 183–364), variis manibus saeculis XIII et XIV scriptus, est miscellanea farrago diversorum librorum una consarcinatorum continetque Narrationem de rebus Armeniae (ed. Garitte, *libro infra laudato* pp. 26–47) et varia sacra. Insunt etiam quaedam particulae armeniace (cf. fol. 292^{r}) et arabice (cf. fol. 292^{v}) scriptae. Nonnulli docti hunc codicem aut aliquas dumtaxat eius partes, quarum scribis res Armeniorum cordi videntur fuisse, inter Armenios, qui Cypri morarentur, in ipsa Cypro insula aut in Asia Minore confectas esse affirmant. Enimvero folia 317^{r}–339^{r} Cyprium scripturae habitum produnt (cf. sis vel tabulam nostram 96 vel alia quae infra p. 122 laudamus exempla scripturae Cypriae vulgata). At tantum folia 25^{r}–176^{r} scriba quidam Ioannes cognomine Hieraces scripsit, qui mense Martio A.M. 6807 = A.D. 1299 in folio 176^{r} subscriptionem a dodecasyllabo rubro colore scripto incipientem exaravit (cf. tab. **178b**): + *δόξα θ(ε)ῷ τέλους τὲ κἀρχῆς αἰτίῳ*: + | † *ἐτελειώθη ἡ παροῦσα βίβλος, διὰ χειρὸ(ς) ἐμοῦ Ἰω(άνν)ου* | *τοῦ Ἱεράκη, μηνὶ μαρτίω ἰν(δικτιῶνος) ιβ̅ ἔτους ,ϛω̅ζ̅* + Ad cognomen *Ἱεράκης* cf. V. Laurent, *Les bulles métriques dans la Sigillographie byzantine* (Archives de l'Orient Chrétien, 2), Institut Français d'Études Byzantines 1932, p. 83 sub num. 233. De hac codicis parte A.D. 1299 scripta folium 162^{r} selectum in tabula **71** expressimus, quod continet verba s. Martini I papae epistulae XII ad Paulum Thessalonicensem episcopum datae (ed. J. P. Migne, *Patrologia Latina* tom. 87, Parisiis 1851, col. 190 C 6 — 191 B 3). Hic codex Vaticanus graec. 1455 olim cardinalis Guilelmi Sirleti († 1585) videtur fuisse; tum fuit Ioannis Angeli ducis ab Altaemps inter eos, quos Bibliotheca Vaticana ab eo anno 1612 emit (cf. Pierre Batiffol, *La Vaticane de Paul III à Paul V d'après des documents nouveaux* [Petite Bibliothèque d'Art et d'Archéologie, XII], Paris 1890, p. 53; Giovanni Card. Mercati, *Codici latini Pico Grimani Pio ... e i codici greci Pio di Modena ...* [Studi e Testi, 75], Città del Vaticano 1938, pp. 106 sqq., 122; de Sirleto et duce ab Altaemps cf. Carlo Frati, *Dizionario bio-bibliografico dei bibliotecari e bibliofili italiani* [Biblioteca di bibliografia italiana, XIII], Firenze 1933, pp. 519 sq., 16 sq.). De hoc codice cf.: Gérard Garitte, *La Narratio de rebus Armeniae, édition critique et commentaire* (Corpus Scriptorum Christianorum Orientalium, vol. 132. Subsidia, tome 4), Louvain 1952, pp. 9–13; Gérard Garitte, *Le Muséon* 71 (1958) pp. 241–

254; N. Krasnosel'cev, *Svěděnija o někotorych liturgičeskich rukopisjach Vatikanskoj Biblioteki*, Kazan' 1885, pp. 59–61; Georgius Pasquali, *Gregorii Nysseni epistulae* (Gregorii Nysseni opera, vol. VIII fasc. II), Berolini 1925, pp. xxxiii sq.; Giorgio Pasquali, *Storia della tradizione e critica del testo*,[2] Firenze 1952, pp. 157–159; J. Darrouzès, « Autres manuscrits originaires de Chypre, » *Revue des études byzantines* 15 (1957) pp. 156 sq.; J. Darrouzès, *Ἀρχεῖον Πόντου* 21 (1956) pp. 162 sqq.; Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 172 (codice Ambrosiano B 89 sup. eidem scribae attributo; at scriba codicis Ambrosiani B 89 sup. [cf. fol. 181ᵛ], *ὦ κλῆσις Ἰωάννη· γένους τυχάνων, τὸ τοῦ Ἱερακήτου*, et cognomenti forma differt et longe aliam manum prae se fert, ut nequaquam eundem hominem fuisse credamus); Alberto Vaccari, « La Grecía nell'Italia meridionale, » *Orientalia Christiana* vol. III–3, Num. 13 (1925) p. 311, perperam codices Vaticanum graec. 1455 et Ambrosianum B 89 sup. eidem librario assignavit, quem posuit Ioannem e Calabriae oppido Giracio (vulgo Gerace vocatur, graece *Ἱέραξ* appellabatur) ortum; immo hi codices cum inter se differunt, tum etiam a codicum ex Italia australi ortorum habitu abhorrent. De codice Vaticano gr. 1455 etiam cf.: Heinrich Gelzer, « Ungedruckte und wenig bekannte Bistümerverzeichnisse der orientalischen Kirche, » *Byzantinische Zeitschrift* 1 (1892) pp. 245 sqq. (notitiis episcopatuum Antiochena et Hierosolymitana ex huius codicis fol. 243ʳ–246ʳ editis in pp. 247–253); Robert Devreesse, *Studi Bizantini e Neoellenici* 5 (1939) p. 148 n. 1; Robert Devreesse, *Le Patriarcat d'Antioche depuis la paix de l'Église jusqu'à la conquête arabe* (Études Palestiniennes et Orientales), Paris 1945, pp. 306, 310; V. Laurent, « La Notitia d'Antioche. Origine et tradition, » *Revue des études byzantines* 5 (1947) pp. 70, 70 n. 3, 72; Hans-Georg Beck, *Kirche und theologische Literatur im byzantinischen Reich*, München 1959, pp. 154, 198 sq.; Giovanni Mercati, *Notizie di Procoro e Demetrio Cidone, Manuele Caleca e Teodoro Meliteniota ed altri appunti per la storia della teologia e della letteratura bizantina del secolo XIV* (Studi e Testi, 56), Città del Vaticano 1931, p. 83 n. 1.

Tabula 72: A.D. 1299/1300.

Codex Ottobonianus graecus 426, chartaceus, cm. 30 × 22, foliorum I + 77, binis columnis, lineis 21–26 in singulis columnis scriptus, continet s. Clementis I Romani papae* Epitomen de rebus gestis s. Petri secundum Symeonis Metaphrastae versionem (cf. Halkin, *Bibl. Hagiogr. Gr.*[3] num. 345–346–347). Hic codex A.M. 6808 = A.D. 1299/1300 in folio 77ᵛ subscriptus est (cf. tab. **182-183**): † *Ἐτελιῶθη καὶ ἐπληρώθι· | ἡ τιαύτη πίκτο(ς)· δια συνδρομῆς· | καὶ κόπ(ου)· καὶ ἐξόδου· ἐμοῦ· ἀ|μαρτωλοῦ Ἰώσηφ καὶ ἐν μον(α)|χοῖς* (*οῖ* ex *ῆ* ipse scriba corr.) *ἀχρίου· δούλου τῆς πανυ|μνήτ(ου) μου θεὀμήτορος* (*η* ex *ι* corr. scriba)· *τῆς παναγίας | θ(εοτό)κου:– ἔτους ,ϛ|ωη:– καὶ· οἱ αναγινόσκοντες εὐχεσ|θαι διὰ τὸν κ(ύριο)ν· ὅπο(ς) ρησθῶ τῆς αιωνίου | κολ(ά)σεως + | Σύμων ἁμαρτ(ω)λὸ(ς)* + Hoc quidem Symonis nomen subscriptum ad ipsum codicis librarium pertinere videtur, ut Ioseph monachum ponamus impensam codicis conficiendi fecisse (cf. Ehrhard, *loco infra laudato*). In tabula **72** imaginem folii 11ᵛ

damus, quo continentur verba s. CLEMENTIS I ROMANI PAPAE* EPITOMAE DE REBUS GESTIS S. PETRI cap. 17 (ed. Migne, *Patr. Gr.* 2 col. 484 C 13 — 485 A 11; vel Albertus Rud. Max. Dressel, *Clementinorum Epitomae duae*,[2] Lipsiae 1873, p. 14 lin. infima – p. 16 lin. 14; *Βιβλιοθήκη Ἑλλήνων Πατέρων καὶ Ἐκκλησιαστικῶν Συγγραφέων* vol. I, *Ἀθῆναι* 1955, pp. 239, 29 — 240, 2). Aliud eiusdem codicis specimen invenies apud Franchi de' Cavalieri-Lietzmann, *Specimina codicum graecorum Vaticanorum*[2] tab. 39; de scripturae habitu cf. quae eandem tabulam intuens disputavit Wilhelm Schubart, *Griechische Palaeographie*, München 1925, p. 166 sub num. 39. Codex olim in Monte Athone erat, quod testantur nota in fol. 1r scripta ⟦*Τιμοθὲός και ἱερὸμόναχος καὶ ἐκ τις μονὶς τον Ὑβύρον* (id est e monasterio Athoo *τῶν Ἰβήρων*) *καιρολόγος*⟧, altera nota in eadem pagina facta *Βενιαμ(ὶ)ν ιερομοναχος Βατατζης*, atque nota in folio praevio ar exarata: *SS. D. N. Benedictus PP XIII | oblatum sibi ab Abachum Andriani | Abbate montis Atho | hunc gręcum codicem | in Bibliothecam Vaticanam inferri jussit.* De codicibus, quos Abbacum Andriani abbas Athous et Beniamin Batatzes Benedicto XIII papae anno 1726 obtulerunt, cf. Feron-Battaglini, *Codices manuscripti graeci Ottoboniani* p. XVIII n. 1. De hoc codice cf.: Feron-Battaglini, *op. laud.* p. 237; Hagiographi Bollandiani et Pius Franchi de' Cavalieri, *Catalogus codicum hagiographicorum graecorum Bibliothecae Vaticanae*, Bruxellis 1899, pp. 293 sq.; Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 221; Franchi de' Cavalieri-Lietzmann, *Specimina codicum graecorum Vaticanorum*[2] p. XVI num. 39; Albert Ehrhard, *Überlieferung und Bestand der hagiographischen und homiletischen Literatur der griechischen Kirche.* Erster Teil: *Die Überlieferung.* III. Band, 2. Hälfte, 1./2. Lieferung (Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altchristlichen Literatur, Bd. 52 II, 1/2), Berlin-Leipzig 1952, p. 962 n. 6.

Tabula 73: A.D. 1300.

Codex Borgianus graecus 9 (antea S. Congregationis de Propaganda Fide L.VI. 10), membranaceus, mm. 235 × 165, foliorum II + 165 + III, lineis 28 in singulis paginis scriptus, continet quattuor Evangelia sectionum Eusebianarum numeris et capitum titulis instructa atque usui liturgico aptata. Hic codex ab Andrea lectore impensa domini Ioannis ⟦..........⟧ exaratus est, sicut testatur subscriptio die 14 Septembris A.M. 6809 = A.D. 1300 in folio 153v rubris litteris facta tribus tritis illis dodecasyllabis praemissis, quos infra separatim affero (cf. tab. **184a**):

Τὸν δακτύλοις γράψαντα, τὸν κεκτημένον· |
τὸν ἀναγινώσκοντα μετ᾽ εὐλαβείας,
φύ|λατται τοῦς τρεῖς, ὦ τριὰς τρισολβία + |

† *ἐπληρώθ(η) τὸ παρὸν ἅ(γιον) εὐαγγέλιον διὰ χειρὸ(ς) Ἀνδρέου* | *Ἀνδρέου ἁμαρτωλοῦ καὶ τάχα ἀναγνώστου. ὑπὲρ* | *ἐξόδου καὶ συνδρομῆς κ(υρο)ῦ Ἰω(άννου)* ⟦..........⟧ | *μη(νὶ) σεπτ(εμβ)ρ(ί)ω ιδ' ἰν(δικτιῶνος) ιε'. ἔτ(ους) ,ςω̄θ': ἀμήν, ἀμήν +* | Subsequitur nota litteris arcanis facta: *λϟψθχ̃ψθζνο̃νψεω. πθϟωχνϟο̃νψεω, ξβπθψθ ϡθωαθϟ ςϟθψ λνπν̄. θοο᾽ ἐχυεωαέ ξλϟ. ϟνθ | πθϟχ̃ξεϟωωσαβψε +* Quae ita intellegenda sunt (cf. V. Gardt-

hausen, *Griechische Palaeographie* [2] II, Leipzig 1913, p. 311; *Ἀντώνιος Σιγάλας*, *Ἱστορία τῆς ἑλληνικῆς γραφῆς*, *Θεσσαλονίκη* 1934, p. 304; Robert Devreesse, *Introduction à l'étude des manuscrits grecs*, Paris 1954, p. 44; *Λίνος Πολίτης*, *Ὁδηγὸς καταλόγου χειρογράφων* [*Γενικὸν Συμβούλιον Βιβλιοθηκῶν τῆς Ἑλλάδος*, 17], *Ἀθῆναι* 1961, pp. 40 sq.): *οἱ ταῦτα γνῶντες. καὶ συνιῶντες, μὴ κατα|ρᾶσθαι διὰ τὸν κ(ύριο)ν. ἀλλ' εὔχεσθέ μοι. ἵνα* | *καὶ ὑμεῖς σωθῆτε* + Quem librarius indicavit, annus mundi 6809 indictio fuit 14, non 15. Certe fieri potuit, ut librarius mense Septembri brevi post anni ipsum initium novam indictionem recte indicaret, anni autem iam finiti numero etiamtum usus erraret. Hoc siquis credit, subscriptionis annum oportet corrigat et codicem die 14 Septembris 15ae indictionis A.M. 6810 = A.D. 1301 absolutum esse ponat. Quod in tabula **73** expressimus, folium 41v continet locum Evangelii Matthaei 22, 3–13. In margine sinistro numerus sectionis *σκβ* indicatur, quae verba Ev. Matth. 22, 11 *εἰσελθὼν* – 14 complectitur (de hac sectione cf. Hermann von Soden, *Die Schriften des Neuen Testaments* [2] I 1, Göttingen 1911, p. 397). Locus Ev. Matth., quem exhibemus, pars est lectionis *κυριακῇ τῆς ιδ' ἑβδομάδος*, scilicet dominica XIV post Pentecosten recitandae, quo die Ev. Matth. 22, 2–14 recitatur (cf. Caspar René Gregory, *Textkritik des Neuen Testamentes* I, Leipzig 1900, p. 352; cf. etiam *Θεῖον καὶ ἱερὸν Εὐαγγέλιον, ἐν Ῥώμῃ* 1880, pp. 55 sq.). De hoc codice cf.: Franchi de' Cavalieri, *Codices graeci Chisiani et Borgiani* pp. 121–123; Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 16; Gregory, *Textkritik des Neuen Testamentes* I p. 227 (sub Vier Evangelien 852); Caspar René Gregory, *Die griechischen Handschriften des Neuen Testaments*, Leipzig 1908, p. 77 (siglo indito 852); von Soden, *Die Schriften des Neuen Testaments* [2] I 1 p. 192 (siglo indito ε 406); Kurt Aland, *Kurzgefasste Liste der griechischen Handschriften des Neuen Testaments*, I (Arbeiten zur neutestamentlichen Textforschung, 1), Berlin 1963, p. 106 (siglo Gregoryano 852 recepto).

Tabula 74: A.D. 1301.

Codex Vaticanus graecus 863, membranaceus, mm. 310 × 245, foliorum III + 219, binis columnis, lineis 24 in singulis columnis exaratus, Palladii Historiam Lausiacam continet. Quippe notaę in folio 209v mense Augusto A.M. 6809 = A.D. 1301 factae indicant Manuelem fuisse scribam codicemque Myronis hieromonachi, monasterii S. Barbari abbatis, causa confectum esse (cf. tab. **181**): † *ἐγεγόν(ει) ἡ παροῦσα βί|βλος παρὰ τοῦ ἁγιωτ(ά)του καὶ* | *θειωτ(ά)του π(ατ)ρ(ὸ)ς ἡμῶν τοῦ ἡγου|μενεύοντο(ς) ἐν τῇ σε(βασμ)ία* | *μον(ῇ) τῇδε τοῦ μυροχεύμονο(ς)* | *ἁγίου Βαρβάρου, κ(υρο)ῦ Μύ|ρωνος ἱερομονάχου,* | *ἐν μη(νὶ) αὐγούστω,* | *τῆς τεσαρεσκαιδεκάτης* | *ἰν(δικτιῶνος)*, (deinde rubro colore) *ἔτους, ͵ςωθ'.* | *Μανουὴλ* | *ὁ γρά(ψ)ας* | *Μανουὴλ* (utroque loco nomine Manuelis per monocondylium exarato). Ubi hoc monasterium S. Barbari situm fuerit, ignoramus, nisi quod extra Constantinopolim fuisse suspicamur, cum nullum monasterium tali vocabulo ornatum in librum suum rettulerit R. Janin, *La géographie ecclésiastique de l'empire byzantin.* Première partie: *Le siège de Constantinople et le*

Patriarcat œcuménique. Tome III: *Les églises et les monastères* (Publications de l'Institut Français d'Études Byzantines), Paris 1953. In tabula **74** folii 138^{v} partem superiorem expressimus, quae verba exhibet PALLADII HISTORIAE LAUSIACAE cap. 83 (ed. Migne, *Patr. Gr.* 34 col. 1186 C 1–7; C 11 — D 1). De hoc codice cf. Devreesse, *Codices Vaticani graeci* III pp. 430 sq.

Tabula 75: A.D. 1301.

Codex Vaticanus graecus 1743, membranaceus rescriptus, mm. 225 × 160, foliorum III + 114, a scriptura antiquiore saeculi X vel XI vestigia Menaei mensis Aprilis prodit, a scriptura vero recentiore continet Andreae Caesariensis commentarium in Apocalypsin ita scriptum, ut singulas textus pericopas colore rubro plerumque exaratas expositiones atramento scriptae subsequantur. Cuius quidem recentioris scripturae librarius Basilius se ipsum nominavit nota in folio 15^{v} exarata (cf. tab. **184b**): † *Βασιλείω χθαμαλῶ καὶ τλήμονη ἄνες σ(ῶτ)ερ ἐν τῆ κρίσει* + (cf. Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 58 n. 3). Idemque codicem mense Decembri A.M. 6810 = A.D. 1301, feria VI (qui fuit dies [1] aut [8] aut [15] aut [22] aut [29] illius mensis Decembris), regnante Alexio Comneno (id est Alexio II Comneno imperatore Trapezuntio, 1297–1330), in folio 112^{r} subscripsit (cf. tab. **184c**): † *ἐγράφη τὸ παρὸν βιβλίον ἡ αποκαλυψ[ις Ἰω(άννου) τοῦ] | εὐἀγγελιστοῦ θεολόγ(ου)· μη(νὶ) δε(κεμβρίῳ) ε[ἰς τ(ὴν) α′]* (aut *ε[ἰς τ(ὰς) η′* vel *ιε′* vel *κβ′* vel *κθ′]*) | *ἡμέρ(ᾳ) παρα(σκευῇ)· ὥρα γ′ ἐπὶ τῆς βασ[ιλείας] | τοῦ ἐκ θ(εο)ῦ προλάμπ(ον)τ(ος) κυρ(οῦ) Ἀλεξ(ίου) τοῦ μ[(ε)γ(ά)λ(ου) Κο]|μνηνοῦ· ἐπὶ ἔτους ‚ςωι′ ἰν(δικτιῶνος) ιε′* .[....] | [– – –] (ima pagina abscisa). De imperatoribus Trapezuntiis nomine Magni ornatis cf. A. A. Vasiliev, *Speculum* 11 (1936) pp. 36 sq. In tabula **75** folium 70^{v} expressimus, quod locum continet ANDREAE CAESARIENSIS COMMENTARII IN APOCALYPSIN 16, 10–11 (ed. Migne, *Patr. Gr.* 106 col. 365 A 3 — B 12; vel Josef Schmid, *Studien zur Geschichte des griechischen Apokalypse-Textes* [Münchener Theologische Studien. I. Historische Abteilung, 1. Ergänzungsband], 1. Teil, Text, München 1955, pp. 170, 20 — 171, 15). In margine sinistro adnotata sunt haec: *ωρ(αία) πάνυ ἡ λύ(σις)*. Codex olim fuit Aloysii Lollino (1557–1625), episcopi Bellunensis: cf. Pierre Batiffol, « Les manuscrits grecs de Lollino évêque de Bellune, » *Mélanges d'archéologie et d'histoire* 9 (1889) p. 37 sub num. 59; de Lollino cf. Carlo Frati, *Dizionario bio-bibliografico dei bibliotecari e bibliofili italiani* (Biblioteca di bibliografia italiana, XIII), Firenze 1933, p. 304. De hoc codice cf.: Giannelli-Canart, *Codices Vaticani graeci. Codices 1684–1744*, pp. 147 sq., p. xx; Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 58; Caspar René Gregory, *Textkritik des Neuen Testamentes* I, Leipzig 1900, p. 319 (sub Apokalypse 67); C. R. Gregory, *Die griechischen Handschriften des Neuen Testaments*, Leipzig 1908, p. 110 (siglo indito 2031); Hermann von Soden, *Die Schriften des Neuen Testaments*² I 1, Göttingen 1911, p. 285 (siglo indito *Αν*^{41}); H. C. Hoskier, *Concerning the Text of the Apocalypse*, London 1929, vol. I pp. 212 - 217; vol. II p. 14, passim (siglo usurpato 67); Josef Schmid, *Studien zur Geschichte*

des griechischen Apokalypse-Textes (Münchener Theologische Studien. I. Historische Abteilung, 1. Ergänzungsband), 1. Teil, Einleitung, München 1956, pp. 30 sq.; Kurt Aland, *Kurzgefasste Liste der griechischen Handschriften des Neuen Testaments*, I (Arbeiten zur neutestamentlichen Textforschung, 1), Berlin 1963, p. 167 (siglo Gregoryano 2031 recepto).

Tabula 76: A.D. 1304.

Codex Barberinianus graecus 161 (olim I. 161), bombycinus est, mm. 245 × 165, foliorum I + 249. Codicis librarius praecipuus Manuel Argyronetes fuit, qui subscriptionem in folio 246ᵛ fecit. Continentur foliis 1ʳ–19ᵛ Moschopulea et vetera scholia in Iliadis libros *A* — *B* 490 ab alio librario codici praefixa, tum foliis 20ʳ–246ᵛ Homeri Ilias ab librario principali scripta cum glossis et scholiis marginalibus in Iliadis *A* 1 — *Θ* 139, quae scholia in foliis 20ʳ–99ʳ comparent. Ille vero alter scriba, qui scholia in foliis 1ʳ–19ᵛ exaravit, permulta etiam scholia in foliis 20ʳ–50ᵛ addidit. Quae quidem additamenta scripturae habitu a manu librarii praecipui nonnihil videntur differre. At ipsius Iliadis libri et nonnulla scholia in foliis 20ʳ–50ᵛ (quae ob atramenti pallorem fere evanuerunt) omniaque scholia in foliis 51ʳ–99ʳ exarata itidemque glossae interlineares certe manui Manuelis Argyronetae, qui codicem subscripsit, debentur. A quo librario subscriptio die 25 Iunii A.M. 6812 = A.D. 1304 in folio 246ᵛ facta haec exstat (cf. tab. **185a**): † *ἡ βίβλος ἥδε τετέλεσται διὰ χειρὸς ἐμοῦ Μανουὴλ τοῦ ᾿Αργυ⟦ρωνή⟧τ⟦ου⟧ κατὰ* | *τὴν κε' τοῦ ἰουνίου μηνός τῆς ἐνισταμένης β' ἰν(δικτιῶνος)· τοῦ ἔτους* | *͵ςψωιβ'*: – *ἁγία τριὰς βοήθει τῷ σῷ δούλῳ*: + (de cognomine *᾿Αργυρωνήτης* cf. Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 345). In tempore subscriptionis indicando scriba errore litteram *ψ* scripsit, sed pergens recte saeculi notam *ω* exaravit. Quippe A.M. 6812 reapse secundae indictioni respondet. Tum scripturae habitus in aetatem illam circa A.D. 1300 versantem perbene convenire videtur (cf. exempli causa nostram tabulam 52 ad A.D. 1294 spectantem). Ista quidem littera *ψ* temporibus recentioribus plumbo tacta est, ut delenda esse significaretur. In tabula **76** exhibemus imaginem folii 166ʳ, quod continet Homeri Iliadis versus *O* 628–668. Hunc codicem olim Carolus Strozzi Thomae filius (1587–1670) habuit, quod nota in folio 1ʳ scripta docet: *Caroli Strozzae Thomę fil*: (cf. Carlo Frati, *Dizionario bio-bibliografico dei bibliotecari e bibliofili italiani* [Biblioteca di bibliografia italiana, XIII], Firenze 1933, pp. 526–528). De hoc codice cf.: Capocci, *Codices Barberiniani graeci* I pp. 277–281; Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 275; Thomas W. Allen, *Homeri Ilias* I, Oxonii 1931, pp. 51, 178–180 (siglo V³² indito).

Tabulae 77-84: A.D. 1304/1305.

Codex Vaticanus graecus 2220, bombycinus, foliorum refectorum forma mm. 241 × 175 (quae primitus videtur fuisse circa mm. 250 × 170), numero autem II + 359 (revera 361, namque folia etiam 6a et 10a insunt), varia opera sacra continet. Scriptus est a pluribus librariis, qui una huic codici operam navaverunt. Quod ea ratione probatur, qua singulae manus in codicis partibus scribendis vel adeo intra fasciculos pristinos sese excipiebant. De hoc librariorum globo unus, quem littera A designare libet, in folio 97^{r} hanc notam A.M. 6813 = A.D. 1304/1305 scripsit (cf. tab. **185b**): *⟨ἔ⟩τους ,ςωιγ' ἰν(δικτιῶνος) γ̄*: – Qui hanc adnotationem exaravit, librarius A codicis partes scribendas curavisse et scriptas una coagmentavisse videtur. Etenim praeterquam quod et ipse multas partes et particulas codicis sua manu scripsit, etiam fasciculorum ordinem numeris inditis definivit et in foliis 1^{r}–2^{v} lin. 3 indicem totius libri rerum a se scriptum codici praefixit. Codicis quaterniones temporibus recentioribus soluti sunt, deinde folia paululum recisa oris chartaceis agglutinata sunt et tum demum codex denuo est compactus. Quaternionum vel fasciculorum numeri in novissima cuiusque fasciculi pagina in margine inferiore scripti erant ita, ut foliis a bibliopego recisis permulti numeri perierint, nonnulli etiamnunc legi possint, quorundam tantum tenue vestigium exstet, cum lineolae supernae litteris numeralibus additae ductus compareat. Quo fit, ut quaternionum compositio pristina, quae primo obtutu agnosci nequeat, nihilo setius erui possit. Sane vestigia notarum, quae quondam quaternionibus inditae erant, exilia comparent in foliis 17^{v}, 49^{v}, 97^{v}, 106^{v}, 193^{v}, 225^{v}, 287^{v}, 295^{v}, 343^{v}, ut id dumtaxat compertum habeamus has quidem paginas ultimas sui cuiusque quaternionis fuisse. Siqui fasciculorum numeri servati sunt, eos infra nude ante folia fasciculi indicata affero. Siqui numeri mutilati sunt, punctis suppositis instructos afferam. Si autem omnino perierunt aut etiamsi lineolae supernae vestigium manet, tales numeros uncis quadratis includo et hac ratione ostendo me conicere, quotus quaternio foliis a me indicatis constiterit sive qualis horum quaternionum compositio fuerit, quamquam coniectura nostra satis firma est, ubicumque vestigium numeri comparet.

Fuerunt igitur in codice fasciculi (maximam partem quaterniones) hi: in initio binio, qui extra fasciculorum seriem praefixus erat, constabat foliis 1, 2, (folio [2bis] exciso), 3. Tum quaternio *α̣* constabat foliis 4–10 (etiam 6a inest); [*β*] 10a–17; [*γ*] 18–26 (quaternioni 18–25 videlicet folio 26 subiuncto); ⟦*γ*⟧ *δ* 27–34; ⟦*δ*⟧ *ε* 35–41 (sunt septem folia); [*ς*] 42–49; *ζ* 50–57; *η* 58–65; *θ̣* 66–73; [*ι*] 74–81; [*ια*] 82–89; [*ιβ*] 90–97; [*ιγ*] 98–106 (nimirum quaternioni 98–105 folium 106 subiunctum est, in quo scriba A, ut videtur, exitum textus in folii 154^{r} lineis 1–11 scriptum et illic a se deletum hic descripsit materia cognata addita); *ιδ* 107–114; [*ιε*] et [*ις*] 115–122 et 123 129, aut 115–121 et 122–129 (in alterutro quaternione uno folio reiecto); *ιζ* 130–137; [*ιη*] 138–145; [*ιθ*] 146–153; [*κ*] 154–161; [*κα*] 162–169; *κβ* 170–177; *κγ* 178–185; [*κδ*] 186-193; *κ̣ε̣* 194–199; *κς* 200 209 (quinio); *κζ* 210–217; [*κη*] 218 225; *κ̣θ̣* 226–233;

[*λ*] 234–241; [*λα*] 242 247; *λβ* 248–255; *λγ* 256–263; *λδ* 264–271; *λε* 272–279; [*λς*] 280–287; [*λζ*] 288 295; [*λη*] 296–303; *λθ* 304–311; *μ* 312–319; *μα* 320–327; *μβ* 328–335; [*μγ*] 336-343; [*μδ*] 344–351; *με* 352-359.

Iam codicis partes ab unoquoque scribarum, quos litteris maiusculis insignivi, scriptas hic indicare e re duco:

scriba A, qui temporis notam in folio 97^{r} et indicem in foliis 1^{r}–2^{v} lin. 3 scripsit librique corpus in unum redegisse videtur, haec exaravit folia: 1^{r}–2^{v} lin. 3; 23^{r} lin. 27 *ἐκ τῆς* — 26^{v}; 90^{r}–97^{r}; 106^{r}–106^{v}; 152^{v} lin. 19 — 153^{v}; 158^{r}–220^{v} lin. 3 *καὶ λοι-*; 248^{r}–258^{v}; 272^{r} lin. 1–4 *ἀσθενείας*; 288^{r}–294^{r}; 295^{r}; 296^{v} lin. 9 — 297^{v} lin. 20.

B: fol. 4^{r}–17^{v}.

C: fol. 18^{r}–22^{v} lin. 22 *ψυχῆς*; 27^{r}–89^{v}.

D: fol. 22^{v} lin. 22 *ἐκ τῶν* — 23^{r} lin. 27 *οὐδέν*.

E: fol. 98^{r}–105^{v}; 107^{r}–152^{v} lin. 18; 154^{r}–155^{r} lin. 11; 155^{r} lin. 15 — 157^{v}; 279^{v} lin. 27 *κἀκεῖ* — 287^{v}; 294^{v}.

F: fol. 155^{r} lin. 12–14.

G: fol. 220^{v} lin. 3 *-δορῶν* — 246^{r} lin. 10; 298^{r} lin. 17 — 328^{r}; 329^{r}–334^{r}; 335^{r}; 336^{r}–340^{v}; 343^{r}–345^{r}; 346^{v}–347^{v}; 350^{v} lin. 23 — 358^{v}.

H: fol. 259^{r}–271^{v}; 272^{r} lin. 4 *διὰ* — 279^{v} lin. 27 *γὰρ*; 328^{v}; 334^{v}; 335^{v}; 341^{r}–342^{v}; 345^{v}–346^{r}; 348^{r}–350^{v} lin. 22.

J: fol. 295^{v}–296^{v} lin. 8.

K: fol. 297^{v} lin. 21 — 298^{r} lin. 16.

L: fol. 359^{r}–359^{v} lin. 20.

Quaedam manus posterior in folio 2^{v} adnotationem de Psalterio addidit; folium subsequens [2bis] excisum est; alia manus in fol. 3^{v} tabulam paschalem ad A.M. 6946–6967 (= A.D. 1438–1459) spectantem scripsit. Alia quaedam manus, quam equidem codicis librariorum coaevam puto et manui E similem quamquam rudiore calamo usam pono, in folio 246^{r} lineas 11–18 addidit. Tum alia etiam manus in eiusdem folii 246^{r} lineis 19–22 verba orationis dominicae scriptura cryptographica exarata nescioquo tempore subiunxit. Ab his quidem duabus portionibus parvulis in codicis scriptionibus excutiendis discedo. Dum librarios praecipuos, quos supra enumeravi, respicimus, si codicis partes ab iis scriptas et fasciculorum compositionem, qualem fuisse demonstravimus, consideramus, necesse est concedamus librarios illos aequales fuisse, qui sive codicis partes scribendo se exciperent sive etiam intra quaterniones interdum alius alii succederent. Tum universos fasciculos librarius A coagmentavit et indice praefixo instruxit. Itaque licet nobis totum codicem, quippe cuius curam librarius A susceperit, ad idem fere temporis spatium referre, quo librarius A in medio codice notam illam temporis fecit. Quo fit, ut codicem integrum circa A.D. 1304/1305 scriptum esse ponamus. Et quidem librariorum praecipuorum manus in tabulis exhibitas hac ratione proposuimus:

In tabula **77** scriptura librarii A ostenditur folio 95^{r} expresso, quo continetur locus Tomi unionis Ecclesiae A.D. 920 sub Constantino VII et Romano Lacapeno promulgati de nuptiis quartis praesertim et tertiis (ed. *Γ. Α. Ῥάλλης καὶ Μ. Ποτλῆς*,

Σύνταγμα τῶν θείων καὶ ἱερῶν κανόνων vol. V, *Ἀθήνησιν* 1855, pp. 5, 27 — 6, 22; vel J. Zepos et P. Zepos, *Jus Graecoromanum* vol. I, Athenis 1931, p. 194, 15–42). De hoc iuris ecclesiastici ad nuptias spectantis documento cf. V. Grumel, *Les Regestes des Actes du Patriarcat de Constantinople* (Le Patriarcat Byzantin, série I), vol. I fasc. II, Socii Assumptionistae Chalcedonenses 1936, pp. 169–171 sub num. 669.

In tabula **78** scriptura librarii B ostenditur folio 6a^{r} expresso, quo continentur verba s. Epiphanii Cyprii de mensuris et ponderibus (ed. Migne, *Patr. Gr.* 43 col. 248 A 15 — 249 A 9; vel G. Dindorfius, *Epiphanii episcopi Constantiae opera* IV 1, Lipsiae 1862, pp. 10, 17 — 11, 26).

In tabula **79** scriptura librarii C ostenditur folio 29^{v} expresso, quo continentur verba s. Ioannis Chrysostomi de Incomprehensibili homiliae 1 (ed. Migne, *Patr. Gr.* 48 col. 706, 28–57).

Tabulis duabus 80 et 81 manus librarii E illustratur. Haec quidem manus E scripturae habitum prae se fert, qui in codicibus raro nobis obversatur et doctorum illius aetatis Palaeologeae proprius videtur fuisse. Tum in hoc codice scriba E magnitudinem litterarum in singulis codicis partibus scribendis interdum variabat, ut tres eiusdem scripturae species reperiamus litteris tum grandioribus et laxioribus, tum minoribus et spissioribus, tum mediocribus confectae. Cum vero ad palaeographiam aetatis Palaeologeae penitus cognoscendam haec scriptura haud ita frequens multum conferre videatur, duo exempla manus E, unum laxioris, alterum spissioris scripturae exhibere e re ducimus.

In tabula **80** librarii E scriptura grandior ostenditur folio 143^{r} expresso, quod continet verba s. Ioannis Damasceni de haeresibus (sub titulo s. Epiphanii Cyprii Anacephalaeosis, sicut saepe fit, hic traduntur: ed. Migne, *Patr. Gr.* 94 col. 757 C 10 — 760 B 7).

In tabula **81** librarii E scriptura spissior ostenditur folio 281^{v} expresso, quo continetur locus Photii patriarchae Constantinopolitani Interrogationum decem cum totidem Responsionibus (ed. Migne, *Patr. Gr.* 104 col. 1228 A 1 — D 5).

Mihi quidem scriptura E admodum similis videtur illi scripturae, qua pars celeberrimi illius codicis Ambrosiani C 222 inf. exarata est cuiusque exempla expressa praebuerunt: Guilelmus Wattenbach, *Scripturae graecae specimina* (= Schrifttafeln zur Geschichte der griechischen Schrift^{2}), Berolini 1883, tab. XXIX; Wattenbach, *Scripturae graecae specimina* (= Schrifttafeln etc.^{3}), Berolini 1897, tab. XXX; A. B. Drachmann, *Scholia vetera in Pindari carmina* vol. I, Lipsiae 1903, tab. in calce; W. J. W. Koster, *Scholia in Aristophanem* (Scripta Academica Groningana), pars IV, fasc. III, Groningen-Amsterdam 1962, tab. [II] (cod. Ambros. C 222 inf., fol. 93^{v}). Quae similitudo sane demonstrat ambos codices Vaticanum graecum 2220 et Ambrosianum C 222 inf. ad idem fere tempus referendos esse vel certe confirmat paucissimos annos inter eosdem codices interfuisse. Haec res haud scio an magni momenti sit ad quaestionem illam de aetate codicis Ambrosiani solvendam (cf. A. Turyn, *De codicibus Pindaricis* [Polska Akademja Umiejętności. Archiwum Filologiczne, 11], Cracoviae 1932, pp. 9, 12; Jean Irigoin, *Histoire du texte de Pindare* [Études et Commentaires, XIII], Paris 1952, p. 241). Iam ad alias manus transeamus.

In tabula **82** scriptura librarii G ostenditur folio 227^{v} expresso, quo continentur verba ISAAC ARMENII* ORATIONIS I CONTRA ARMENIOS (ed. Migne, *Patr. Gr.* 132 col. 1160 D 10 — 1161 C 13; de Euthymio monacho monasterii SS. Deiparae *τῆς Περιβλέπτου* huius invectivae auctore cf. V. Grumel, *Revue des études byzantines* 14 [1956] pp. 179 sqq.).

In tabula **83** scriptura librarii H ostenditur folio 274^{r} expresso, quo continentur verba s. LEONIS I MAGNI PAPAE EPISTULAE AD FLAVIANUM ARCHIEPISCOPUM CONSTANTINOPOLITANUM datae (ed. J. P. Migne, *Patrologia Latina* tom. 54, Parisiis 1846, col. 776 A 11 — 778 B 2; vel Edvardvs Schwartz, *Acta conciliorvm oecvmenicorvm*, Tomvs alter, volvmen primvm, pars prima ⟨II, 1, 1⟩, Berolini-Lipsiae 1933, pp. 17, 24 — 18, 27).

In tabula **84** scriptura librarii J ostenditur folio 296^{r} expresso, quo continentur verba THEODORI ABUCARAE OPUSCULI 10 (ed. Migne, *Patr. Gr.* 97 col. 1532 B 3 — 1533 A 5).

Hunc codicem Vaticanum graec. 2220 olim possidebat Ioannes cardinalis Salviati (1490–1553); cf. notam in fol. 359^{v} scriptam: *Io: car: de Salviatis.* Dein in bibliotheca gentis Romanae Colonna usque ad annum 1821 fuit ibique numerabatur codex Colonnensis sive Columnensis 59 (cf. fol. 1^{r}). De codicibus, qui olim ad cardinalem Salviati et ad gentem Colonna pertinebant, cf. Carlo Frati, *Dizionario bio-bibliografico dei bibliotecari e bibliofili italiani* (Biblioteca di bibliografia italiana, XIII), Firenze 1933, pp. 510, 178; cf. etiam Giovanni Mercati, *Opere minori* vol. IV (Studi e Testi, 79), Città del Vaticano 1937, p. 201 n. 1.

Tabula 85: A.D. 1305/1306.

Codex Vaticanus graecus 668, bombycinus, cm. 33 × 26, foliorum I + 377, binis columnis, lineis 40 in singulis columnis exaratus, continet Euthymii Zigabeni Panopliam dogmaticam aliorumque quaedam sacra. Codicem Niphon monachus A.M. 6814 = A.D. 1305/1306 in folio 374^{r} rubro colore subscripsit (cf. tab. **185c**): † *ἐτελειώθ(η) ἡ παροῦσα βίβλος,* | *ἐν ἔτει ,ςωιδ: ἰν(δικτιῶνος) δ'.* | *καὶ οἱ ἀναγινώσκοντες, εὔ|χεσθε τῷ γράψαντι Νίφωνι* | *τῷ ἁμαρτωλῷ μοναχῷ: –* | Eadem manu in eadem columna infra haec nota rubro colore scripta est: + *δέλτο(ς) Ἀθανασίου ἱερο(μον)άχ(ου):* + quae indicat Athanasium hieromonachum libri possessorem fuisse. Quod in tabula **85** exhibemus, folium 193^{v} continet verba EUTHYMII ZIGABENI PANOPLIAE DOGMATICAE tituli XIV (ed. Migne, *Patr. Gr.* 130 col. 885 C 13 — 889 A 2). De hoc codice cf. Devreesse, *Codices Vaticani graeci* III pp. 111 sqq.

Tabula 86: A.D. 1306/1307.

Codex Vaticanus graecus 626, bombycinus, mm. 243 × 168, foliorum 213, constat e duobus libris saeculo XIV scriptis una compactis, quorum unus folia 1–120, alter folia 121–213 complectitur. Prior liber Theodoreti Cyrensis Graecarum affectionum cura-

tionem, alter aetate inferior, quamquam eidem saeculo XIV attribuendus, a tribus librariis exaratus Nicolai Methonensis refutationem institutionis theologicae Procli Platonici continet. Nostra quidem interest codicis priorem librum examinare, quippe cuius pars maxima certo tempore subscripta sit. Etenim folia 1r–116r lin. 6 ab uno librario lineis 31 in unaquaque pagina sunt exarata, qui in folii 116r linea 7 notam apposuit, qua significaret operam suam A.M. 6815 = A.D. 1306/1307 confectam esse (cf. tab. **185d**) : † ἔτος ,ϛω'ιε': + Scriba quidam posterior ea, quae in foliis 116r lin. 8 120v sequuntur, addidit. In tabula **86** ex illa parte temporis indicio instructa selectum folium 68r expressimus, quod continet verba THEODORETI CYRENSIS GRAECARUM AFFECTIONUM CURATIONIS 7, 14–17 (ed. Ioannes Raeder, Lipsiae 1904, pp. 184, 8 — 185, 14). De hoc codice cf. Devreesse, *Codices Vaticani graeci* III pp. 33 sq.

Tabula 87: A.D. 1310.

Codex Vaticanus graecus 7, chartaceus, mm. 225 × 155, foliorum II + 356, continet partem primam (litteras *A–E* complectentem) Georgii Phrancopuli lexici quod ita inscriptum est (fol. 2r): *Γεωργίου τοῦ Φραγκοπούλου, συναγωγὴ ἐτυμολογιῶν σποράδην εἰ|ρημένων ἀρχαίοις τισὶ καὶ ἐν ὑπομνήμασι καὶ τεχνικοῖς βιβλίοις*: – Unus solus librarius doctissimus, qui permulta additamenta videlicet ex aliis fontibus hausta secundis curis in marginibus supplevit, codicem exaravit. Atque hic liber die 5 Maii A.M. 6818 = A.D. 1310 regnantibus Andronico II et Michaële IX Palaeologis imperatoribus absolutus est, quod subscriptio in folio 356v facta testatur (cf. tab. **185e**): *μέχρι μὲν τούτου τὸ πρῶτον ἤνυσται καὶ τέτακται βιβλίον τῶν περὶ ἐτυμολογίας: | μηνὶ μαΐῳ πέμπτῃ· ἡμέρᾳ τρίτῃ· μεσούσης ἡμέρας· ἰνδικτιῶνος ὀγδόης· ἔτους· | ,ξ· ὠιη· βασιλεύοντος Ῥωμαίοις Ἀνδρονίκου τοῦ Παλαιολόγου καὶ Μιχαὴλ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ: | Τῷ συντελεστῇ τῶν καλῶν Χριστῷ, δόξα*:· (est dodecasyllabus). Huius subscriptionis verba diligenter excutienti mihi quidem videtur fieri potuisse, ut qui lexicon composuisset, idem etiam huius codicis scriba esset. Quae coniectura si vera sit, codex forsitan ab ipso Georgio Phrancopulo sit exaratus. Quin etiam illud suspicari licet Georgium Phrancopulum ex eadem illa gente oriundum fuisse, ex qua ortus Andronicus Phrangopulus grammaticae magister Theodoro II Lascari imperatore Nicaeae floruisset (cf. Theodori II Lascaris epist. 217: ed. Nicolaus Festa, *Theodori Ducae Lascaris epistulae CCXVII* [Pubblicazioni del R. Istituto di studi superiori pratici e di perfezionamento in Firenze. Sezione di filosofia e lettere], Firenze 1898, pp. 271–276; Karl Krumbacher, *Geschichte der byzantinischen Litteratur*,² München 1897, pp. 478, 541); de aliis eiusdem cognominis viris cf. Krumbacher, *op. laud.*² p. 1183, index s.v.; V. Laurent, *Échos d'Orient* 30 (1931) pp. 467–473; 31 (1932) pp. 344–347; V. Laurent, *Les bulles métriques dans la Sigillographie byzantine* (Archives de l'Orient Chrétien, 2), Institut Français d'Études Byzantines 1932, pp. 124, 144, 195; de huius cognominis indole cf.: Gustave Schlumberger, *Sigillographie de l'empire byzantin*, Paris 1884, pp. 656 sqq.; Franz Dölger, *Aus den Schatzkammern des Heiligen Berges*, [München 1948], Textband p. 270.

Etenim haud scimus an in eadem illa familia studia philologa etiam per insequentia tempora propagata postea viguerint. Eo, quod in tabula **87** exprimendum curavimus, folio 280r continentur verba Georgii Phrancopuli Lexici inde a fine articuli *εἰσιτήρια* usque ad medium articulum *εἰδῆς* pertinentia (conferas velim Pseudo-Zonarae Lexicon: ed. Iohannes Augustus Henricus Tittmann, *Iohannis Zonarae Lexicon*, Lipsiae 1808, tom. I col. 637, 8–15; 638, 1–14; 637, 18–27; 638, 15 — 639, 14). Litterae initiales lemmatum vel adeo explanationum notabiliorum in maiore codicis parte colore rubro, in reliqua vero codicis parte colore violaceo fusco scriptae sunt. Idem scriba, qui codicem Vaticanum graecum 7 exaravit, librarius doctissimus et strenuus videtur fuisse, namque eius scripturam in nonnullis aliis codicibus agnovimus, velut in rhetorico illo codice Vaticano graeco 2228, quem Hugo Rabe felicissimo studio protulit et merito celebravit (cf. Hugo Rabe, *Rheinisches Museum* Neue Folge 63 [1908] pp. 128 sqq.), et in codicibus Laurentiano 58, 29 atque Ambrosiano L 44 sup. et Ambrosiano L 39 sup. (cuius pars Aristophanea siglo M insignita recensionem quam dicunt *Φ* testatur). Possessoris pristini nota in codicis Vaticani graeci folio 2r comparet: *Laudiuius hunc olim emit rhodj.* Quippe Laudivius Zacchia Vezzanensis Lunensis poeta, eques Hierosolymitanus, qui floruit circa annos 1465–1475, videlicet ex oppido, quod nunc Vezzano Ligure nuncupatur, prope Lunam (nunc Luni) sito oriundus, circa annum 1469 non modo Rhodi, verum etiam Cypri et in Creta insula codices graecos comparabat (cf. codd. Vatic. graec. 212, 372, 457, 569; cf. J. Darrouzès, *Revue des études byzantines* 15 [1957] pp. 155 sq.). De Laudivio cf.: Firmin Didot frères, *Nouvelle Biographie Générale* 29, Paris 1859, col. 887 sq.; (Michaud), *Biographie Universelle ancienne et moderne.* Nouvelle édition, vol. 23, Paris s.a., pp. 340 sq.; Ulysse Chevalier, *Répertoire des sources historiques du Moyen Age. Bio-bibliographie.* vol. II, Paris 1907, col. 2767; Girolamo Tiraboschi, *Storia della letteratura italiana* III, Milano 1833, p. 177. De hoc codice Vaticano graeco 7 cf. Mercati-Franchi de' Cavalieri, *Codices Vaticani graeci* I pp. 4 sq.

Tabula 88: A.D. 1311/1312 aut 1316/1317.

Codex Vaticanus graecus 455, saec. IX/X scriptus, membranaceus, mm. 362 × 254 mm., foliorum I + 290, homilias pro festis mobilibus et immobilibus inde a s. Paschate usque ad dominicam ss. Propatrum currentibus continet: scilicet hic liber est *Πανηγυρικόν* vel potius Panegyrici annui volumen alterum. Ineunte saeculo XIV index in novo folio 1r-v scriptus codici praefixus est et pro quinque foliis amissis folia nova 90, 175, 176, 205, 290 suppleta sunt, sicut adnotatio ab eodem librario, qui haec sex nova folia supplevit, in folio 290v rubro colore exarata testatur (cf. tab. **186a**): ·:· *ἀνεκαινίσθη ἡ παροῦσα | ἱερὰ καὶ ψυχωφελὴς βίβλος, | σπουδῇ καὶ ἐξόδω καὶ συνδρο|μῇ θεοφιλεστάτη, τοῦ παν|τιμήτου κυροῦ Γεωργίου· | ὃν καὶ δεῖ τοὺς ἐντυγχάνοντας | τῇ βίβλω, ὑπερεύχεσθαι* (hac voce supra lineam scripta) *σ(ωτη)ρίας ψυχῆς ἕ|νεκα· ἦν δὲ τὸ ἔτος, ͵ςω̄|κ, ἰν(δικτιῶνος) ιε̄*:– Quibus verbis scriba novorum foliorum significavit impensam codicis instaurandi quendam Georgium fecisse,

cuius mandatu videlicet scriba noster operam suam exsecutus est. Sed annus et indictio non concordant, namque A.M. 6820 fuit indictio 10, at paucis annis posterior A.M. 6825 indictioni 15 respondet. Cum sive hoc sive illud verum fuerit, ponimus folia recentiora aut A.M. 6820 indictione 10 = A.D. 1311/1312 aut A.M. 6825 indictione 15 = A.D. 1316/1317 exarata esse, ideoque folium in tabula exhibitum ad alterutrum annum referendum esse indicavimus. In nostra tabula **88** folii 176^r partem superiorem expressimus, quae continet verba s. Ioannis Damasceni in Dormitionem SS. Deiparae homiliae 2 (ed. Migne, *Patr. Gr.* 96 col. 725 A 3–15; B 10 — C 8; vel Pierre Voulet, *S. Jean Damascène, Homélies sur la Nativité et la Dormition* [Sources Chrétiennes, 80], Paris 1961, p. 128, 2–12; pp. 128, 22 — 130, 7). De hoc codice cf.: Devreesse, *Codices Vaticani graeci* II pp. 210–215; Robert Devreesse, *Les manuscrits grecs de l'Italie méridionale* (Studi e Testi, 183), Città del Vaticano 1955, p. 30 n. 1 (qui vir doctissimus iure monuit pristinam codicis Vaticani graeci 455 scripturam nihil peculiare prae se ferre, quod codicis originem italograecam probaret, etiamsi in eodem codice primitivo indices colore flavo illiti et litterae initiales variis coloribus tactae more alioquin in codicibus italograecis usitato comparerent: cf. supra p. 20; at hoc omnino ad folia illa recentiora non attinet); Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 90; Hagiographi Bollandiani et Pius Franchi de' Cavalieri, *Catalogus codicum hagiographicorum graecorum Bibliothecae Vaticanae*, Bruxellis 1899, p. 4; Albert Ehrhard, *Überlieferung und Bestand der hagiographischen und homiletischen Literatur der griechischen Kirche.* Erster Teil: *Die Überlieferung.* II. Band (Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altchristlichen Literatur, 51. Band), Leipzig 1938, pp. 113 sqq.

Tabula 89: A.D. 1311/1312 — 1320/1321.

Codex Vaticanus graecus 256, bombycinus, in duo volumina aliud ab alio librario scriptum dispertitus est. In utroque volumine folia bombycina ex parte interiore oris chartaceis agglutinata sunt. Primi voluminis folia nunc forma sunt mm. 243 × 184 (quondam foliorum latitudo minimum mm. 160 erat) idemque nunc foliis I + 218 constat. Alterius voluminis folia nunc forma sunt mm. 245 × 195 (olim latitudo foliorum circiter mm. 165 erat) idemque nunc foliis 218^a–474 constat. Insunt primae parti Aristotelis Metaphysica, alteri parti Aristoteles, Nicomachus Gerasenus, Nicephorus Blemmydes. Has duas partes, licet eodem in Bibliotheca aliquando numero copulatae sint, tamquam libros seiunctos ducere debemus, etiamsi fieri potuerit, ut a librariis eiusdem fere aetatis exararentur. Nostra quidem interest primam partem solam considerare. Namque temporis nota pars modo prima (f. 1^r–218^r) instructa est, cuius librarius in folio 218^r hanc subscriptionem fecit (cf. tab. **186b**): † *τετέλεσται ἡ παροῦσα βίβλος* | *ἐν ἔτει ͵ςω̅ εἰκοστῷ ἐνάτῳ* + Tota haec pagina et ipsa subscriptio atramento pallido scriptae sunt, nisi quod finis quidem subscriptionis *ἐνάτῳ* + atramento atro additus est cruce, ut videtur, erasa, quae fortasse primitus post *εἰκοστῷ* posita erat. Quippe in eadem illa codicis parte atramento pallido fere exarata multae correctiones atramento atro factae

sunt et adeo multa folia itidem atramento nigriore scripta pro foliis pristinis atramento pallido scriptis evulsis, dum codex corrigitur, substituta sunt, ut colligere liceat atramentum pallidum sive subflavum ad primum codicis scribendi tempus spectare, nigrum vero atramentum in corrigendo codice usurpatum esse. Quamquam nonnumquam etiam rationem diversam subesse suspicamur, namque interdum etiam in textu paginae vel folii continuo atramentum primo fuscum, tum pallidum apparet (velut folii 135^{v} pars superior atrior, inferior autem pallidior est, aut folium 156^{r} fuscum est eiusdemque folii pagina versa f. 156^{v} pallidior videtur). Atqui in universum illam rationem, quam supra exposuimus, obtinuisse credimus. Sane statuere possumus codicis Vaticani graeci 256 illud prius volumen primo A.M. 6820 = A.D. 1311/1312 absolutum et subscriptum, deinde corrigi desitum esse A.M. 6829 = A.D. 1320/1321 voce ἐνάτῳ + subscriptioni adiecta. Quo fit, ut huius voluminis scripti et correcti tempus inter A.D. 1311/1312 et 1320/1321 interponi videamus. Librarii, qui hanc quidem partem scripsit, manum ut exhiberemus, in tabula **89** folium 124^{r} expressimus, quod continet locum ARISTOTELIS METAPHYSICORUM libri Θ (ed. Bekker, *Aristoteles graece* ex recensione Immanuelis Bekkeri. Edidit Academia Regia Borussica. vol. II, Berolini 1831, p. 1048^{b}, 5–17; pp. 1048^{b}, 35 — 1049^{a}, 5; ed. W. Jaeger, *Aristotelis Metaphysica*, Oxonii 1957, pp. 183/184, 185). Haec pagina atramento fusciore exarata est, ut potius ad posterius illud codicis corrigendi tempus, quod ad A.D. 1320/1321 propius accessisse statuimus, referenda sit. At in re paululum dubia tempus paginae in tabula expressae terminis illis inclusum significare maluimus. Eiusdem librarii scripturae aliud exemplum e codice Veneto Bibliothecae Marcianae graeco IV 5 (sub numero collocationis 1003), qui itidem praecipue opera Aristotelea continet et mense Decembri A.D. 1319 subscriptus est, expressum invenies apud Guilelmum Wattenbach et Adolphum von Velsen, *Exempla codicum graecorum litteris minusculis scriptorum*, Heidelbergae 1878, tab. XXII (cf. Praefatio p. 7). Verum codicis Vaticani graeci 256 alterius partis, quam memento anni indicio carere, scripturam ab alio quodam scriba profectam exhibuerunt Franchi de' Cavalieri-Lietzmann, *Specimina codicum graecorum Vaticanorum* [2] tab. 40 (cf. ibidem pp. XVI sq.). De hoc codice Vaticano graeco 256 cf.: Mercati-Franchi de' Cavalieri, *Codices Vaticani graeci* I pp. 334–337; Franchi de' Cavalieri-Lietzmann, *Specimina* [2] p. XVI num. 40; Giovanni Mercati, *Opere minori* vol. III (Studi e Testi, 78), Città del Vaticano 1937, pp. 470–480; James Aloysius Patrick Byrne, « Codices Recentiores of Aristotle's Metaphysics » (summarium dissertationis), *Harvard Studies in Classical Philology* 64 (1959) pp. 259, 262; Olof Gigon, *Aristotelis opera ex recensione Immanuelis Bekkeri edidit Academia Regia Borussica.* Editio altera quam curavit —, vol. II, Berolini 1960, pp. VII, XI.

Tabula 90: A.D. 1313.

Codex Vaticanus graecus 509, chartaceus, mm. 310 × 227, foliorum VII + 390, in duo volumina dispertitus (I: fol. VII, 1–159; II: fol. 160–390), varia opera sacra continet. Scriptus est a pluribus librariis, quorum unus folia 1r 62r lin. 12, alter folia 62r lin. 12 159r, alii folia 160r–383v exaraverunt. Folia vero 384–390 ex alio codice huc accesserunt. Secundus librarius, cui folia 62r lin. 12 — 159r debentur, die 19 Septembris A.M. 6822 = A.D. 1313 subscriptionem in folio 159r fecit (cf. tab. **187**): *μη(νὶ) σεπτε(μβ)ρ(ίῳ) ιθ'*: | *ἡμέρ(ᾳ) δ'*: | *ἔτους ςωκ'β*: *ἰν(δικτιῶνος) ι'β*: monocondylio *ὁ νομικός* supra et infra et ad dextram subscriptionis sexies repetito (eodemque quinquies in folio 158v et sexies in folio 174v repetito necnon bis ibidem incepto), ut colligere liceat hunc librarium *νομικοῦ* (sive notarii vel tabellionis) officio functum esse. Specimen scripturae huius unius librarii tantummodo e parte ab eo subscripta depromptum exhibere constituimus. Itaque in tabula **90** folium 123v expressimus, quod continet verba s. Ioannis Climaci Scalae Paradisi gradus VIII (ed. Migne, *Patr. Gr.* 88 col. 829 B 5 — 832 C 8). De hoc codice cf. Devreesse, *Codices Vaticani graeci* II pp. 359–363.

Tabula 91: A.D. 1315/1316.

Codex Urbinas graecus 126, bombycinus, mm. 248 × 167, foliorum 359, lineis 28 in singulis paginis una manu exaratus, continet Libanii orationes. Subscriptus est ab ipso codicis librario A.M. 6824 = A.D. 1315/1316 in folio 359r (cf. tab. **186c**): + *ἐτελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον* | *ἰν(δικτιῶνος) ιδης'· ἔτους ,ξῶκδ* + (cf. quae de spiritibus et accentibus in nominum ordinalium scriptione additis supra p. 40 adnotavimus). Quod in tabula **91** exhibemus, folium 124r continet Libanii Apologiae Socratis cap. 2–5 (ed. Richardus Foerster, *Libanii opera* vol. V, Lipsiae 1909, pp. 15, 3 — 16, 11). Huius librarii scriptura simillima est Nicolai Triclinis, ut equidem suspicer hunc codicem a Nicolao Tricline exaratum esse. De Nicolao Tricline cf. Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 360. Nicolai Triclinis scriptionis exempla certissima comparare licet in his libris expressa: *The New Palaeographical Society. Facsimiles of Ancient Manuscripts* edited by Edward Maunde Thompson, George Frederic Warner, Frederic George Kenyon and Julius Parnell Gilson. First Series, vol. I, London 1903–1912, tab. 156 (e cod. Laurentiano 70, 6: A.D. 1318); Edward Maunde Thompson, *An Introduction to Greek and Latin Palaeography*, Oxford 1912, p. 261 num. 75; A. Turyn, *The Byzantine Manuscript Tradition of the Tragedies of Euripides* (Illinois Studies in Language and Literature, vol. 43), Urbana 1957, tab. XII; praeterea cf. aliorum codicum exempla, quos eidem Nicolao Triclini attribui scripturae similitudine mirifica adductus, ibidem tab. XIII, XIV (cf. ibidem pp. 229 sq.). Si vero ita res se habuit, ut codex Urbi-

nas graecus 126 Nicolai Triclinis manui deberetur, haud scimus an Thessalonicae confectus sit, ubi Nicolaum Triclinem circulo doctorum, quibus clarissimus ille Demetrius Triclinius praeesset, interfuisse putamus. De hoc codice cf.: Stornajolo, *Codices Urbinates graeci* pp. 227–229; Richardus Foerster, *Libanii opera* I 1, Lipsiae 1903, pp. 216 sq.

Tabula 92: A.D. 1316/1317.

Codex Vaticanus graecus 784, bombycinus, mm. 160 × 125, foliorum I + 161, continet Typicum s. Sabae et alia sacra. Codex totus quidem ab uno eodemque librario exaratus videtur esse ita tamen, ut folia 148 et 156–161 (quae nunc ordine a conglutinatore turbato distinentur) aliquanto posterius litteris paulo grandioribus et scriptura paulo sollemniore ab eodem codicis librario addita sint. Hisce foliis officium aquae benedictae minoris continetur ita inscriptum (f. 148ʳ): *ἀκολουθ(ία) εἰς τὸν αγιασμόν· εἰς ἀρχᾶς πάντων τῶν | μηνῶν τοῦ ὅλου ἐνιαῦτοῦ.* Quo autem tempore hoc additamento codex auctus sit, computatio rerum mundi in folio 160ᵛ ab librario exarata indicat, quae ad A.M. 6825 = A.D. 1316/1317 refertur, namque ita desinit in lin. 15/16 (cf. tab. **188** ad sinistram — folii 160ᵛ verba edidit Dmitrievskij, *op. infra laud.* III, 1 p. 156): *ὁμοῦ ἕως τοῦ νὴν | ἀπο τοῦ ᾱ πλάστου Ἀδὰμ· ἔτη ͵ςωκε:–* (ad ᾱ pro *πρωτο-* compendiose usurpatum cf.: V. Gardthausen, *Griechische Palaeographie*[2] II, Leipzig 1913, p. 343; Stamatios B. Psaltes, *Grammatik der Byzantinischen Chroniken* [Forschungen zur griechischen und lateinischen Grammatik, 2], Göttingen 1913, p. 136 § 251). In insequenti folio 161ʳ Nilus hieromonachus adnotationem scripsit, qua indicavit se scriptionem fecisse in Russiae urbe Tver' (nunc Kalinin vocatur) mandatu Thomae Syriani in monasterio S. Theodori Tironis et S. Theodori Stratelatae (f. 161ʳ — cf. tab. **188** ad dextram): *Χεὶρ αμαρτωλοῦ γραφαίως Νείλ(ου) τάχα ἱερο(μον)αχ(ου) | γραφῆσα ἐν τῆ πόλη λεγομένη Τηφέρει: | ἐξ αἰπυτροπῆς καὶ μόχθου Θωμὰ τοῦ | Συριάνου· καὶ οἱ αναγινώσκοντες και ἐν|τυχόντες αὐτῆ εὔξασθαι τῶ γράψαντι συν | τω καικτημένω αὐτῆ· καὶ ὁ θ(εό)ς ὁ ἅγιος σώσει | καὶ ἡμῖν καὶ ἡμᾶς + τῶ θ(ε)ῶ δό(ξα) τῶ δεί|ξαντι το τέλος | ἀμήν:· | + | Εγράφη ἐν τῆ χώρα Ρωσίας πολ(ει) δὲ λεγομένη Τηφερει | ἐν τῆ μονὴ τῶν ἁγίων μεγ(ά)λων μαρτύρων Θεω|δόρου τοῦ τύρωνος και Θεοδώρου τοῦ στρα|τηλάτου· ἡ πρεσβεία αυτῶν | σώσει ἡμὴν καὶ ημᾶς | πάντας | ἀμήν: –* Verba *τῶ θ(ε)ῶ — τέλος* dodecasyllabum explent. Patet certe codicis finem A.D. 1316/1317 scriptum esse. Quin puto ipsius codicis partem principalem paulo ante annum 1316/1317 scriptam esse. De fasciculorum 11–19 notis numeralibus in hoc codice ordine inverso more cyrillico scriptis cf. supra p. 51. In tabula **92** ex additamento illo (f. 148 et 156–161), quippe cuius scribendi tempus nota luculenta ab librario subiuncta proditum sit, folia 158ᵛ–159ʳ selecta expressimus, quae exhibent verba Officii *τοῦ μικροῦ ἁγιασμοῦ* sive aquae benedictae minoris, quae a textu typis vulgato nonnihil differunt (cf. Jacob Goar, *Εὐχολόγιον sive Rituale Graecorum*,[2] Venetiis 1730 = Graz 1960, p. 361 lin. 16–30, lin. 41 sqq.; *Εὐχολόγιον τὸ μέγα, ἐν Ῥώμῃ* 1873, p. 213 lin. 17–29, p. 214 lin. 4 sqq.; *Εὐχολόγιον τὸ μέγα ἐπιμελείᾳ*

Νικολάου Παν. Παπαδοπούλου, ἐν Ἀθήναις 1927, p. 257ª lin. 28 — p. 257ᵇ lin. 15, p. 257ᵇ lin. 33 sqq.; cf. etiam *Π[αναγιώτης] Ν. Τρεμπέλας, Μικρὸν Εὐχολόγιον, τόμος Β', Ἀθῆναι* 1955, pp. 64 lin. 10 — 65 lin. 8; p. 66 lin. 1-5; p. 69 lin. 5 sqq.). De hoc codice cf.: Devreesse, *Codices Vaticani graeci* III pp. 301 sq.; Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 329; Theodorus Toscani, *Ad typica Graecorum ac praesertim ad Typicum Cryptoferratense s. Bartholomaei abbatis animadversiones*, Romae 1864, p. 7; N. Krasnosel'cev, *Svěděnija o někotorych liturgičeskich rukopisjach Vatikanskoj Biblioteki*, Kazan' 1885, pp. 18–23; Alekséj Dmitrievskij, *Opisanie liturgičeskich rukopisej, chranjaščichsja v bibliotekach pravoslavnago Vostoka*, Tom III, 1 (*Τυπικά*, II), Petrograd 1917, pp. 156–158; Giovanni Mercati, *Scritti d'Isidoro il cardinale Ruteno e codici a lui appartenuti che si conservano nella Biblioteca Apostolica Vaticana* (Studi e Testi, 46), Roma 1926, p. 66.

Tabulae 93 et 94: A.D. 1318.

Codex Vaticanus graecus 1562, membranaceus, mm. 227 × 158, foliorum I + 143, continet Octoëchum notatione musica rotunda vel byzantina media, quae dicitur, instructam. Exaratus est a Nephone monacho (vel potius hierodiacono) Cryptaeferratae, qui die 4 Aprilis A.M. 6826 = A.D. 1318 in foliis 140ʳ–140ᵛ rubro colore subscriptionem fecit a tribus dodecasyllabis incipientem, quos infra separatim affero (cf. tab. **189**):

δὼς Χ(ριστ)ε τοῦ γράψαντος πταισμά|των λύσιν:– |

Vocibus *τοῦ* et *γράψαντος* invocatio crucis instar interposita est haec: *Ἰησου σωσόν με.* Tum sequuntur duo isti versus tritissimi et ipsius subscriptionis verba:

ὥσπερ ξένοι χάιρουσι ιδεῖν πατρί|δα,
ὀύτω κὰι δι γράφωντες βι|βλίου τέλος: ||

δόξα σοι ἀγία τριὰς ἀγία τριὰς βωήθ(ει) μοὶ | τῶ σῶ δούλ(ῳ) Νήφων(ι) ἁμαρτωλ(ῷ) | ἐγρά(φ)η τὼ παρὸν βιβλιδίτζ⟦ε̣⟧ιν· διὰ χειρὸ(ς) και (his duabus vocibus supra lineam additis) *συν|δρομὴς καὶ οἰκοδομὴς τοῦ ταπινοῦ· (μον)αχ(οὺ): τάχα | καὶ διάκονου τὸν βαθμὸν, Νήφωνος ἀμαρτωλ(οὺ) | μον(α)χοῦ δὲ τὴς περιβλέπτου μο(ν)ὴς τῆς | ὑπεράγίας θ(εοτό)κου τῆς Κριπτωφέρρης:.:– | ἀδε(λφοὶ) κὰι π(ατέ)ρες ὑμεῖς οἲ μέλλοντες* (ex *μέλωντες* correctum) *ἀνα|γινώσκιν· βλέποντες τὰ σφάλματα διἀ τὸν | κ(ύριο)ν εὔχαισθαι κ̣α̣ὶ̣ μη καταράσθαι ὅτι καὶ | ο γρά(φ)ων παραγρά(φ)η· ἔτος ,ςωκς ἰνδικ(τιῶνος) ᾱ | μη(νὶ) ἀπριλλ(ίῳ) εις τ(ὰς) δ̄.* Cf. Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 334; de Nephone huius codicis librario, qui postea annis 1324–1328 abbas monasterii Cryptensis fuit, cf. Antonius Rocchi, *De coenobio Cryptoferratensi eiusque bibliotheca et codicibus praesertim graecis*, Tusculi 1893, pp. 84, 280; de subscriptionum loco illo communi *ὅτι ὁ γράφων παραγράφει*, qui saepissime in codicibus italograecis comparet, cf. supra p. 54. Hic igitur codex e schola musica Cryptoferratensi provenit (cf. Lorenzo Tardo, « I codici melurgici della Vaticana e il contributo alla musica bizantina del monachismo greco della Magna Grecia, » *Archivio Storico per la Calabria e la Lucania* 1 [1931] p. 244). Duas quidem ex hoc codice imagines exprimere

statuimus, ut unum exemplum ostenderemus scripturae, quae notis musicis careret et habitum magis usitatum et cotidianum prae se ferret, tum alterum exemplum proderemus textus ab eodem librario exarati, at notis musicis ornati simulque more codicum musicorum proprio spiritibus accentibusque privati atque specie quadam tralaticia imbuti indolemque librarii manus propriam haud ita insigniter monstrantis. Quod in tabula **93** exhibemus, folium 11ʳ continet verba Octoëchi, et quidem initium officii vesperarum, quod celebratur sabbato vespere pridie dominicam toni secundi, textu nudo tantumnon totam paginam occupante (ed. *'Οκτώηχος τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν 'Ιωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ, ἐν 'Ρώμῃ* 1886, pp. 21, 22 — 22, 1; *'Οκτώηχος τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν 'Ιωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ* [ed. *Νικόλ. Π. Παπαδόπουλος*], [*'Εκκλησιαστικὴ Βιβλιοθήκη, ἔκδοσις Μιχ. Ι. Σαλιβέρου*], *'Αθῆναι* [1947], p. 42, 1–16; vel *Παρακλητικὴ ἤτοι 'Οκτώηχος ἡ μεγάλη, ἐν 'Ρώμῃ* 1885, p. 100, 22–33; *Παρακλητική* [*ἐκδόσεις Φῶς*], *'Αθῆναι* 1959, pp. 65ᵇ, 29 — 66ᵃ, 10). Animadvertas velim singula stichera ab littera maiuscula sinistrorsus proiecta incipere, quae quidem dispositio *μετ' ἐκθέσεως* facta in hymnis librorum liturgicorum obtinebat: cf. nostras tabulas 4, 19, 20, 148; cf. quae supra p. 56 de hac ratione adnotavimus. Tum in tabula **94** folium 50ᵛ expressimus, quod verba Octoëchi continet, quae ad officium vesperarum sabbato vespere pridie dominicam toni obliqui primi celebrandum pertinent (ed. *'Οκτώηχος* ed. Romana 1886, p. 72, 7–11; ed. Atheniensis [1947], p. 112, 1–5; *Παρακλητική* ed. Romana 1885, p. 363, 17–21; ed. Atheniensis 1959, p. 237ᵃ, 41 — 237ᵇ, 3). Est pagina notatione musica ornata; in margine sinistro ad tertiam textus lineam nota *πά* comparet, quae intellegenda est (*ἦχος*) *π*(*λάγιος*) *α'*. Ex hoc codice folii 3ᵛ partis inferioris imaginem expressit Martinus Gerbert, *De cantv et musica sacra a prima Ecclesiae aetate vsqve ad praesens tempvs* tom. II, Typis San-Blasianis 1774, tab. VII (in parte ima). Codex olim in monasterio Cryptoferratensi, tum in Collegio Graecorum Romae sito fuerat, priusquam in Bibliothecam Vaticanam transiit (cf. Rocchi, *De coenobio Cryptoferratensi* p. 280; Pierre Batiffol, « La Vaticane depuis Paul III, » *Revue des questions historiques* 45 [1889] p. 183 n. 1, p. 191). Recensuit hunc codicem Giannelli, *Codices Vaticani graeci. Codices 1485–1683,* pp. 153–155; cf. Robert Devreesse, *Introduction à l'étude des manuscrits grecs*, Paris 1954, p. 194 n. 3; R. Devreesse, *Les manuscrits grecs de l'Italie méridionale* (Studi e Testi, 183), Città del Vaticano 1955, pp. 19, 42; Lorenzo Tardo, *L'Ottoecọ nei mss. melurgici* (Collezione Meridionale Diretta da U. Zanotti-Bianco. Sezione III: Il Mezzogiorno Artistico, [vol. 18]), Grottaferrata 1955, pp. XXIX, XXXV sq.

Tabula 95: A.D. 1319.

Codex Vaticanus graecus 932, chartaceus, mm. 228 × 150, foliorum 388, opera continet Aelii Aristidis, Libanii, Luciani, Plutarchi; quaedam minora ab eodem librario scripta (praecipue de temporum computatione) in calce subiuncta sunt (praeter fol. 388 manu posteriore fortasse mense Septembri A.M. 6842 = A.D. 1333 scriptum, ad quem

computatio temporis in f. 388^{r} facta spectat). Codicem Ioannes Pepagomenus [I] die 13 Iunii A.M. 6827 = A.D. 1319 in folio 377^{r} subscripsit (cf. tab. **186d**): *'Εγράφη τὸ παρὸν 'Αριστείδου ἄριστον βιβλίον διὰ | χειρὸ(ς) ἐμοῦ τοῦ Πεπαγωμένου 'Ιω(άνν)ου, μηνὶ ἰουνίω ιγ' ἡμέρα | τετράδι ἐν ἔτει ,ςωκζ'. δόξα οὖν τῷ παρασχόντι τὸ | αὐτοῦ τέλος, ἀμήν.* + Cf. Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 185 sub Ioanne Pepagomeno I. Qui huius codicis Vaticani graeci 932 scriba alius est atque Ioannes Pepagomenus [III], qui codicem Barberinianum graecum 503 anno 1323/1324 subscripsit: cf. infra p. 132 atque tab. 103 et 191c. Itemque alius est atque Ioannes Pepagomenus [II], qui codicem Vaticanum graecum 686 anno 1373 et codicem Venetum Marcianum graecum 576 (num. collocationis 907) anno 1374 scripsit; de quo librario vide sis tabulas 145 et 202a atque quae infra p. 167 de eo adnotavimus. De cognomine *Πεπαγωμένος* cf. *Κ. Δ. Καλοκύρης, Κρητικὰ Χρονικά* 12 (1958) p. 349 n. 10; cf. R. Guilland, *Correspondance de Nicéphore Grégoras*, Paris 1927, pp. 370 sq.; Franz Dölger, *Regesten der Kaiserurkunden des oströmischen Reiches von 565–1453* (Corpus der griechischen Urkunden des Mittelalters und der neueren Zeit. Reihe A: Regesten. Abteilung I), 4. Teil, München-Berlin 1960, p. 134 num. 2709; Raymond-J. Loenertz, *Démétrius Cydonès, Correspondance* I (Studi e Testi, 186), Città del Vaticano 1956, p. 118 nota ad epist. 86 lin. 17. In tabula **95** folium 261^{r} expressimus, quod continet verba Aelii Aristidis orationis 49, qui est *ἱερῶν λόγων τρίτος* (ed. Bruno Keil, *Aelii Aristidis Smyrnaei quae supersunt omnia* vol. II, Berolini 1898, p. 425, 2–24; or. 25 ed. Guilielmus Dindorf, *Aristides* vol. I, Lipsiae 1829, p. 501, 2–28). Huius Ioannis Pepagomeni scriptura simillima est Demetrii Triclinii, a quo scriptum conferas velim exempli gratia praesertim codicem Oxoniensem Novi Collegii 258 anno 1308 absolutum (cf. A. Turyn, *The Byzantine Manuscript Tradition of the Tragedies of Euripides* [Illinois Studies in Language and Literature, vol. 43], Urbana 1957, tab. VI pars inferior; W. J. W. Koster, *Autour d'un manuscrit d'Aristophane écrit par Démétrius Triclinius* [Scripta Academica Groningana], Groningen-Djakarta 1957, tab. I) et codicis Veneti graeci 464 (num. colloc. 762) partem anno 1316 exaratam (cf. Guilelmus Wattenbach — Adolphus von Velsen, *Exempla codicum graecorum litteris minusculis scriptorum*, Heidelbergae 1878, tab. XXI; Turyn, *op. laud.* tab. XVI; Koster, *op. laud.* tab II A; *Νικόλαος Α. Λιβαδάρας, 'Ιστορία τῆς παραδόσεως τοῦ κειμένου τοῦ 'Ησιόδου* [« *'Αθηνᾶ* » *σύγγραμμα περιοδικὸν τῆς ἐν 'Αθήναις 'Επιστημονικῆς 'Εταιρείας. Σειρὰ διατριβῶν καὶ μελετημάτων*, 1], *ἐν 'Αθήναις* 1963, tab. 6 et 7). De hoc codice Vaticano graeco 932 cf.: Richardus Foerster, *Libanii opera* IV, Lipsiae 1908, p. 417; Nils Nilén, *Lucianus, Prolegomena*, Lipsiae 1907, p. 7*; Martin Wittek, « Liste des manuscrits de Lucien, » *Scriptorium* 6 (1952) p. 317 num. 144; Bruno Keil, *Aelii Aristidis Smyrnaei quae supersunt omnia* vol. II, pp. xvii sq. (lectionibus duabus ex hoc codice prolatis).

Tabula 96: A.D. 1317-1320.

Codex Palatinus graecus 367, bombycinus, mm. 255 × 185, foliorum IV + 195, quorum pars maxima folia 1^r–179^v complectens in Cypro insula ab uno librario principali scripturae habitu codicum Cypriorum proprio exarata est (foliis 148^r lin. 9 — 158^r lin. 7 et foliis 162^r–163^r scriptura sollemniore, at — quod est verisimillimum — ab eodem librario potius quam ab alio quodam amanuensi scriptis); folia autem 180^r–195^v aliis manibus debentur. Hic codex varia sacra et profana, maximam partem Byzantina, multa vero ad res Cypriorum spectantia aut in Cypro insula orta continet. Libri argumentum Stevenson opere infra laudato aliique, qui infra laudantur, enarraverunt vel adeo quasdam partes publici iuris fecerunt, quorum imprimis nominandus est Spyridon P. Lampros (multa enim hinc protulit in commentariis q.i. *Νέος Ἑλληνομνήμων*). Ex iis operibus, quae in codice exstant, quaedam digna praesertim videntur, quae hic indicentur, velut: (f. 33^v–39^r) Passionis Dominicae ludus scaenicus (ed. August C. Mahr, *The Cyprus Passion Cycle* [Publications in Mediaeval Studies. The University of Notre Dame. ⟨IX⟩], Notre Dame, Indiana, 1947, pp. 124–216); (f. 68^v, 135^v–139^r) carmina Macarii Caloritae et Constantini Anagnostae (ed. N. Bănescu, *Deux poètes byzantins inédits du XIII-e siècle*, Bucarest 1913, pp. 11–18; S. G. Mercati, « Macaire Caloritès et Constantin Anagnostès, » *Revue de l'Orient Chrétien* 22 [1920–1921] pp. 190–192); (f. 122^r–134^v) carmen illud paraeneticum quod dicitur *Σπανέας* (iam pridem notum denuo ed. *Λάμπρος, Νέος Ἑλληνομνήμων* 14 [1917–1920] pp. 359–380).

De annorum notis, quae in variis contextibus passim per codicem leguntur, animadvertas velim Cypriorum eam consuetudinem fuisse, ut vocem *ἐγχρονίας* pro *ἔτους* usurparent et saepe litteram millenariam, immo interdum etiam saecularem in annis sive ab origine mundi sive ab incarnatione Domini indicandis omitterent, quod in nonnullis annorum notis ex hoc codice a nobis infra allatis apparet. De hoc Cypriorum more cf.: J. Darrouzès, *Revue des études byzantines* 8 (1950) p. 166; 15 (1957) p. 132; J. Darrouzès, *Κυπριακαὶ Σπουδαί* 20 (1956) pp. 33–63: passim. Eadem ratio in celeberrimis illis Leontii Machaerae Chronicis Cypriis saepe comparet: de littera millenaria omissa cf. exempli causa R. M. Dawkins (ed.), *Leontios Makhairas, Recital concerning the Sweet Land of Cyprus entitled 'Chronicle'* vol. I, Oxford 1932, pp. 154, 29; 160, 18; 160, 24; 624, 14; vox *ἐχρονία* usurpatur exempli causa *op. laud.* vol. I pp. 18, 10; 18, 26; 18, 30; 20, 1; 40, 29; 60, 25.

Codicis Palatini scripturam manui Constantini anagnostae (sive lectoris), primicerii tabellionum Cypriorum, perperam tribuebant docti respecta subscriptione instrumenti in folio 169^{r-v} transcripti (ed. Lampros, *Νέος Ἑλληνομνήμων* 15 [1921] pp. 153–155 sub num. 49), quo instrumento quidam Nilus monachus monasterii *τῆς Θεοτόκου τοῦ Μαχαιρᾶ* se eidem monasterio devinctum esse mense Aprili A.M. 6767 — A.D. 1259 professus erat. Quippe haec exstat temporis nota in fine huius instrumenti scripta (f. 169^v): *μηνὶ ἀπριλλ(ίῳ)· ἰν(δικτιῶνος) β·* | *τοῦ ,ςψξζ ἔτους* + | Paulo infra subse-

quuntur subscriptionis illius verba (in eodem f. 169^{v}): † *ὁ πριμμικ(ή)ρ(ι)ο(ς) τῶν κ(α)τ(ὰ) Κύπρον ταβουλ(α)ρ(ί)ων, Κων(σταν)τ(ῖ)ν(ος) εὐτελῆς ἀναγνώστης. ὁ καὶ τõυ ὕφους γρα(φεὺς). | καὶ ἀυτὸ(ς) μ(α)ρ(τυρ)ῶν καὶ γράψας ὑπ(έγ)ρ(αψα)* +++ (cf. Stevenson, *Codices manuscripti Palatini graeci* pp. 229, 235; Karl Krumbacher, *Geschichte der byzantinischen Litteratur*,[2] München 1897, p. 774; Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 242). Verumtamen hoc apographon instrumenti, cuius prototypon quidem et a Constantino primicerio tabellionum scriptum erat et eiusdem Constantini subscriptione instructum erat, in codice Palatino manu librarii, qui codicem exaravit, transcriptum est, ut luculenter appareat Constantini illius notam temporis, quae primitus in Nili monachi instrumento prototypo anno 1259 facta esset, in codice Palatino ab eiusdem librario iteratam esse, qui librarius necessario multo postea vixit, siquidem textus varios ad tempora multo posteriora spectantes in hoc codice exaravit, sicut infra demonstrabimus.

Certe fieri potuit, ut Constantinus anagnostes, primicerius tabellionum (de hoc officio cf. Franz Dölger, *Aus den Schatzkammern des Heiligen Berges*, [München 1948], Textband p. 169), idem esset atque poeta ille *Κωνσταντῖνος ἀναγνώστης*, cuius carmina in hoc codice inclusa sunt (cf. Krumbacher, *loc. laud.*), atqui nihil hoc ad verum Palatini codicis librarium eiusdemque aetatem attinet. Quae ut indagemus, oportet alias adnotationes indiciis temporum instructas, quae in codice exstant, consideremus (cf. Silvio Giuseppe Mercati, *Bessarione*, Anno XXI [1917] p. 354 n. 2; J. Darrouzès, *Revue des études byzantines* 15 [1957] p. 161), et potissimum epistulas instrumenta acta excutiamus, quae ad annos quam tardissimos referantur. Qua in re id tene sis apographa in codicem non ad certam normam secundum temporum ordinem deinceps relata esse, sed potius casu disposita esse et, prout eorum exemplaria librario in manus venirent sive sicut ei liberet vel etiam interdum sicubi spatia in paginis vacua apparerent, ita transcripta esse. Et quidem in folio 99^{v} exemplum mandati episcopalis (ed. Lampros, *Νέος Ἑλληνομνήμων* 14 [1917–1920] pp. 24 sq. sub num. 12), quod primitus mense Novembri A.M. 6826 = A.D. 1317 scriptum erat, transcriptum exstat. Cuius exempli exitum in tabula **190b** expressimus (ed. Lampros, *op. laud.* p. 25, 4–9. Hoc instrumentum erat *ἐνταλτήριον ἔγγραφον*. Animadvertas illam vocem, sicut tabula 190b monstrat, in codice scriptam esse *ἐν|ταρτ(ή)ρ(ιον)* sono *ρ* pro *λ* secundum sermonis Cyprii morem usurpato). Tum folium 172^{r-v} quasdam notas annorum indiciis instructas exhibet (ed. Lampros, *Νέος Ἑλληνομνήμων* 15 [1921] pp. 160–162 lin. 10), quae maximi momenti sint ad codicis aetatem accuratius definiendam. Quippe ob codicis ligaturae condicionem praesentem nunc quidem pro certo detegi nequit, quomodo series foliorum 172–179 primitus conexa sit. Id tantum apparet folia 173–178 inter se cohaerere. Tum post folium 179 unum saltem folium proximum videtur perisse (namque folium 179^{v} exordium exhibet Gennadii I patriarchae Epistulae encyclicae et in media sententia desinit in voce *φη(σὶ)*: cf. *Γ. Α. Ῥάλλης — Μ. Ποτλῆς, Σύνταγμα τῶν θείων καὶ ἱερῶν κανόνων* IV, *Ἀθήνησιν* 1854, p. 369 lin. 1; Migne, *Patr. Gr.* 85 col. 1616 A 14), nisi librarius sic textum inchoatum reliquit. Sane folium illud 172 singulum videtur esse neque ad ullum foliorum par aut fasciculum pertinere. Certe quaedam iactura

ante hoc folium accidit, nam folium 172^{r} a nota orditur de Henrico II de Lusignan, Ioannis I fratre, rege Cypri die 24 Iunii A.M. ⟨67⟩93 = A.D. 1285 coronato ita verbis concepta, ut eam ad contextum quendam superiorem spectare appareat (f. 172^{r}): † *μηνὶ ἰουν(ίῳ) κ̄δ τῆς ῥηθεί(σης) ϛ̄γ̄ ἐγχρον(ίας) ἐστέφθη ῥὴξ τῆς Κύπρου. ὁ παν|εὐγενέστατ(ος) ἀντάδε(λφος) αὐτοῦ μεσυρ Ἐρρὶ* + (ed. Lampros, *Νέος Ἑλληνομνήμων* 15 [1921] p. 160 lin. 1–2). Quippe voces *ῥηθεί(σης)* et *αὐτοῦ* in hoc contextu retrorsum ad textum amissum spectant. Equidem arbitror librarium breviarium vel tabulam rerum forensium etiamque domesticarum a quodam anno priore incipientem ea mente composuisse, ut eam in libri calce collocaret. Sed uno vel pluribus foliis eiusdem breviarii amissis et quadam perturbatione in libri fine exorta bibliopegus hoc folium 172 singulum relictum per errorem hoc loco videtur inseruisse. Attamen haec folii 172 condicio nihil ad rem ipsam attinet neque nos impedit, quin eius argumento ad codicis tempus investigandum utamur, quippe cum manifestum sit folium 172 ab ipso codicis librario ortum eius manum prae se ferre notasque illic factas ad Cyprum spectare et his de causis folium illud cum codice artissime cohaerere.

In quo folio 172^{rv} (si a folii 172^{v} parte ima discedis, ubi alia manus scripsit notas ad Cypri historiam spectantes eas, quas edidit Lampros, *Νέος Ἑλληνομνήμων* 15 [1921] p. 161 lin. ab imo 6 — p. 162 lin. 9) ipse codicis Palatini scriba multas adnotationes annorum indiciis unamquamque instructam perscripsit (ed. Lampros, *Νέος Ἑλληνομνήμων* 15 [1921] p. 160 — p. 161 lin. ab imo 7). Quarum in numero nonnullas se de notis descripsisse ipse fassus est, quas patruus suus Ioannes in libro Caloritae (an Macarii Caloritae?) fecisset (fol. 172^{v} lin. 1–4; ed. Lampros, *Νέος Ἑλληνομνήμων* 15 [1921] p. 161 lin. 2–4). Et quidem pleraeque adnotationes librarii manu in fol. 172^{rv} eae, quae ad spatium temporis inde a die 24 Iunii A.M. ⟨67⟩93 = A.D. 1285 usque ad diem 26 Aprilis A.M. ⟨6⟩814 = A.D. 1306 currens spectant, habitu scripturae aequabili et diligenti exaratae sunt, quia quamquam ad res praeteritas variis temporibus gestas pertinebant, uno tamen tempore tenore iugi et continuo perscriptae sunt tamquam tabula rerum praeteritarum tam forensium quam domesticarum, quae librario cordi fuerunt. Tum idem librarius sua scriptura minus sollemni, qua praesertim in epistularum exemplis transcribendis utebatur, in folii 172^{r} margine dextro duas notas et in folii 172^{v} parte inferiore unam notam addidit (ed. Lampros, *Νέος Ἑλληνομνήμων* 15 [1921] p. 160 lin. 26–30 et p. 161 lin. ab imo 9–7), quibus propinquos die 24 Aprilis A.M. ⟨6⟩826 = A.D. 1318 et die 18 Ianuarii A.M. ⟨6⟩828 = A.D. 1320 et die 17 Maii A.M. ⟨6⟩827 = A.D. 1319 vita defunctos commemoravit. Et quidem haec sunt verba illarum notarum in folii 172^{r} margine dextro scriptarum (cf. tab. **190a**): † *τῆ κ̄δ̄ απριλλ(ίου) τῆς ω̄κ̄ς̄ ἐγχρ(ο)ν(ίας) τέλ(ος) τοῦ βίου ἐχρήσατο | Γε(ώ)ρ(γιος)* (hoc nomen e correctione) *ὁ αὐταδελφός μ(ου), ὅν κ(ύριο)ς ἀναπαύσ(αι)* + | † *τῆ ι̅η̅ ιαννου(α)ρ(ίου) ἡμέρ(ᾳ) ς τῆς ω̄κη ἐγχρον(ίας) τέλ(ος) τοῦ βίου ἐχρήσατο | ὁ ἐξαδελφός μ(ου) κῦρ Ἰω(άννης) τοῦ* ⟦..⟧ (his tribus vocibus in rasura scriptis) *ὅν ἀναπαύσ(αι) κ(ύριο)ς*. Tum haec exstant verba adnotationis in folii 172^{v} parte inferiore additae (cf. tab. **190c**): † *μηνὶ μαιω ι̅ζ̅ ἡμερ(ᾳ) ε̄ τῆς ω̄κζ ἐγχρ(ο)ν(ίας) τέλος τοῦ βίου ἐχρήσατο ἡ νύμφη μου* | ⟦*κυρ(ὰ) Ἑλ(ένη) ἡ σύ(μβιος) τοῦ .... τοῦ Κωνστ(α)ντ(ίνου) ἣν κ(ύριο)ς ἀναπαύ-*

σ(αι)]]. De voce *σύ(μβιος)* per compendium scripta cf. locum in eiusdem folii 172^r linea 4 obvium (cf. Lampros, *Νέος Ἑλληνομνήμων* 15 [1921] p. 160 lin. 5).

Etiam quandam memoriam ad Ecclesiae Cypriae historiam pertinentem annique nota instructam examinemus necesse est, quamquam eandem temporis notam a librario errore invectam nihili esse infra videbimus. Quippe in folio 179^r (quod folium nunc quidem in codice extremum est, quod librarius noster exaraverit) transcripta sunt acta electionis Germani episcopi (graeci) Amathuntis anno videlicet 1320 factae (ed. Lampros, *Νέος Ἑλληνομνήμων* 15 [1921] pp. 342 sq., num. 64; *Κ. Χατζηψάλτης, Κυπριακαὶ Σπουδαί* 22 [1958] pp. 15 sq.). Etenim in hoc instrumento legimus superioris episcopi Amathuntis Matthaei mortem a clericis Amathusiis die 22 Ianuarii A.M. ⟨6⟩828 = A.D. 1320 episcopo (latino) Nemesi (hoc oppidum Cypri etiam Lemesus vocabatur, nunc est Limassol, latine Nemosia vel Nimocium appellabatur) fratri Berardo (*φρὲ Παρᾶρ* vel *Μπαρᾶρ*, scilicet *Παρὰρτ* vel *Μπαρὰρτ*) nuntiatam esse eundemque mandavisse, ut electio successoris fieret. Itaque brevi postea Germanum, abbatem monasterii S. Epiphanii, electum esse episcopum Amathuntis. Verumtamen in folio 171^v exstant simillima acta transcripta (ed. Lampros, *Νέος Ἑλληνομνήμων* 15 [1921] p. 159 inde a lin. 7; *Κ. Χατζηψάλτης, Κυπριακαὶ Σπουδαί* 22 [1958] pp. 14 sq.), quae certe ad eandem electionis occasionem spectant et simili verborum tenore, eadem illius diei 22 Ianuarii mentione facta, sed nullo anni indicio dato concepta sunt. In hoc quidem instrumento legimus Olbianum, abbatem monasterii *τοῦ Ἀσωμάτου* Leucaris siti, electum esse, qui in eandem sedem episcopalem succederet. Ut suspicari liceat alterutram electionem ad irritum cecidisse fortasse adversante episcopo latino Nemesi, cuius auctoritati episcopatus graecus Amathuntis illa aetate subiectus erat (cf. George Hill, *A History of Cyprus* III, Cambridge 1948, pp. 1059 sqq.; de Germano et Olbiano ad illum annum nihil referunt *Ἰωάννης Χάκκεττ* [= John Hackett] — *Χαρίλαος Ι. Παπαϊωάννου, Ἱστορία τῆς Ὀρθοδόξου Ἐκκλησίας τῆς Κύπρου* II, *ἐν Πειραιεῖ* 1927, pp. 86–89, ubi de graecis episcopis Amathuntis agitur). Praeterea anni 1320 nota, quae in actis folio 179^r inscriptis apparet, magnam dubitationem movet. De tota hac quaestione cf. quae disputaverunt: J. Darrouzès, « Évêques inconnus ou peu connus de Chypre, » *Byzantinische Zeitschrift* 44 (1951) pp. 102 sq.; *Κ. Χατζηψάλτης, « Ἐκ τῆς ἱστορίας τῆς Ἐκκλησίας Κύπρου κατὰ τὴν Φραγκοκρατίαν, » Κυπριακαὶ Σπουδαί* 22 (1958) pp. 13–26; Jean Richard, *Chypre sous les Lusignans. Documents chypriotes des Archives du Vatican* (*XIVe et XVe siècles*), (Institut Français d'archéologie de Beyrouth. Bibliothèque archéologique et historique, 73), Paris 1962, p. 74 n. 1. Richardio viro doctissimo totam hanc quaestionem acutissime perscrutato hac in re penitus assentior eiusque argumentationem prorsus amplector. Primum quidem illud reputare debemus anno 1320 episcopum latinum Nemesi Ioannem fuisse, non Berardum (cf. Richard, *loc. laud.*; *Jean XXII* [*1316–1334*], *Lettres communes analysées d'après les registres dits d'Avignon et du Vatican* [Bibliothèque des Écoles Françaises d'Athènes et de Rome, 3e série, I^bis], tome II par G. Mollat & G. de Lesquen, Paris 1905, p. 428 num. 9951, A.D. 1319; tome III par G. Mollat, Paris 1906, p. 124 num. 11732, A.D. 1320; cf. Conradus Eubel, *Hierarchia catholica medii aevi* [vol. I] *ab anno 1198 usque ad annum 1431 perducta*,² Monasterii 1913, p. 367).

Tum constat circa illam aetatem Berardum O. Praed. episcopum latinum Nemesi fuisse inde ab anno 1291 usque ad mortem, quae ineunte anno 1301 vel paulo antea accidit (cf. Eubel, *loc. laud.*; cf. J. Hackett, *A History of the Orthodox Church of Cyprus*, London 1901, p. 569 sub num. 9). Matthaei quidem episcopi graeci Amathuntis litterae mense Iulio A.M. ⟨67⟩95 = A.D. 1287 missae in codicis nostri folio 167ʳ transcriptae apparent (ed. Lampros, *Νέος Ἑλληνομνήμων* 15 [1921] p. 151 num. 46; *Κ. Χατζηψάλτης, Κυπριακαὶ Σπουδαί* 22 [1958] pp. 19 sq.). Hic Matthaeus episcopus haud scimus an idem fuerit atque ille Matthaeus, cuius mors in illis electionis actis memorata est. Accedit quod Matthaeus episcopus graecus Amathuntis (qui illius aetatis more sedem Leucaris habebat) et Berardus O. Praed. episcopus latinus Nemesi in litteris Bonifatii VIII papae anno 1295 datis memorantur (cf. Richard, *op. laud.* p. 74 n. 2; cf. *Les registres de Boniface VIII* par Georges Digard, Maurice Faucon, Antoine Thomas et Robert Fawtier [Bibliothèque des Écoles Françaises d'Athènes et de Rome, 2ᵉ série, IV], tome I, Paris 1907, col. 215 num. 614). Matthaeus vero si usque ad vitae finem in sede episcopali Amathusia permansit, aliquando post illum annum 1295, sed ante annum 1307 mortuus est, nam eo videlicet iam mortuo instrumentum mense Februario A.M. ⟨6⟩815 = A.D. 1307 scriptum et in huius codicis folio 175ᵛ transcriptum Olbianum illius temporis episcopum Amathuntis ostendit (ed. Lampros, *Νέος Ἑλληνομνήμων* 15 [1921] p. 165 num. 58; *Κ. Χατζηψάλτης, Κυπριακαὶ Σπουδαί* 22 [1958] pp. 20 sq.). Immo etiam illud ostendere debemus Olbianum episcopum graecum Amathuntis Leucaris morantem in litteris pontificiis intra annos 1318 et 1321 datis identidem memoratum esse sane nominibus Olbiani et Leucarorum (sive Leucarae) quodammodo depravatis: cf. Richard, *op. laud.* p. 74 n. 1; cf. *Jean XXII (1316–1334), Lettres communes* tome II p. 306 num. 8679 (Lemanos de Lostara, A.D. 1318); tome III p. 238 num. 12894 (Olivonus de Lescara, A.D. 1321); p. 243 num. 12955 (Olivarius, A.D. 1321); p. 316 num. 13735 (Olimianos de Lescara, A.D. 1321). In nostro vero codice Palatino graeco 367 Olbiani episcopi Amathuntis litterae nullo temporis indicio instructae, quae tamen eidem illi temporis spatio circa secundum saeculi XIV decennium versanti attribuendae videntur, transcriptae sunt in folio 170ʳ (ed. Lampros, *Νέος Ἑλληνομνήμων* 15 [1921] pp. 155 sq., num. 50; vel *Κ. Χατζηψάλτης, Κυπριακαὶ Σπουδαί* 22 [1958] pp. 21 sq.). Itaque necessario colligimus electionem Germani abbatis irritam fuisse atque Olbianum abbatem profecto electum et approbatum esse. Quin apparet Matthaei mortem et illam electionem post annum 1295, quo anno Matthaeus etiamtum vivus memoratus est, et ante annum 1301 evenisse, quo anno Berardus eiusdem electionis arbiter iam inter vivos non fuit. Simulque patet notam A.M. ⟨6⟩828 = A.D. 1320 altero electionis actorum exemplo (fol. 179ʳ) traditam errori cuidam librarii deberi. Qui cum etiam alterum electionis actorum exemplum ad Germanum spectans folio 179ʳ inscriberet, ipsum illum annum ⟨6⟩828, quo anno fortasse hanc paginam exararet, diei 22 Ianuarii notae, quam de exemplari suo describeret, per imprudentiam ipse addidisse nobis quidem videtur. Certe hoc dubium temporis testimonium praetermittendum esse ducimus. Obiter etiam moneo nesciocuius Matthaei episcopi Amathuntis nomen inscriptum esse in codice Parisino Coisliniano 209 (cf. Robert Devreesse, *Le fonds Coislin* [Bibliothèque

Nationale. Département des Manuscrits. Catalogue des manuscrits grecs, II], Paris 1945, p. 189; cf. V. Laurent, *Échos d'Orient* 34 [1935] p. 445 n. 4, qui vir doctissimus hanc notam ad Matthaeum episcopum Amathuntis, qui in codice Palatino graeco 367 memoratus esset, rettulit).

Ut ad ea, quae antea attuli, testimonia revertar, moneo notam diei 18 Ianuarii A.M. ⟨6⟩828 = A.D. 1320, quam e folii 172^{r} marginis dextri parte superiore repetitam supra laudavimus, certe ratum et firmum esse testimonium atque annum 1320 reapse ultimum esse, cuius mentio in codice nostro facta sit. Itaque adducor, ut credam circa Ianuarium A.D. 1320 librarium codicem scribere desiisse. Maxima vero libri pars iam aliquanto post Novembrem anni 1317 (cf. supra de folio 99^{v}) et ante Aprilem anni 1318 absoluta videtur esse, nam, sicut supra diximus, inde a die 24 Aprilis 1318 usque ad diem 18 Ianuarii 1320 tempore progrediente, sicut occasio ferebat, paucae illae notae in folio 172^{r-v} maximam partem iam antea exarato additae sunt. Quibus omnibus rebus perpensis codicem necessario colligimus ferme circa annos 1317–1320 scriptum esse. Eius autem librarium rectissime docti iudicaverunt magistratum quendam ampliorem in Cypro insula fuisse, quippe cui varia acta et instrumenta praesto fuissent, quae transcribere posset, eundemque hominem exstitisse litteratissimum.

In tabula **96** imaginem folii 141^{r} expressam damus, quod continet MICHAËLIS GRAMMATICI HIEROMONACHI CARMINIS *Εἰς τὸν Ἐφέσου ἐλθόντα καὶ εὑρόντα τὸν Λυκολέοντα νεκρόν* versus 9–60 (ex hoc codice ediderunt: Silvio Giuseppe Mercati, « Intorno a *Μιχαὴλ Γραμματικὸς ὁ Ἱερομόναχος,* » *Bessarione*, Anno XXI [1917] p. 201 vers. 9 — p. 203 vers. 60; *Σπυρ. Π. Λάμπρος, Νέος Ἑλληνομνήμων* 14 [1917] p. 5 vers. 9 — p. 7 vers. 60; ad paginae in tabula expressae partem superiorem vel ad versus 9–36 cf. etiam *Ἀ. Παπαδόπουλος-Κεραμεύς, Byzantinische Zeitschrift* 20 [1911] p. 132 vv. 9–36). Alias imagines ex hoc codice expressas protulerunt: John Schmitt, *Byzantinische Zeitschrift* 1 (1892) p. 329 (fol. 122^{r}); Lampros, *Νέος Ἑλληνομνήμων* 5 (1908) tab. *Α'* (fol. 163^{v}); 15 (1921) p. 346 (fol. 98^{r}); 16 (1922) p. 83 (fol. 97^{r}). Ad codicum Cypriorum scripturae habitum peculiarem cognoscendum cf. infra nostras tabulas 121, 122, 196. Inter scripturae exempla publici iuris alibi facta si quod simile specimen scripturae Cypriae conferre vis, aspice quaeso apud Henri Omont, *Fac-similés des manuscrits grecs datés de la Bibliothèque Nationale du IXe au XIVe siècle*, Paris 1891, tab. LXXIX/II (Omont, *op. laud.*, Notice des planches p. 16, subscriptionem attulit ex eius, quem repraesentavit, codicis Parisini graeci 2133 folio 254^{v} voce *ἐγχρονίας* instructam, quae res codicis originem Cypriam probat). Quin scripturae ductus, qui illic apparet, plane Cyprius est et nostri codicis Palatini graeci 367 simillimus. Etiam cf. Omont, *op. laud.*, tab. LXXVII/II (e codice Parisino graeco 214, in cuius subscriptione fol. 220^{v} item vox *ενχρ(ονίας)* usurpata est: cf. Omont, *op. laud.*, Notice des planches p. 15). Praeterea cf. Frederick Henry Ambrose Scrivener, *A Plain Introduction to the Criticism of the New Testament*,^{4} vol. I, London 1894, tab. XIII (37), in qua textus particula et subscriptio e codice Londiniensi Burneiano 22 (fol. 248^{v}) expressae sunt; in subscriptione vero, cuius ductus indolem Cypriam luculenter prae se fert, millenaria nota omissa et vox *ἐγχρον(ίας)* usurpata est. Si multo posteriorum codicum Cypriorum scripturam aspicere vis, cf.

Franchi de' Cavalieri-Lietzmann, *Specimina codicum graecorum Vaticanorum*[2] tab. 50; Kenneth W. Clark, *A Descriptive Catalogue of Greek New Testament Manuscripts in America*, Chicago [1937], tab. LXXII. De codicum Cypriorum scriptura et habitu cf. Krumbacher, *Geschichte der byzantinischen Litteratur*[2] p. 774, et confer quae aptissime commentatus est indefessus ille codicum Cypriorum investigator J. Darrouzès, « Manuscrits originaires de Chypre à la Bibliothèque Nationale de Paris, » *Revue des études byzantines* 8 (1950) pp. 164 sq.; J. Darrouzès, « Autres manuscrits originaires de Chypre, » *Revue des études byzantines* 15 (1957) pp. 131 sq.

De hoc codice Palatino graeco 367, Cypriae et scripturae et materiae teste celeberrimo, cf. etiam: Stevenson, *Codices manuscripti Palatini graeci* pp. 229–235; Krumbacher, *Geschichte der byzantinischen Litteratur*[2] pp. 773 sq., 719 sq.; Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 242; J. Darrouzès, *Revue des études byzantines* 9 (1951) pp. 189 sq.; 15 (1957) p. 161; F. I. Uspenskij, « Vizantijskie zemlemĕry. Nabljudenija po istorii sel'skago chozjajstva, » *Trudy VI Archeologičeskago S"ĕzda v Odessĕ (1884 g.)*, Tom II, Odessa 1888, pp. 333–334 lin. 12 (= fol. 91ʳ lin. 15 — 91ᵛ lin. 5); John Schmitt, *Byzantinische Zeitschrift* 1 (1892) pp. 317, 328–331; Hagiographi Bollandiani et Pius Franchi de' Cavalieri, *Catalogus codicum hagiographicorum graecorum Bibliothecae Vaticanae*, Bruxellis 1899, pp. 226 sq.; S. D. Papadimitriu, *Lĕtopis' Istoriko-Filologičeskago Obščestva pri Imperatorskom Novorossijskom Universitetĕ* VIII. Vizantijsko-slavjanskoe otdĕlenie V, Odessa 1900, p. 355; D. N. Anastasijewić, *Byzantinische Zeitschrift* 16 (1907) pp. 484, 493–495; *Σπυρ. Π. Λάμπρος, Νέος Ἑλληνομνήμων* 1 (1904) p. 125; 5 (1908) pp. 43–52; 6 (1909) pp. 32–38; 9 (1912) pp. 162–171; 13 (1916) pp. 139 sq., 381–407; 14 (1917–1920) pp. 3–50, 353–380; 15 (1921) pp. 141–165, 337–356; 16 (1922) pp. 30–59, 77–84, 264; Giannino Ferrari, « Due formule notarili cipriote inedite del Cod. Vaticano Pal. gr. 367, » *Studi in onore di Biagio Brugi nel XXX anno del suo insegnamento*, Palermo 1910, pp. 429–443 (in pp. 433–437 testamentorum formulis editis e codicis foliis 92ᵛ–93ᵛ); *Ἀ. Παπαδόπουλος-Κεραμεύς, Byzantinische Zeitschrift* 20 (1911) pp. 131 sq. sub num. 1 parte carminis edita e codicis Palat. gr. 367 fol. 140ᵛ–141ʳ (non e cod. Vatic. gr. 1357 fol. 81, sicut Papadopulus perperam perhibuit); N. Bănescu, *Deux poètes byzantins inédits du XIIIᵉ siècle*, Bucarest 1913; Silvio Giuseppe Mercati, « Intorno a *Μιχαὴλ Γραμματικὸς ὁ Ἱερομόναχος*, » *Bessarione*, Anno XXI (1917) pp. 199–203; Silvio Giuseppe Mercati, « Ancora intorno a *Μιχαὴλ Γραμματικὸς ὁ Ἱερομόναχος*, » *Bessarione*, Anno XXI (1917) pp. 348–355; S. G. Mercati, « Macaire Caloritès et Constantin Anagnostès, » *Revue de l'Orient Chrétien* 22 (1920–1921) pp. 162–193; N. Bănescu, « Macarius Caloritès et Constantin Anagnostès, » *Revue de l'Orient Chrétien* 23 (1922–1923) pp. 144–149; *Σῖμος Μενάρδος, Νέος Ἑλληνομνήμων* 16 (1922) pp. 458–464; Silvio Giuseppe Mercati, *Studi Bizantini* 2 (1927) pp. 275–292; A. Vogt, *Byzantion* 6 (1931) pp. 37–74; *Ἀντώνιος Χ. Χατζῆς, Ἐπετηρὶς Ἑταιρείας Βυζαντινῶν Σπουδῶν* 8 (1931) pp. 316 sq.; Silvio Giuseppe Mercati, *Ἐπετηρὶς Ἑταιρείας Βυζαντινῶν Σπουδῶν* 9 (1932) pp. 361 365; Silvio Giuseppe Mercati, *Studi Bizantini e Neoellenici* 4 (1935) pp. 305 308; F. Sbordone, *Physiologus* ed. —, Mediolani-Genuae-Romae-Neapoli 1936, pp. xx sq., lxxxiii; William Lameere, *La tradition manuscrite de la correspondance de*

Grégoire de Chypre (Études de philologie, d'archéologie et d'histoire anciennes publiées par l'Institut Historique Belge de Rome, tome II), Bruxelles-Rome 1937, pp. 193 sq.; Samuel Baud-Bovy, *Byzantion* 13 (1938) pp. 332 334; August C. Mahr, *The Cyprus Passion Cycle* (Publications in Mediaeval Studies. The University of Notre Dame. ⟨IX⟩), Notre Dame, Indiana, 1947, pp. 1–12, passim; George Hill, *A History of Cyprus* vol. III, Cambridge 1948, p. 1049 n. 1; *Κ. Χατζηψάλτης*, «*Ἐκ τῆς ἱστορίας τῆς Ἐκκλησίας Κύπρου κατὰ τὴν Φραγκοκρατίαν*,» *Κυπριακαὶ Σπουδαί* 22 (1958) pp. 13–26. De huius codicis tegumento cf. Ilse Schunke, *Die Einbände der Palatina in der Vatikanischen Bibliothek*, Band 2 (Studi e Testi, 218), Città del Vaticano 1962, p. 909.

Tabulae 97 et 98: A.D. 1321/1322.

Codex Vaticanus graecus 175 membranaceus est, mm. 234 × 160, foliorum III + 160. Continentur: (f. 1v–8v) excerpta e Strabone; (f. 9r–38r) anonymi Christiani dialogus q.i. Hermippus sive de astrologia (ex hoc codice ed. Guilelmus Kroll et Paulus Viereck, Lipsiae 1895); (f. 40r–68v) Theonis Alexandrini commentarius in Ptolemaei canones manuales; (f. 68v–159r) alia astronomica multis tabellis subiunctis. Si a nonnullis temporum computationibus, quae ad varios annos inde ab A.M. 6822 usque ad A.M. 6845 (id est inter A.D. 1313/1314 et 1336/1337) currentes spectant (cf. f. 1r, 40r, 40v, 79v, 80r), et permultis aliis adnotationibus a scriba posteriore additis discedis, hic codex a duobus librariis exaratus est, quorum unus, cui maiorem codicis partem debemus, ⟨Ioannes⟩ Catrares folia 1v–8v et 40r–159r exaravit, alter Hermippum dialogum in foliis 9r–38r exaravit ita tamen, ut ⟨Ioannes⟩ Catrares etiam in hac parte inter suas partes interposita indicem operis in folio 9v addiderit. Quo adducimur, ut credamus ipsum Catrarem suum librum illa alterius scribae aequalis parte inserta auxisse. Is librarius Catrares, qui folia 1v–8v et 40r–159r exaravit, subscriptionem per quattuor duros hexametros decurrentem A.M. 6830 = A.D. 1321/1322 in folio 158v fecit (cf. tab. **190d**):

† *χεῖρες Κατραρίοιο βίβλον τήνδ' ἐξέπλησαν* |
οὐ(ρα)νίης ποθέοντος ἐπιστήμης ἀγλαὸν κράτος· |
ὃς μόνος οὐδὲ παρ' ἄλλου τήνδε μαθὼν ἤσκησεν |
καὶ καιροὺς ἐσκέψατο καὶ ὕστατον ἔγνωκε τέλος:– |
ἔτει ,ςωλ:·

(v. 4 *ἔγνωκεν* post correctionem littera *-ν* ab ipso librario addita). Idem scriba Catrares, cui praenomen Ioanni fuit, quod in aliis eius subscriptionibus apparet, etiam alios codices exaravit (cf. Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 174), velut Iliadis codicem Scorialensem *Φ*.II.19 mense Maio A.M. 6817 = A.D. 1309 in folio 91r ita subscriptum: + *ἐτελειώθη ὁ παρὼν Ὅμηρος διὰ χειρὸς ἐμοῦ Ἰω(άννου) τοῦ Κατράρη*: *ἔτους ,ςωιζ* (hae duae litterae *ιζ* ab ipso scriba supra lineam additae) *ἰν(δικτιῶνος) ζ'. μηνὶ μαΐω*: – (hoc folium expressum est a Charles Graux — Albert Martin, *Facsimilés de manuscrits grecs d'Espagne*, Paris 1891, tab. XIV 51, cf. Texte pp. 99–103;

cf. E. Miller, *Catalogue des manuscrits grecs de la Bibliothèque de l'Escurial*, Paris 1848, p. 162). Scripsit etiam codicem Neapolitanum III.D.28, quo Procli Diadochi commentarius in Platonis Timaeum continetur, mense Aprili A.M. 6822 = A.D. 1314 in folio 164^{r} ita subscriptum: † *ἐτελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον διὰ χειρὸς ἐμοῦ Ἰω(άνν)ου τοῦ Κατράρη* [*μηνὶ*] | *ἀπριλλ(ίῳ)· ἰν(δικτιῶν)ος ιβ'· ἔτους ,ξῶκβ'*: – (cf. Salvator Cyrillus, *Codices graeci mss. Regiae Bibliothecae Borbonicae* II, Neapoli 1832, pp. 419 sq. sub num. 312; Ernestus Diehl, *Procli Diadochi in Platonis Timaeum commentaria* I, Lipsiae 1903, pp. x sq.). Scribae nimirum nomen fuit *Ἰωάννης Κατράρης*, ut forma mutata *Κατράριος*, quae subscriptioni codicis Vaticani gr. 175 subest, necessitati metricae et licentiae poeticae assignanda esse videatur (equidem illud monere velim Demetrium Triclinium cognominis formam *Τρικλίνης* in *Τρικλίνιος* mutavisse: cf. A. Turyn, *The Byzantine Manuscript Tradition of the Tragedies of Euripides* [Illinois Studies in Language and Literature, vol. 43], Urbana 1957, p. 26 n. 43. Simili modo duorum gentis Catrareae virorum nomina forma variante *Κατράρης* et *Κατράριος* instrumento in insula Chio anno 1446 confecto subscripta apparent: cf. *Μ. Ἰ. Μανούσακας*, «*Στέφανος Κατράριος, ὁ πρῶτος γνωστὸς Ἕλληνας νοτάριος τῆς Χίου,*» *Εἰς μνήμην Κ. Ἀμάντου 1874–1960, Ἀθῆναι* 1960, p. 271). Eadem illa cognominis forma *Κατράρης* notae subest, quae exstat in codicis Vaticani graeci 902 folio 72^{r}: ┬ *αὕτη ἡ βίβλος πέφυκεν τοῦ Κατράρη* (cf. Thomas W. Allen, *Homeri Ilias* I, Oxonii 1931, p. 45; huius quidem notae scriptura ab eis, quae modo indicavimus, exemplis Ioannis Catraris differt, quia certe ab alio quodam Catrare, qui hunc ipsum codicem Vaticanum graecum 902 exaravisse videtur, profecta est). In nostro codice Vaticano graeco 175 alterius librarii (eius qui Hermippum dialogum exaravit) pars ipsa per se quattuor quaternionibus continetur (duobus extremis foliis [38bis] et [38ter] excisis), attamen eam ad eandem aetatem et idem scriptorium pertinere atque partes Catrareas facile demonstrare possumus. Etenim ambo hi librarii partes codicis Veneti Marciani graeci 441 (numero collocationis 878 instructi) Libanii epistulas continentis perscripserunt. Qui codex a tribus librariis confectus est, quorum unus folia 3^{r}–112^{v} lin. 9 scripsit; alter, qui idem est atque noster Hermippi scriba, folia 112^{v} lin. 10 — 122^{r} et 147^{r}–209^{v} exaravit; Ioannes vero Catrares folia 122^{v}–146^{v} inter scribae Hermippei partes scripsit et insuper etiam in foliis a scriba Hermippeo confectis quasdam notas marginales (velut in folio 151^{r}) adiecit. Haec quidem codicis Marciani graeci 441 ratio nobis maximo documento est Ioannem Catrarem et scribam Hermippeum laboris codicum scribendorum socios artissima devinctos necessitudine fuisse. Itaque meritissimo etiam ex parte Hermippea codicis Vaticani graeci 175 exemplum nobis afferre licet, quamquam subscriptio Catraris eiusque annus proprie tantummodo partis astronomicae a Catrare scriptae (f. 40^{r}–159^{r}) tempus indicant. Verumenimvero codicem integrum ad idem temporis spatium pertinere luce clarius patet.

In tabula **97** scripturae Ioannis Catraris exemplum ex hoc codice Vaticano graeco 175 depromptum damus folio 52^{v} expresso, quo continentur verba Theonis Alexandrini commentarii in Claudii Ptolemaei canones manuales (ed. Abbé Halma, *Commentaire de Théon d'Alexandrie, sur les tables manuelles astronomiques de Ptolemée*, Pre-

mière partie, Paris 1822, pp. 59, 26 — 61, 5). Hic e re puto ostendere Ioannis Catraris scripturam indole et habitu quam proxime accedere ad manum Ioannis Bryennii Thessalonicensis, qui A.D. 1320 Thessalonicae instrumentum venditionis ipse exaravit illud, quod expressit Franz Dölger, *Aus den Schatzkammern des Heiligen Berges*, [München 1948], Tafelband tab. 111: cf. Textband pp. 301–304.

In tabula **98** alterius scribae, quem Catraris socium fuisse supra demonstravimus, manum exhibemus folio 31ʳ expresso, quod verba continet Anonymi dialogi qui inscribitur Hermippus sive de astrologia (ed. Guilelmus Kroll et Paulus Viereck, *Anonymi Christiani Hermippus de astrologia dialogus*, Lipsiae 1895, pp. 53, 18 — 55, 3).

Hac occasione oblata alia quaedam ostendere velim, quae Ioannis Catraris et scribae illius Hermippei operam coniunctam et societatis quandam necessitudinem comprobent. Velut cognovi codicem Venetum Marcianum graecum 616 (numero collocationis 663 instructum), celebrem illum librum quo continentur Sophoclis septem tragoediae et Aeschyli Prometheus, Septem, Persae, Agamemnon, Eumenides, a scriba Hermippeo (cf. tab. 98) exaratum esse atque a Ioanne Catrare (cf. tab. 97) notis, inscriptionibus, scholiis variisque additamentis hic illic auctum esse, inter quae potissimum illud animadvertendum est in huius codicis Veneti graeci 616 folio 100ᵛ argumentum Persarum Aeschyleae et scholium metricum proto-Triclinianum (si hac voce uti fas est) in Aesch. Pers. 1 (ed. G. Dindorf, *Aeschyli tragoediae superstites et deperditarum fragmenta* III, Oxonii 1851, p. 518, 2–17) et in folio 109ᵛ scholia metrica proto-Tricliniana in Aesch. Agam. 1 et Agam. 40 manu Ioannis Catraris addita esse. Itaque si illud reputamus horum duorum librariorum operam consociatam, quam in codice Vaticano graeco 175 offendimus, ad temporis spatium circa annum 1321/1322 versans pertinere, tum codicis Veneti graeci 616 textum Aeschyleum partim proto-Triclinianum Triclinii aetate matura priorem esse non posse, necessario concludimus codicem Venetum graecum 616 temporis spatio circa annos 1320–1325 currenti assignandum esse (cf. A. Turyn, « Miscellanea, » *Studi in onore di Luigi Castiglioni* II, Firenze [1960], p. 1013 n. 1; de codice Veneto graeco 616 cf. etiam R. D. Dawe, « The Mss. F, G, T of Aeschylus, » *Eranos* 57 [1959] pp. 35 sqq., praesertim pp. 47–49).

Immo alio etiam documento uti licet, quo illud corroboremus artam necessitudinem inter Ioannem Catrarem et scribam Hermippeum intercessisse. Enimvero nuper codicis Taurinensis C–VI–26 reliquias inspexi, quae incendio illi anni 1904 superfuerunt (cf. Josephus Pasinus, Antonius Rivautella, & Franciscus Berta, *Codices manuscripti bibliothecae Regii Taurinensis Athenaei* I, Taurini 1749, p. 384 sub num. graec. 286; Francesco Cosentini, in: Giuseppe Mazzatinti — Albano Sorbelli, *Inventari dei Manoscritti delle Biblioteche d'Italia* vol. XXVIII, Firenze 1922, p. 43 num. 364). Et quidem exstant nunc in Bibliotheca Taurinensi 21 folia soluta ambusta, quorum scriptura manum librarii illius Hermippei (cf. tab. 98) manifesto monstrat. Hic codex Taurinensis C–VI–26, cum integer esset, tres dialogos continebat qui inscripti erant: Hermodotus sive de pulchritudine, Musocles sive de optima vita, et Hermippus sive de astrologia (idem ille dialogus, quem in codice Vaticano gr. 175 invenimus). Ut pateat eundem scribam (quem Hermippeum supra vocavimus) dialogum Hermippum in codice Vaticano gr. 175 atque dialogos Her-

modotum Musoclem Hermippum in codice Taurinensi C–VI–26 exarasse. Accedit quod nomen Ioannis Catraris in principio libri Taurinensis in folii 1ʳ ob incendium amissi margine superiore quondam exstabat subsequente Hermodoti dialogi titulo (cf. Antonius Elter, *Io. Katrarii Hermodotus et Musocles dialogi*, Progr. Bonnae [1898], col. 5–6), ut suspicemur Catraris causa, cui illi dialogi cordi essent, scribam Hermippeum omnes tres dialogos in codice Taurinensi exaravisse nomenque Catraris fortasse ab ipso Catrare inscriptum nihil aliud quam suae possessionis notam fuisse (animadvertas velim de codice Taurinensi C–VI–26 nomen Catraris corrupte transcriptum in folium 1ʳ codicis Taurinensis B–III–12 [graec. 45 Pasini], quod est codicis C–VI–26 apographon, transiisse). Nimirum cum Catrares illos dialogos valde adamasset, consentaneum est eum huic studio obsecutum etiam Hermippum dialogum ab eodem laborum socio separatim exaratum libro suo Vaticano gr. 175 inseruisse. Sed cave Catrarem auctorem illorum dialogorum putes, quippe cum nullam sui ipsius auctoris mentionem Catrares Hermippo dialogo in codice Vaticano graeco 175 apposuerit. Licet multi docti falsam istam opinionem de Catrare dialogorum illorum auctore amplexi sint (cf. Wilhelm Kroll, in Pauly-Wissowa, *Real-Encyclopädie der classischen Altertumswissenschaft* VIII, Stuttgart 1913, col. 854–857 s.v. Hermippos 9), attamen verisimillimum est Ioannem Catrarem tantummodo possessorem et amatorem eorundem dialogorum fuisse (cf. Giovanni Mercati, « Su Giovanni Catrari, » *Opere minori* vol. IV [Studi e Testi, 79], Città del Vaticano 1937, pp. 193–199).

Ad Ioannis Catraris librarii navitatem et studium recte aestimandum etiam illud maximi est momenti, quod Catrares, sicut nobis cognovisse videmur, celeberrimum illum codicem Euripideum P (quo signo comprehendimus partes Euripideas codicis Vaticani Palatini graeci 287 et codicis Laurentiani Conventuum Suppressorum 172) recognovit, correxit, quaedam supplevit, velut versus nonnullos omissos, personarum notas, scholia quaedam metrica, argumentum Helenae Euripideae (Conv. Suppr. 172 fol. 13ᵛ), personarum indicem Electrae praemissum (Conv. Suppr. 172 fol. 28ʳ), et in codice Palatino graeco 287 integra folia 147ʳ–148ʳ scripsit, quibus finis Iphigeniae Aulidensis 1572–1629, argumentum Pseudo-Euripideae Danaës et fragmentum eiusdem Danaës (Eur. fragm. 1132 ed. Augustus Nauck, *Tragicorum Graecorum Fragmenta*,[2] Lipsiae 1889, pp. 714–716) continentur (cf. quae antea scripsimus: A. Turyn, *The Byzantine Manuscript Tradition of the Tragedies of Euripides* p. 259 n. 244, p. 275). Has omnes paginas, quae sive totae Ioannis Catraris manum prae se ferunt sive Catraris correctoris revisorisve vestigia produnt, phototypice repraesentatas reperire poteris in exemplo phototypico codicis Euripidei P, quod J. A. Spranger paravit (*Euripidis quae in codicibus Palatino graeco inter Vaticanos 287 et Laurentiano Conv. Soppr. 172 [olim Abbatiae Florentinae 2664] inveniuntur phototypice expressa* cura et impensis J. A. Spranger, tom. I II, Florentiae 1939–1946). Itaque colligimus codicem Euripideum P necessario circa A.D. 1320–1325 scriptum esse, si Catrares tum temporis florens studium et curam emendatricem huic codici vixdum finito statim adhibuit eique limam admovit. Immo verisimile est Catrarem librario codicis Euripidei P amico usum esse. Simulque Catrarem oportet intellegamus Thessalonicae floruisse, siquidem fontem codicis Euri-

pidei P Thessalonicae fuisse constat (cf. Turyn, *The Byzantine Manuscript Tradition of the Tragedies of Euripides* pp. 303 sqq.) et si ipse Catrares codicem P Thessalonicae ortum ilico, ut videtur, nactus est. Atque ibidem Thessalonicae etiam scribam illum Hermippeum, quippe qui Catraris sodalis esset, versatum esse patet. Simulque apparet codicem Vaticanum graecum 175 aliosque codices, quibus scribendis vel corrigendis sive Ioannes Catrares sive scriba ille Hermippeus interfuissent, Thessalonicae illo tempore, cum philologia aetatis Palaeologeae mirifice ibi floreret, exstitisse.

Quin id ipsum Ioannem Catrarem Thessalonicae vixisse etiam aliunde comprobari potest. Etenim exstat carmen anacreonteum cuiusdam Catraris in Neophytum monachum scriptum (ed. P. Matranga, *Anecdota graeca*, Romae 1850, II pp. 675–682; Ivan Dujčev, *Proučvanija vŭrchu bŭlgarskoto srednovekovie* [Sbornik na Bŭlgarskata Akademija na Naukite i Izkustvata, Kniga XLI–1], Sofija 1945 [= Sbornik na Bŭlgarskata Akademija na Naukite. Kniga XLI. Klon istoriko-filologičen 21. Sofija 1949, pp. 1–176], pp. 132–143), cuius carminis auctorem ipsum Ioannem Catrarem fuisse posuit Matranga, *op. laud.* I pp. 35 sq. (de carmine cf. commentarium, quem scripsit Dujčev, *op. laud.* pp. 130–132, 144–150; cf. Alphonse Dain, « À propos de l'étude des poètes anciens à Byzance, » *Studi in onore di Ugo Enrico Paoli*, Firenze [1955], pp. 198 sq.). Et quidem Catrares auctor, dum hoc carmine Neophytum monachum, quem scilicet perbene noverat, vehementissime insectatur, verbis expressis dicit Neophytum Thessalonicam migravisse ibique consedisse (cf. versum 98 Matranga = 101 Dujčev *εἰς Θεσσαλονίκην τρέχει*). Unde colligere licet Ioannem Catrarem (siquidem Ioannes illud poema anacreonteum reapse scripsit, quod verisimillimum est) eadem in urbe, id est Thessalonicae, commoratum esse. Tum Catrares poeta, cum Neophyto exprobraret, quod litterarum antiquarum haud ita intellegens esset aestimator, se ipsum ostendit virum litteratissimum esse, quippe qui permultos poetas et scriptores novisse videretur. Itaque non dubito, quin Ioannes Catrares et scriba Hermippeus inter doctos illos philologos numerandi sint, qui Andronico II Palaeologo imperatore Thessalonicae floruerint. Idem Ioannes Catrares librarius strenuus videtur fuisse. Immo praeter eos, quos supra nominavi, codices Ioannis Catraris manum etiam in codice Vaticano graeco 1299 agnovi, quo Aelii Aristidis orationes continentur (de hoc codice cf. Pierre de Nolhac, *La bibliothèque de Fulvio Orsini* [Bibliothèque de l'École des Hautes Études. Sciences philologiques et historiques, 74], Paris 1887, pp. 180 sq., 347; Bruno Keil, *Aelii Aristidis Smyrnaei quae supersunt omnia* vol. II, Berolini 1898, p. xv).

Iam ad nostrum codicem Vaticanum graecum 175 redeamus. Hunc codicem ab Isidoro ⟨cardinali Rutheno⟩ lectum esse putabat Giovanni Mercati, *Scritti d'Isidoro il cardinale Ruteno e codici a lui appartenuti che si conservano nella Biblioteca Apostolica Vaticana* (Studi e Testi, 46), Roma 1926, pp. 67 sq., adnotatione admodum evanida nixus, quae in codicis operculi postici parte interiore in margine inferiore scripta est. Quam adnotationem + *καὶ τήν*[*δε* ... *Θ*]*εόδωρος ἀνέγνω βίβλον* nosmet legimus (fortasse in lacuna, quae nunc exstat, spatium inter voces intermissum est ita, ut nihil inter *τήνδε* et *Θεόδωρος* desideretur. Quod si ita fuit, haec nota dodecasyllabum explevit): *καὶ τ⟨αύτην ἰσ⟩ίδωρος ἀνέγνω βίβλον* legerunt Mercati-Franchi de' Cavalieri, *Codices*

Vaticani graeci I p. 202, et Giovanni Mercati, *Scritti d'Isidoro* p. 68. Certe haec nota ad Isidorum non pertinet. Tum eidem illi Isidoro Rutheno notas illas posteriores, quas supra in codice Vaticano gr. 175 exstare memoravimus, tribuendas esse Mercati, *op. laud.* p. 67, contendit. De Isidoro cardinali Rutheno (1380/90 1463) cf. etiam quae supra p. 96 adnotavimus.

De codice Vaticano graeco 175 ea conferri oportet, quae ad codicem ipsum enarrandum pertinent. Tum multa studia sunt vulgata, quae ad Ioannem Catrarem librarium aut ad Catrarem anacreonteorum poetam aut ad Hermippum dialogum aliosque dialogos, qui sub nomine Catraris falso feruntur, spectant. Praeter ea, quae iam supra attigi, hic quidem ea affero vel repeto, quae ad codicis descriptionem vel ad Ioannem Catrarem pernoscendum aut etiam ad quaestionem illam de Hermippo dialogo cognoscendam maximi momenti videantur esse. Itaque cf.: Mercati-Franchi de' Cavalieri, *Codices Vaticani graeci* I pp. 199–202, p. XXX; Iosephus Heeg, *Catalogus codicum astrologorum graecorum* V 3, Bruxellis 1910, pp. 3 sq.; Guilelmus Kroll et Paulus Viereck, *Anonymi Christiani Hermippus de astrologia dialogus*, Lipsiae 1895, pp. v sq.; François Lasserre, « Étude sur les extraits médiévaux de Strabon, » *L'Antiquité Classique* 28 (1959) pp. 51–53; Franciscus Sbordone, *Strabonis Geographica* vol. I, Romae 1963, p. LVI; Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 174; *Μ. 'Ι. Μανούσακας*, « *Στέφανος Κατράριος, ὁ πρῶτος γνωστὸς Ἕλληνας νοτάριος τῆς Χίου,* » *Εἰς μνήμην Κ. 'Αμάντου 1874–1960*, *'Αθῆναι* 1960, pp. 265–271, praesertim p. 267 n. 5 (in universum de gente Catrarea, quae in insula Chio inde a medio saeculo XIV floruerit, etiamque de nostro Ioanne Catrare); Giovanni Mercati, *Opere minori* vol. IV (Studi e Testi, 79), Città del Vaticano 1937, pp. 193–199; Giovanni Mercati, *Scritti d'Isidoro il cardinale Ruteno e codici a lui appartenuti che si conservano nella Biblioteca Apostolica Vaticana* (Studi e Testi, 46), Roma 1926, p. 25; S(ilvio) G(iuseppe) M(ercati), *Enciclopedia Italiana di scienze, lettere ed arti*, vol. IX (Istituto Giovanni Treccani, 1931) p. 469 s.v. Catrari, Giovanni; Karl Krumbacher, *Geschichte der byzantinischen Litteratur*,[2] München 1897, pp. 780 sq.; Theodor Nissen, *Die byzantinischen Anakreonteen* (Sitzungsberichte der Bayerischen Akademie der Wissenschaften. Philosophisch-historische Abteilung. Jahrgang 1940, Heft 3), München 1940, pp. 74 sq.; Gyula Moravcsik, *Byzantinoturcica*[2] (Berliner Byzantinistische Arbeiten, 10–11), Berlin 1958, I p. 324, II pp. 19 sq. — Vilh. Lundström, « Neophytos Prodromenos' botaniska namnförteckning, » *Eranos* 5 (1903–1904) pp. 153 sq., suspicatus est Neophytum illum a Catrare lacessitum eundem fuisse atque Neophytum Prodromenum, de quo (praeter Lundström pp. 150 sqq.) cf. Krumbacher, *Geschichte der byzantinischen Litteratur*[2] pp. 105, 632; A. Delatte, *Anecdota Atheniensia et alia*, tome II (Bibliothèque de la Faculté de Philosophie et Lettres de l'Université de Liége, fasc. LXXXVIII), Liége-Paris 1939, pp. 277 sqq. At res incerta videtur esse: cf. Giovanni Mercati, *Opere minori* IV (Studi e Testi, 79) p. 198; Giovanni Mercati, *Notizie di Procoro e Demetrio Cidone, Manuele Caleca e Teodoro Meliteniota ed altri appunti per la storia della teologia e della letteratura bizantina del secolo XIV* (Studi e Testi, 56), Città del Vaticano 1931, p. 47 n. 1. — Etiam de Hermippo dialogo cf.: Franz Boll, *Eine arabisch-byzantinische Quelle des Dialogs Hermippos* (Sitzungsberichte der

Heidelberger Akademie der Wissenschaften. Philosophisch-historische Klasse. Jahrgang 1912. 18. Abhandlung), Heidelberg 1912; Franz Boll, *Kleine Schriften zur Sternkunde des Altertums*, Leipzig 1950, pp. 192 sq., 202; Wilhelm Kroll, in Pauly-Wissowa, *Real-Encyclopädie der classischen Altertumswissenschaft* vol. VIII, Stuttgart 1913, col. 854–857 s.v. Hermippos 9; O. Neugebauer, *The Exact Sciences in Antiquity*,[2] Providence, Rhode Island, 1957, p. 172; Hans-Georg Beck, *Kirche und theologische Literatur im byzantinischen Reich*, München 1959, pp. 334, 801.

Tabula 99: A.D. 1322.

Codex Vaticanus graecus 38 chartaceus est, mm. 232 × 155, foliorum IV + 291. Insunt: Hesiodi Opera et Dies, Pythagoreorum Aureum carmen, Oppiani Halieutica, Theocriti idyllia, Aristophanis Plutus, Nubes, Ranae. Hic codex videtur e pluribus partibus alia alio tempore ab uno eodemque librario, ut mihi quidem videtur, scriptis constare. Utcumque res se habuit, pars Aristophanea (quae folia 192ʳ–285ᵛ complectitur) ab eo, qui eam certe exaravit, librario mense Novembri A.M. 6831 = A.D. 1322 in folio 285ᵛ subscripta est (cf. tab. **190e**): + *ἐγράφη τὸ παρὸν βιβλίον, κατ' ἔτος ,ϛωλα'* ⟦+⟧ (hac cruce insequentis litterae *μ* ductu cooperta tum atramento magis atro scriba perrexit) *μηνὶ νοεμβρίῳ* + In tabula **99** folium 267ʳ exprimendum curavimus, quod continet Aristophanis Ranarum versus 680–701 cum scholiis Thomae Magistri in Ran. 679, 682, 683, 684, 688/9 (quae edita invenies apud C. O. Zuretti, *Rivista di filologia e d'istruzione classica* 19 [1891] p. 113, 27–31; p. 113, 24–26; p. 114, 1–8; p. 114, 15–20). Per totam huius codicis partem Aristophaneam interlinearia quidem scholia etiamque scholiorum marginalium lemmata et personarum notae colore rubro exarata sunt. De hoc codice cf.: Mercati-Franchi de' Cavalieri, *Codices Vaticani graeci* I pp. 34 sq.; Hermann Schultz, *Die handschriftliche Überlieferung der Hesiod-Scholien* (Abhandlungen der Königlichen Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse. Neue Folge Band XII. Nro. 4.), Berlin 1910, p. 24; Carl Wendel, *Überlieferung und Entstehung der Theokrit-Scholien* (Abhandlungen der Königlichen Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse. Neue Folge. Bd. XVII, 2), Berlin 1920, p. 196; Carolus Gallavotti, *Theocritus quique feruntur bucolici graeci*,[2] Romae 1955, pp. 247, 252; A. Pertusi, *Aevum* 24 (1950) pp. 10 sqq.; A. Pertusi, *Atti dello VIII Congresso Internazionale di studi bizantini*, I = *Studi Bizantini e Neoellenici* 7 (1953) p. 179; Augustinus Pertusi, *Scholia vetera in Hesiodi Opera et Dies* (Pubblicazioni dell'Università Cattolica del S. Cuore. Nuova Serie. vol. LIII), Milano [1955], p. IX; *Νικόλαος Α. Λιβαδάρας, Ἱστορία τῆς παραδόσεως τοῦ κειμένου τοῦ Ἡσιόδου* («*Ἀθηνᾶ*» *σύγγραμμα περιοδικὸν τῆς ἐν Ἀθήναις Ἐπιστημονικῆς Ἑταιρείας. Σειρὰ διατριβῶν καὶ μελετημάτων*, 1), *ἐν Ἀθήναις* 1963, pp. 180 sq. Animadvertas velim John Williams White, «The Manuscripts of Aristophanes. I,» *Classical Philology* 1 (1906) p. 17, errore numerum cod. Vatic. gr. 37 pro 38 rettulisse eiusdemque codicis partem Aristophaneam haud ita diligenter indicavisse.

Tabula 100: A.D. 1322/1323.

Codex Vaticanus graecus 980, chartaceus, mm. 235 × 155, foliorum 309, lineis 23–26 in singulis paginis scriptus, continet Ioannis Zonarae Epitomae historiarum libros XII cap. 31 - XVIII. Subscriptus quidem est A.M. 6831 = A.D. 1322/1323 in folio 308ᵛ (cf. tab. **191a**): + *ἐτελειώθ(η) τὸ παρὸν βιβλίον, ἐν ἔτει ,ϛω̅λα'·* | *ἰν(δι-κτιῶνος) ἕκτης:* + Idem librarius in folii [303bis] inter folia 303 et 304 inserti, quod numero caret, pagina versa hanc notam de filio die 20 Iunii A.M. 6834 = A.D. 1326 nato scripsit: + *ἐγεννήθ(η) ὁ υἱός μου ὁ Νικόλ(αος) ἐν τῷ προικοδοτηθέντι μοι οἰκή-μ(α)τι κ(α)τ(ὰ)* | *τὴν κ' τοῦ ἰουνί(ου) μηνός: τῆς θ' ἰν(δικτιῶνος)· τοῦ ,ϛου̅ωλδ' ἔτους:* – Quod in tabula **100** expressimus, folium 213ᵛ continet verba Ioannis Zonarae Epitomae historiarum libri XVII cap. 3, 14–23 (ed. Theodorus Büttner-Wobst, *Ioannes Zonaras* III [Corpus Scriptorum Historiae Byzantinae], Bonnae 1897, pp. 534, 4 — 535, 8; Migne, *Patr. Gr.* 135 col. 144 A 14 — B 16). Scholium, quod in sinistro margine exstat, edidit Büttner-Wobst, *Zonaras* III p. 535 infra textum. Codicem olim quidam Bolenus sacerdos possidebat, quod docet possessoris nota in illo folio [303bis]ᵛ facta: † *ἡ βίβλος αὕτη ἐστὶν ἱερέως τοῦ Βολην(οῦ).* De hoc codice cf.: Theodor Büttner-Wobst, *Byzantinische Zeitschrift* 1 (1892) pp. 237, 221; U. Ph. Boissevain, *Byzantinische Zeitschrift* 4 (1895) p. 256.

Tabulae 101 et 102: A.D. 1322/1323.

Codex Palatinus graecus 120, chartaceus, mm. 212 × 147, foliorum 184, continet s. Ioannis Climaci Scalam Paradisi. Scriptus est a duobus librariis, quorum unus folia 1ʳ–45ᵛ, alter Stephanus sacerdos folia 46ʳ–184ᵛ exaravit idemque subscriptionem in folio 184ᵛ fecit, cuius duae primae lineae peculiari scriptura arcana exaratae (quam a Rev.mo Paulo Canart viro doctissimo adiutus solvi) nomen librarii exhibent, tertia vero linea tempus videlicet codicis absoluti A.M. 6831 = A.D. 1322/1323 prodit (f. 184ᵛ — cf. tab. **191b**): † *ἐγραφη δια χειρὸ(ς) ἐμοῦ Στε|φανου ιερεως:* | † *ἔτο(ς) ,ϛωλα ἰν(δι-κτιῶνος) ϛ'* + Cum subscriptio tantum ad folia 46–184 referenda sit, de codicis initio folia 1–45 complectente, quo anno scriptum sit, nihil pro certo dici potest, licet suspicemur etiam illam partem aetate supparem esse. Quin haud scio an hic codex a quodam sodali Stephani sacerdotis paulo antea scribi coeptus sit. Attamen in re incerta nullum ex illa parte fol. 1–45 includente exemplum exprimere constitui. Verum in tabula **101** folium 75ᵛ a Stephano sacerdote eo, qui codicem subscripsit, exaratum exhibemus, quod continet verba s. Ioannis Climaci Scalae Paradisi gradus 14 (ed. Migne, *Patr. Gr.* 88 col. 868 A 7 — B 14). In eadem codicis parte a Stephano scripta alius quidam scriba locum exaravit, qui inde a folii 82ᵛ linea 5 usque ad folii 83ʳ lineam 3 pertinet. Quippe patet amanuensem quendam hanc parvulam operam librario principali

Stephano praestitisse. Cuius amanuensis aequalis scripturam ut ostenderemus, in tabula **102** folium 82^{v} expressimus, quod continet verba s. IOANNIS CLIMACI SCALAE PARADISI gradus 15 (ed. Migne, *Patr. Gr.* 88 col. 888 B 1 — D 1). In qua pagina primae quattuor lineae manu Stephani sacerdotis, qui codicem subscripsit, exaratae sunt, quod agnoscere poteris, si tabulam 101 praecedentem comparabis; reliqua vero pagina inde a linea 5 illi amanuensi, quem modo indicavi, debetur. De hoc codice cf. Stevenson, *Codices manuscripti Palatini graeci* p. 57; de codicis tegumento cf. Ilse Schunke, *Die Einbände der Palatina in der Vatikanischen Bibliothek*, Band 2 (Studi e Testi, 218), Città del Vaticano 1962, p. 909.

Tabula 103: A.D. 1323/1324.

Codex Barberinianus graecus 503 (olim IV. 85), membranaceus, mm. 280 × 215, foliorum III + 267, continet s. Pauli Epistulas cum Oecumenii* commentario in marginibus scripto. Exaravit codicem Ioannes Pepagomenus [III], qui subscriptionem A.M. 6832 = A.D. 1323/1324 in folio 265^{r} fecit fere totam dodecasyllabis decurrentem anni et indictionis nota excepta et ultimo versu ob articulum cognomini praefixum nonnihil laborante (cf. tab. **191c**): † *ἵλαθοι Χ(ριστ)ὲ τῷ γράψαντι τὸ τεῦχος:* – (est dodecasyllabus) *ἔτους ϛω̄λβ ἰν(δικτιῶνος) ϛ* + | his quidem rubro colore exaratis (animadvertas A.M. 6832 indictionem fuisse septimam, non sextam). Tum librarius atramento perrexit (dodecasyllabos infra separatim disponimus):

+ *ὁ τουτὶ γράψας τὸ τεῦχος σοφωτάτ(ο)ν·*
Παύλου τοῦ τρισμάκαρος ἀρρητολόγου;
Χ(ριστ)ὲ σ(ωτ)ὴρ ὄ[[ρ]]ρεξον ἀρρωγῆς χεῖρα |
τοῦ γράφειν ὀρθῶς, τὰς [θεοπνεύ]σ̣τ̣ους βίβλους:
Ἰω(άννη)ς πέφυκεν, ὁ Πεπαγωμένο(ς) +

(cf. Karl Staab, *Die Pauluskatenen nach den handschriftlichen Quellen untersucht* [Scripta Pontificii Instituti Biblici], Roma 1926, p. 104). Sane ultimus versus articulo omisso bonus evasisset dodecasyllabus. Hic Ioannes Pepagomenus, quem nota III designari volumus, alius est atque librarius eiusdem nominis Ioannes Pepagomenus I, qui codicem Vaticanum graecum 932 anno 1319 scripsit (cf. supra p. 116 atque cf. tabulas 95 et 186d). Qui multo recentior eodem nomine praeditus librarius Ioannes Pepagomenus II fuit, id est scriba codicis Vaticani graeci 686 anno 1373 exarati (cf. infra p. 167 atque tabulas 145 et 202a) et codicis Veneti Marciani graeci 576 (num. colloc. 907) anno 1374 exarati, certe diversus homo fuit, quod expectandum erat (cf. Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 185). De nomine *Πεπαγωμένος* cf. quae supra p. 116 adnotavimus. Quod in tabula **103** exprimendum curavimus, folium 205^{r} verba exhibet s. PAULI EPISTULAE I AD TIMOTHEUM 3, 1–8 CUM COMMENTARIO OECUMENII* in marginibus scripto (ed. Migne, *Patr. Gr.* 119 col. 157 C 10 — 161 A 9).

In folio 265^{v} manu posteriore litterulae ad quendam Georgium Psaropulum datae scriptae sunt: † *εὐγενέστατ(ε)· ἐνδοξώτ(α)τ(ε)· καὶ πάσ(ης) τοιμῆς αξιε· ἐμ̣ο̣ὶ̣* |

δὲ αὐθέντοι· ἀδελφὲ· δέωμαι κ(ύριο)ν τὸν θ(εὸ)ν τοῦ | ἐβρῦν σε· ἡ γραφή μου· ἐν ἰγία· καὶ χαρᾶ· επὴν | καὶ ἥμῖς· ἐλέ(ῳ) κ(υρίο)υ θ(εο)ῦ ζοῦμεν· μέχρι τοῦ νῦν· να γινώ|σκης· | τῶ αγιώ μυ | † τῶ ἁγιώ μοι· αὐθ(έν)τ(ῃ)· καὶ π(ατ)ὴρ· κυ(ρ)ῶ | Γεωργ(ίῳ)· τῶ Ψαροπούλ(ῳ)· δωθείη· | Infra subsequitur nota latina, qua, ut videtur, Nicolaus Psaropullus hanc epistulam magistro navis Francisco Vasello proprie perferendam permisit. Etiam alia nota latina alterius argumenti adiecta est fortasse diversa manu scripta (in harum notarum latinarum lectione enucleanda Rev.mus José Ruysschaert vir doctissimus benevolentissime me adiuvit).

De hoc codice cf.: Seymour de Ricci, « Liste sommaire des manuscrits grecs de la Bibliotheca Barberina, » *Revue des bibliothèques* 17 (1907) p. 117; Caspar René Gregory, *Textkritik des Neuen Testamentes* I, Leipzig 1900, p. 304 (sub Paulinische Briefe 213); C. R. Gregory, *Die griechischen Handschriften des Neuen Testaments*, Leipzig 1908, p. 108 (siglo indito 1952); Hermann von Soden, *Die Schriften des Neuen Testaments* [2] I 1, Göttingen 1911, p. 277 (siglo indito $O^{\pi 40}$); Karl Staab, *Die Pauluskatenen nach den handschriftlichen Quellen untersucht* (Scripta Pontificii Instituti Biblici), Roma 1926, pp. 104 sqq.; Kurt Aland, *Kurzgefasste Liste der griechischen Handschriften des Neuen Testaments*, I (Arbeiten zur neutestamentlichen Textforschung, 1), Berlin 1963, p. 163 (siglo Gregoryano 1952 recepto).

Tabulae 104 et 105: A.D. 1326/1327.

Codex Vaticanus graecus 605, chartaceus, mm. 220 × 145, foliorum IV + 284, lineis 30 in singulis paginis a duobus librariis una huic codici operam navantibus exaratus, continet Isaac Syri sermones asceticos. Et quidem unus librarius folia 1^r–136^v et 209^r–282^v, alter folia 137^r–208^v scripsit. Ille vero scriba codicem videlicet absolutum A.M. 6835 = A.D. 1326/1327 esse nota in folii 280^v margine inferiore facta significavit (cf. tab. **191d**): + *ἔτους ,ϛω'λε' ἰν(δικτιῶν)ος ι*: – Qui codicem subscripsit, librarius principalis videtur fuisse, namque etiam partem ab altero scriba exaratam ipse recognovit et correxit. Ut amborum librariorum manus illustraremus, primum in tabula **104** folium 243^v expressimus ab eo, qui temporis notam fecit, librario scriptum, quo folio continentur verba Isaac Syri sermonis ascetici 19 (ed. *Ἰωακεὶμ Σπετσιέρης, Τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἰσαὰκ ἐπισκόπου Νινευὶ τοῦ Σύρου τὰ εὑρεθέντα ἀσκητικά, ἐν Ἀθήναις* 1895, pp. 69, 12 — 70, 13). Tum in tabula **105** folium 204^r expressimus e parte ab altero librario scripta depromptum, quod continet verba Isaac Syri sermonis ascetici 4 (ed. Spetsieres pp. 16, 25 — 17, 17). De hoc codice cf. Devreesse, *Codices Vaticani graeci* III pp. 7–10.

Tabula 106: A.D. 1329.

Codex Vaticanus graecus 1566, chartaceus, mm. 215 × 145, foliorum IV + 224, lineis 23 in singulis paginis exaratus, continet opera iuridica Byzantina. Huius codicis scriba idemque possessor Cyrillus monachus, oeconomus monasterii S. Nicolai *τῆς Καμενικείας*, duas notas, unam rubro colore, alteram atramento, die 13 Septembris A.M. 6838 = A.D. 1329 in folio 220ʳ scripsit (cf. tab. **192a**). Et quidem haec sunt rubra: *Τῷ δὲ θ(ε)ῷ ἡμῶν ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, τῶν | αἰώνων ἀμήν: – δόξα σοι ὁ θ(εὸ)ς· δόξα σοι· | δόξα σοι ἁγία τριάς: τῷ ἔχοντι καὶ γράψαντι X(ριστ)έ μου σῶσον:· ἔτους ,ςωλη':· | μηνὶ σεπτ(εμβ)ρ(ίῳ) ιγ ἡμέρ(ᾳ) τοῦ αὐτ(οῦ) σεπτ(εμβ)ρ(ίου)· ἡμέρ(ᾳ) ε':· ὥρ(ᾳ) ι': – | ἰν(δικτιῶνος) ιγ': –* | (feriam quartam, non quintam indicare debuit scriba). Haec vero subsequuntur eadem manu atramento exarata: + *ἡ βίβλος αὕτη, μοναχοῦ Κυρίλλου· καὶ | οἰκονόμονος τοῦ ἁγίου Νικολάου τῆς Κα|μενικείας*:· +++ (monasterium S. Nicolai *τῆς Καμενικείας* prope Serras in Macedonia situm inde ab anno 1321 ad monasterium Athoum Chilandarii pertinebat: cf. J. Darrouzès, *Revue des études byzantines* 9 [1951] p. 178; Louis Petit et B. Korablev, *Actes de Chilandar* [Actes de l'Athos, V], [Vizantijskij Vremennik. Priloženie k XVII tomu. No. 1], Sankt-peterburg 1911, sub numeris 20, 22, 64, 74, 75, 83, 89, 94, 114, 146). Quod in tabula **106** expressimus, folium 186ᵛ continet verba MICHAËLIS ATTALIATAE OPERIS DE IURE SIVE PRAGMATICES tituli *ις'* (ed. J. Zepos et P. Zepos, *Jus Graecoromanum* vol. VII, Athenis 1931, p. 435, 9–23). Hic codex, priusquam Bibliothecae Vaticanae accessit, in bibliotheca Collegii Graecorum Romae fuit (cf. Pierre Batiffol, «La Vaticane depuis Paul III,» *Revue des questions historiques* 45 [1889] p. 183 n. 1, p. 191). Codicem enarravit Giannelli, *Codices Vaticani graeci. Codices 1485–1683*, pp. 158–160; cf. Robert Devreesse, *Introduction à l'étude des manuscrits grecs*, Paris 1954, p. 210 n. 4.

Tabula 107: A.D. 1330/1331.

Codex Vaticanus graecus 542, membranaceus, mm. 280 × 213, foliorum II + 369 + I, lineis 29 in singulis paginis scriptus, continet: s. Ioannis Chrysostomi in Ioannem homilias et Andreae Caesariensis commentarium in Apocalypsin. Et quidem codicis subscriptio A.M. 6839 = A.D. 1330/1331 in folio 369ʳ colore rubro facta est (cf. tab. **191e**): + *ἔτους ,ςω̅λ̅θ̅' ἰν(δικτιῶνος), ι̅δ̅*: + In Andreae Caesariensis commentario sectiones textus et commentarii vocibus *κείμενον* et *ἑρμν* aut *ἑρμν'* (= *ἑρμηνεία*) rubro liquore pictis inscriptae alternis dispositae se excipiunt. Quod in tabula **107** expressimus, folium 308ᵛ locum continet ANDREAE CAESARIENSIS COMMENTARII IN APOCALYPSIN (ed. Migne, *Patr. Gr.* 106 col. 313 A 2 — C 6; ed. Josef Schmid, *Studien zur Geschichte des griechischen Apokalypse-Textes* [Münchener Theologische Studien. I. Historische Abteilung, 1. Ergänzungsband], 1. Teil, Text, München 1955, pp. 114,

6 — 115, 8). Voce *κείμενον* inscripti et in marginibus notis additis insigniti sunt loci Apocalypsis 11, 7–8 et 11, 9. De hoc codice cf.: Devreesse, *Codices Vaticani graeci* II pp. 406 408; Caspar René Gregory, *Textkritik des Neuen Testamentes* I, Leipzig 1900, p. 323 (sub Apokalypse 153); C. R. Gregory, *Die griechischen Handschriften des Neuen Testaments*, Leipzig 1908, p. 111 (siglo indito 2060); Hermann von Soden, *Die Schriften des Neuen Testaments*² I 1, Göttingen 1911, p. 285 (siglo indito $A\nu^{42}$); H. C. Hoskier, *Concerning the Text of the Apocalypse*, London 1929, I pp. 381-387, 544 sq.; II p. 16, passim (siglo 114 indito); Josef Schmid, *Studien zur Geschichte des griechischen Apokalypse-Textes* (Münchener Theologische Studien. I. Historische Abteilung, 1. Ergänzungsband), 1. Teil, Einleitung, München 1956, p. 38; Kurt Aland, *Kurzgefasste Liste der griechischen Handschriften des Neuen Testaments*, I (Arbeiten zur neutestamentlichen Textforschung, 1), Berlin 1963, p. 169 (siglo Gregoryano 2060 recepto).

Tabula 108: A.D. 1330/1331.

Codex Vaticanus graecus 2205, bombycinus et chartaceus, mm. 255 × 187, foliorum III + 381, lineis 21–25 in singulis paginis scriptus est. Insunt Eusebii Caesariensis opera historica haec: (f. 1ʳ) Historia ecclesiastica, (f. 232ᵛ) Laus Constantini, (f. 277ʳ) Vita Constantini; et (f. 360ᵛ–381ʳ) Constantini imp. Oratio ad sanctum coetum. Codicem scripsit Georgius lector, quod ipsius librarii nota in folio 276ᵛ exarata demonstrat (cf. tab. **192b**): † *μέμνησο Γεωργίου ἀναγνώστου ἁμαρτωλοῦ*: – | † *θ(εο)ῦ δηδόντος, οὐδὲν ἰσχύει φθόνος. καὶ μὴ δηδόντος, οὐδὲν* | *ἀνύει κόπος* + (animadvertas subiunctos hosce duos trimetros, qui sunt versus s. Gregorii Nazianzeni carm. I 2, 32 vv. 127–128: ed. Migne, *Patr. Gr.* 37 col. 926). Atque idem librarius hunc codicem mandatu Michaëlis Callicrenitae, praesidis cubiculi (scilicet imperialis in palatio Constantinopolitano), scriptum A.M. 6839 = A.D. 1330/1331 absolvit teste subscriptione in folio 381ʳ exarata (cf. tab. **192c**): *Ἐγράφ(η) ἐξ επητροπῆς τοῦ πανσεβάστου προκαθημένου τοῦ κοιτῶνος* | *κυροῦ Μιχ(αὴλ) τοῦ Καλικρινήτου. ἐν ἔτη* ⟦..⟧ *,ςω̅ ω̅λθ* (hoc theta ipse librarius se in scribendo corrigens scripsit) | *ἰν(δικτιῶνος) ιδ* + Indictio 14 reapse in A.M. 6839 cadit, ut illud theta rectum esse necessario statuamus. *Προκαθήμενος τοῦ κοιτῶνος* explanatur apud Carolum Du Fresne, Dominum Du Cange, *Glossarium ad Scriptores mediae & infimae graecitatis*, Lugduni 1688 = Graz 1958, I col. 1240 s.v.; cf. etiam: Ioannis Phacrasis carmen de officiis v. 86 (ed. *Σ. Π. Λάμπρος, Νέος Ἑλληνομνήμων* 13 [1916] p. 28); Rodolphe Guilland, « Fonctions et dignités des Eunuques, » *Études byzantines* 2 (1944) p. 198. Idem Michaël Callicrenites in rerum Byzantinarum anno 1321 gestarum expositione memoratur a Ioanne Cantacuzeno, Histor. I 13 et I 19 (ed. Ludovicus Schopen, *Ioannis Cantacuzeni eximperatoris historiarum libri IV*, vol. I [Corpus Scriptorum Historiae Byzantinae, pars XX, vol. I], Bonnae 1828, p. 64, 13 sqq. et p. 94, 14 sqq.; ed. Migne, *Patr. Gr.* 153 col. 128 A 14 sqq. et col. 161 A 8 sqq.); cf. Franz Dölger, *Regesten der Kaiserurkunden des oströmischen Reiches von 565–1453*, 4. Teil, München-Berlin 1960, p. 85 num. 2453, p. 88 num. 2463; de Michaële Calli-

crenita oratore ad Armenios et Turcas an. 1330–1331 misso cf. Dölger, *Regesten* 4. Teil p. 144 num. 2758 et 2759. Quippe verisimillimum est hunc codicem Constantinopoli exaratum esse. In tabula **108** expressimus folium 82^{v} (chartaceum), quod verba exhibet EUSEBII CAESARIENSIS HISTORIAE ECCLESIASTICAE IV 17, 12 — 18, 3 (ed. Eduard Schwartz, *Eusebius Werke* vol. II, 1 [Die griechischen christlichen Schriftsteller der ersten drei Jahrhunderte, vol. IX, 1], Leipzig 1903, pp. 362, 14 — 364, 13).

In foliis praeviis II^{r} III^{v} membranaceis, binis columnis in singulis paginis saeculo XI, ut videtur, exaratis exstant (quae agnovit Ioannes cardinalis Mercati nota in inventario Vaticano 324 fol. 199^{v} scripta etiamque notula in fol. I^{r} ipsi codici praefixa) fragmenta vitae s. Mariae Aegyptiacae a s. Sophronio patriarcha Hierosolymitano* compositae et a Symeone Metaphrasta in Menologium insertae (cf. Halkin, *Bibl. Hagiogr. Gr.*^{3} num. 1042). Quae exstant in foliorum II^{r}–III^{v} octo columnis huius vitae verba, ea invenies edita apud Migne, *Patr. Gr.* 87 col. 3705 D 5 — 3708 A 6; 3708 A 11 — B 1; 3708 B 7–15; 3708 C 3–12; 3708 C 17 — D 5; 3708 D 10 — 3709 A 3; 3709 A 8–16; 3709 B 6–13.

Codicem olim possidebat Ioannes cardinalis Salviati (1490–1553), cuius nota in fol. 1^{r} comparet: *Io: car: de Salviatis*; tum in bibliotheca gentis romanae Colonna usque ad annum 1821 asservatus est (numeratus *Columnensis 44*): cf. Carlo Frati, *Dizionario bio-bibliografico dei bibliotecari e bibliofili italiani* (Biblioteca di bibliografia italiana, XIII), Firenze 1933, pp. 510, 178. De hoc codice cf. Eduard Schwartz, *Eusebius Werke* vol. II, 3 (Die griechischen christlichen Schriftsteller der ersten drei Jahrhunderte, vol. IX, 3), Leipzig 1909, pp. XXI sq.; Friedhelm Winkelmann, *Die Textbezeugung der Vita Constantini des Eusebius von Caesarea* (Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altchristlichen Literatur, 84), Berlin 1962, pp. 9, 53–57.

Tabula 109: A.D. 1331.

Codex Vaticanus graecus 735, chartaceus, mm. 225 × 155, foliorum I + 331, saeculi XIV, e duabus partibus una compactis constat, quae a duobus librariis diversis scriptae sunt. Quarum una folia 1^{r}–198^{v} complectens (ita ut folia 191–198 inter folia 159 et 160 locum tenere debeant) s. Ioannis Climaci Scalam Paradisi continet; altera, quae foliis 199^{r}–327^{v} continetur, varia sacra praecipue ascetica exhibet; reliqua folia 328^{r}–331^{v} varia opera aliis manibus exarata continent. Ad nos sola pars prima foliis 1–198 constans pertinet, quippe quae ab horum foliorum librario die 29 Martii A.M. 6839 = A.D. 1331 in folio 190^{r} rubro colore subscripta sit (cf. tab. **192d**): *τέλος εἴληφεν ἡ θεία* (*θεῖα* ante corr.) *βίβλος αὕτη· | μη(νὶ) μαρτ(ίῳ) κθ ἔτ(ους) ,ϛωλθ ἰν(δικτιῶνος)* (*ἐν*- ante corr.) | *ιδ*. In tabula **109** expressimus folium 163^{r}, quod verba continet s. IOANNIS CLIMACI SCALAE PARADISI gradus 28 (ed. Migne, *Patr. gr.* 88 col. 1140 A 10 — C 4). De hoc codice cf. Devreesse, *Codices Vaticani graeci* III pp. 242–246.

Tabula 110: A.D. 1335/1336.

Codex Palatinus graecus 7, chartaceus, mm. 276 × 198, foliorum 200, continet Batrachomyomachiam, Homeri Odysseam scholiis marginalibus instructam, et Theodori Prodromi Catomyomachiam. Codicem subscripsit A.M. 6844 = A.D. 1335/1336 Georgius Chrysococces [I] subscriptione partim arcana colore rubro in folio 197ʳ facta (cf. tab. **193a**): + *ἐτελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον διὰ χειρὸς ἐμοῦ δς῀λσδίκπφυπ̃φψσφ|τπλήλλθ ἐν ἔτει ͵ξω̃μδ'· ἰν(δικτιῶνος) δ̄* + Huius quidem loci arcani ratio cryptographica ea est, ut pro unaquaque littera scripta ea, quae in alphabeto praecedit, littera intellegenda sit, ut hunc locum arcane scriptum hoc dicere appareat: *Γεωργίου τοῦ Χρυ|σοκόκκη*, quod idem ipse scriba, ut videtur, supra lineas aperte perscripsit (cf. V. Gardthausen, *Griechische Palaeographie*[2] II, Leipzig 1913, p. 302). Hic Georgius Chrysococces I alius est atque vir eiusdem nominis atque cognominis, qui saeculo XV floruit cuiusque manu scriptos codices Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* pp. 86 sq., enumeraverunt (etiam codice Palatino graeco 7 iniuria illic p. 87 relato); eiusdem Georgii Chrysococcis [II] saeculo XV attribuendi scripturae exemplum expressum invenies apud Henri Omont, *Fac-similés de manuscrits grecs des XVᵉ et XVI siècles*, Paris 1887, tab. 20. Noster vero Georgius Chrysococces I oportet idem sit atque doctissimus ille Georgius Chrysococces medicus idemque astronomiae peritissimus, qui circa A.D. 1346 floruit (cf. U. Lampsides, « Georges Chrysococcis, le médecin, et son œuvre, » *Byzantinische Zeitschrift* 38 [1938] pp. 312–322, praesertim p. 314 n. 3 de hoc codice Palatino; Karl Krumbacher, *Geschichte der byzantinischen Litteratur*,[2] München 1897, pp. 622 sq.; Hermann Usener, *Kleine Schriften* III, Leipzig-Berlin 1914, pp. 350–353, 356–371; *Σπυρ. Π. Λάμπρος, Νέος Ἑλληνομνήμων* 15 [1921] pp. 332–336; Robert Devreesse, *Introduction à l'étude des manuscrits grecs*, Paris 1954, p. 241; Ihor Ševčenko, *Études sur la polémique entre Théodore Métochite et Nicéphore Choumnos* [Corpus Bruxellense Historiae Byzantinae. Subsidia, 3], Bruxelles 1962, pp. 10 n. 1, 115). Quibus rebus perpensis quivis perspiciet Stevensonum loco infra laudato erravisse, cum anni notam in codicis Palatini graeci 7 subscriptione inclusam mendo laborare suspicaretur. Quod in tabula **110** exhibemus, folium 46ᵛ versus HOMERI ODYSSEAE ε 319–350 SCHOLIIS INSTRUCTOS continet (ed. Gulielmus Dindorfius, *Scholia graeca in Homeri Odysseam* tom. I, Oxonii 1855, p. 277, 2–8; p. 277, 19–23; p. 278, 8–10; pp. 278, 15 — 279, 9; p. 279, 11–19; p. 280, 1–3; p. 280, 19–24; pp. 277, 29 — 278, 5; p. 280, 3–5; pp. 280, 31 — 281, 2; p. 281, 7–8). De hoc codice cf.: Stevenson, *Codices manuscripti Palatini graeci* pp. 4 sq.; Arthur Ludwich, *Die homerische Batrachomachia des Karers Pigres nebst Scholien und Paraphrase*, Leipzig 1896, p. 49 (siglo in Batrachomachiae editione Pᵖ usurpato); Thomas W. Allen, « The Text of the Odyssey, » *Papers of the British School at Rome*, vol. V, London 1910, pp. 12, 29 sqq. (pro Odyssea siglo R 8 indito); Thomas W. Allen, *Homeri opera* tom. III,[2] Oxonii [1917], p. XI (pro Odyssea siglo R^8 indito); tom. V, Oxonii [1912], p. 167 (pro Batrachomyomachia siglo V^8 indito); de codicis tegumento cf. Ilse

Schunke, *Die Einbände der Palatina in der Vatikanischen Bibliothek*, Band 2 (Studi e Testi, 218), Città del Vaticano 1962, p. 909.

Tabula 111: A.D. 1336/1337.

Codex Reginensis graecus 22, chartaceus, mm. 305 × 200, foliorum 218, lineis 29 in singulis paginis scriptus, continet s. Anastasii Sinaitae homiliam in psalmum VI et s. Ioannis Climaci Scalam Paradisi. Codicem Agathon monachus A.M. 6845 = A.D. 1336/1337 rubro colore subscripsit in folio 216v (cf. tab. **193b**): † *Ἐτελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον, διὰ χειρὸ(ς) | ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ τάχα καὶ μοναχοῦ | Ἀγάθωνος, ἐν ἔτει ,ςωμε̅ ἰνδικτιῶνος | πέμπτης· καὶ οἱ ἀναγινώσκοντες, | εὔχεσθέ μοι διὰ τὸν κ(ύριο)ν, ὅπως ἵλεώς | μοι γένηται ὁ κ(ύριο)ς ἐν τῇ ἡμέρα τῆς κρίσ(ε)ως:* + Haec subscriptio certe ante diem 1 Maii A.M. 6845 = A.D. 1337 exarata est, namque in eiusdem folii 216v parte ima notitia de morte cuiusdam Georgii-Gerasimi monachi illo die vita defuncti exstat ab ipso codicis librario, ut videtur, scripta: † *ἐκοιμήθη ὁ δοῦλος τοῦ θ(εο)ῦ Γεώργιος ὁ ἀγαπη|τός· ὁ διὰ τοῦ θείου καὶ ἀγγελικοῦ σχήματος, | μετονομασθεὶς Γεράσιμος μοναχός· μηνὶ | μαΐω α̅ην· ἰν(δικτιῶνος) ε̅ηκ· ἔτους, ,ςωμε̅:* Quod in tabula **111** exhibemus, folium 36v verba continet s. Ioannis Climaci Scalae Paradisi gradus 3 (ed. Migne, *Patr. Gr.* 88 col. 665 D 3 — 668 A 13). De hoc codice cf.: Stevenson, *Codices manuscripti graeci Reginae Svecorum et Pii PP. II* pp. 16 sq.; Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 1.

Tabula 112: A.D. 1339.

Codex Reginensis graecus 42, partim membranaceus, partim chartaceus est ita, ut in multis fasciculis folia chartacea cum membranaceis coniuncta exstent saepeque ternio chartaceus bifolio membranaceo exteriori insertus sit, mm. 215 × 145, foliorum I + 281 + II, lineis 31 in singulis paginis scriptus. Continet s. Ephraem Syri varia opuscula. Et quidem manu librarii Nicolai Calibardi anagnostae mense Iunio A.M. 6847 = A.D. 1339 in folio 281r subscriptus est (cf. tab. **193c**): † *ἐπληρώθη ὁ παρὼν Ἐφραὶμ, διὰ | χειρὸς κἀμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ, Νικολάου | ἀναγνώστου τοῦ Καλιβαρδου·* (supra ι litteras ου add. man. post.) | *ἐν μην(ὶ) ἰουνί(ῳ) ἰν(δικτιῶνος) ζ̅· ἔτους· ,ς|ωμ̅ ἑβδόμω:·* | + *δόξα Χ(ριστ)ῶ τῶ θ(ε)ῶ τῶ | δόσαντι ἀρχ(ὴν) καὶ τέλ(ος) ἀμήν*: In tabula **112** folium 133r (chartaceum) expressimus, quo continentur verba s. Ephraem Syri sermonis de paenitentia (ed. Iosephus Simonius Assemanus, *Ephraem Syri opera omnia quae exstant Graece, Syriace, Latine.* Tomus I Graece, et Latine, Romae 1732, pp. 152 E 4 — 153 B 4). De hoc codice cf.: Stevenson, *Codices manuscripti graeci Reginae Svecorum et Pii PP. II* pp. 30 sq.; Hagiographi Bollandiani et Pius Franchi de' Cavalieri, *Catalogus codicum hagiographicorum graecorum Bibliothecae Vaticanae*, Bruxellis 1899, p. 232; Albert Ehrhard, *Überlieferung und Bestand der hagiographischen und homiletischen Lite-*

ratur der griechischen Kirche. Erster Teil: *Die Überlieferung.* III. Band, 2. Hälfte, 1./2. Lieferung (Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altchristlichen Literatur, Band 52 II, 1/2), Berlin-Leipzig 1952, pp. 999 sq.; Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 348.

Tabulae 113 et 114: A.D. 1340.

Codex Vaticanus graecus 920, chartaceus, foliorum refectorum partis primae forma mm. 215 × 145, partis alterius mm. 255 × 183 (sed foliorum, priusquam refecta sunt, per totum codicem forma pristina fuerat mm. 215 × 145), foliorum numero 353, in duas partes divisus est (I: fol. 1–174; II: fol. 175–353). Insunt: (f. 1ʳ) Aristophanis Plutus, Nubes, Ranae; (f. 81ᵛ) Sophoclis Aiax, Electra, Oedipus Tyrannus; (f. 222ʳ) Aeschyli Prometheus, Septem contra Thebas, Persae; (f. 289ʳ–352ᵛ) Pindari Olympia; haec omnia scholiis instructa sunt. Codex saeculo XIV scriptus est a pluribus librariis. Quorum unus, cui nomen erat Demetrius, notam in folio 81ʳ scripsit: + ᾽ὦ *Χ(ριστ)ὲ βοήθει μοι τῶ σῶ οἰκέτοι Δημητρίω ἵνα γράψω κα|λῶς, δια τοῦ ἐλέου σου μεγά(λου) Ἰω(άννη) Χρυσιόστομαι βοή|θει μοι διὰ* (ita desinit). Alius scriba Meletius hanc notam colore rubro in folio 89ʳ fecit: † *Κ(ύρι)ε Ἰ(ησο)ῦ Χ(ριστ)ὲ υἱὲ τοῦ θ(εο)ῦ ἐλεῆσον* (altero *ε* ex *αι* facto), *τὸν ἁμαρτολὸν | Μελέτιον, καὶ ἡ ἐντυγχάνοντες τὴν βήβλον ταῦ-την, | εὔχεσθε ὑπερ ἀυτοῦ, ὅτι οὐκ εστιν εἶδος κακίας ὃ οὐ|κ εποῖησεν· ἐπα⟦λα⟧λη-θείας γὰρ ὁ ἄθλησος, | ὑπερέβην καὶ τῇ κακία τοῦς δαίμονας:+* Quippe sola pars Sophoclea temporis nota instructa est. Etenim in calce partis Sophocleae folia 81ᵛ–221ᵛ complectentis librarius, qui huic quidem parti scribendae praefuisse videtur ipseque nonnulla folia Sophoclea (velut fol. 188ʳ, 196ʳ, 221ᵛ) exaravit in aliisque foliis quaedam scholia adiecit (et adeo quaedam folia Aeschylea in codicis parte insequenti scripsit), hanc adnotationem die 20 Martii A.M. 6848 = A.D. 1340 in folio 221ᵛ fecit (cf. tab. **194a**): † *Ἐτελειώθη τὸ παρὸν βι|βλίον, διὰ χειρὸς ἐμοῦ | τοῦ ἁμαρτωλ(οῦ),* ⟦– – –⟧.*υ τοῦ* | ⟦– – –⟧ + *τῶ ͵ζ̄ῶ·ω̄ῶ·μ̄ῶ|η̄ω, ἔτει ἰν(δικτιῶνος) η̄ης′, μηνὶ μαρτίῳ κ̄η′. ἡμέρα | β̄α′· ὥρα δ′* + | † *χεὶρ μὲν ἡ γράψασα, σί̣πεται τάφῳ· | γραφὴ δὲ πᾶσα μένει, εἰς τοὺς αἰῶνας* + | † *ὦ Χ(ριστ)ὲ βοήθει το⟦ṿ⟧ γράψαντ⟦ạ⟧ το⟦ṿ⟧ ἀναγινώ|σκοντ⟦ạ⟧ το⟦ν⟧ ἀκροατη⟦ṿ⟧ καὶ τ⟦ọṿ⟧ διδάσκοντ⟦ạ⟧* + | +*ἀμήν* +*ἀμήν* +*ἀμήν* + Animadvertas *χεὶρ* — *αἰῶνας* esse duos tritos dodecasyllabos, nisi quod prior versus paululum in principio articulo omisso laborat; de hoc subscriptionum loco communi cf. Gérard Garitte, « Sur une formule des colophons de manuscrits grecs (*ἡ μὲν χεὶρ ἡ γράψασα*), » *Collectanea Vaticana in honorem Anselmi M. Card. Albareda a Bibliotheca Apostolica edita* vol. I (Studi e Testi, 219), Città del Vaticano 1962, pp. 359–390; cf. supra pp. 53, 55, 83, infra p. 157. Etiam aliam notam mancam quidem et imperfectam a subscriptionis Sophocleae librario in calce Aeschyleae Septem contra Thebas in folio 267ʳ exaratam invenimus: *῎Ετους ἑξακισχι* (spatio circiter 3 litterarum interiecto) *῎Ετους ῑ ἐγράφη τὸ παρὸν βιβλίον:–* Non liquet, quid haec nota sibi voluerit. Certe colligere licet Sophocleam dumtaxat partem integram (f. 81ᵛ–221ᵛ), cui subscriptionem supra allatam librarius ille adiecit, anno 1340

absolutam esse. Itaque ex hac codicis parte duorum eiusdem librariorum manus repraesentandas curavimus. Et quidem in tabula **113** folium 196ʳ ab ipso subscriptionis scriba exaratum expressimus, quod continet Sophoclis Oedipi Tyranni versus 707–722. Tum in tabula **114** folium 193ᵛ ab alio partis Sophocleae librario scriptum expressimus, quod exhibet Sophoclis Oedipi Tyranni versus 617–631. De hoc codice cf.: Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 284; C. O. Zuretti, *Analecta Aristophanea*, Torino 1892, pp. 19 sq.; John Williams White, « The Manuscripts of Aristophanes. I, » *Classical Philology* 1 (1906) p. 17; A. Turyn, *Studies in the Manuscript Tradition of the Tragedies of Sophocles* (Illinois Studies in Language and Literature, vol. XXXVI, 1–2), Urbana 1952, p. 42; Herbert Weir Smyth, « Catalogue of the Manuscripts of Aeschylus, » *Harvard Studies in Classical Philology* 44 (1933) p. 26; A. Turyn, *The Manuscript Tradition of the Tragedies of Aeschylus* (Polish Institute Series, 2), New York 1943, p. 75; Car. Ioh. Tycho Mommsen, *Pindari carmina*, Berolini 1864, pp. xxxvi sq.; Jean Irigoin, *Histoire du texte de Pindare* (Études et Commentaires, XIII), Paris 1952, p. 364.

Tabula 115: A.D. 1341.

Codex Vaticanus graecus 695, chartaceus, mm. 215 × 145, foliorum 268, e pluribus libris saeculo XIV scriptis una compactis compositus, continet varia sacra et profana. Ea, quae foliis 9ʳ–134ᵛ constat, pars Psalterium graeco-latinum (Psalmos et Odas subiunctis nonnullis orationibus et quibusdam sacris), binis columnis, lineis 32 in singulis columnis ita exaratum continet, ut textus graecus sinistram columnam, latinus dextram occupet. Qui huius Psalterii latinum quidem textum scripsit, Manuel Bestarches subscriptionem mense Septembri A.M. 6850 = A.D. 1341 in folii 134ᵛ dextrae columnae calce fecit (cf. tab. **194b**): † *ἐγὼ Μανουὴλ ὁ Βεστάρχης ἐγγρα(ψ)α τῶ | ψαλτήρη τῶ λατύνικον: ἔτους ,ζων̄. σεπτ(εμβ)ρ(ίῳ)* (anni nota nigriore atramento scripta). Equidem puto *Βεστάρχης* hic cognomen fuisse, non officii vocabulum. De officio *βεστάρχου* cf. Franz Dölger, *Aus den Schatzkammern des Heiligen Berges*, [München 1948], Textband pp. 26 sq. Cognomen *Βεστάρχης* medio aevo usurpabatur et in Graeciae continenti et in Chio insula, ubi postea praesertim post Constantinopolim captam Bestarcharum familia illustris fuit (cf. *Γεώργιος Ι. Ζολώτας, Ἱστορία τῆς Χίου* I 2, ἐν Ἀθήναις 1923, pp. 291 sq.; de Niceta Bestarcha sacerdote Chio anno 1315 ibi morante cf. Franciscus Miklosich et Iosephus Müller, *Acta et diplomata graeca medii aevi* vol. I, Vindobonae 1860 = *Ἀθῆναι* [1960], p. 17; K. Amantos, « *Συμβολὴ εἰς τὴν μεσαιωνικὴν ἱστορίαν τῆς Ἐκκλησίας τῆς Χίου,* » *Silloge Bizantina in onore di Silvio Giuseppe Mercati = Studi Bizantini e Neoellenici* 9 [1957] p. 10; de Bestarchis Chiis aetatis posterioris cf. etiam Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 71; Antonius Rocchi, *Codices Cryptenses seu Abbatiae Cryptae Ferratae in Tusculano*, Tusculani 1883, p. 479). Quippe librarii nomen nequaquam indicat, ubi Manuel Bestarches hunc textum latinum exaraverit. Neque contendere audeo hoc Psalterium in Chio insula confectum esse, sed magis eo inclino, ut idem in Italia australi vel in Calabria ortum esse suspicer. Quamquam totus codex

Vaticanus graecus 695 e pluribus partibus constat, quae haud scimus an e diversis locis sint coactae, attamen illud notandum est in extrema totius codicis parte (f. 262v–264v) orationem s. Cypriani ⟨abbatis monasterii S. Nicolai de Calomitio, τοῦ Καλαμιτζίου, prope Rhegium siti⟩ contra magias inclusam esse (cf. Giovanni Mercati, *Opere minori* vol. IV [Studi e Testi, 79], Città del Vaticano 1937, pp. 29 sq.; de s. Cypriano de Calomitio cf. Halkin, *Bibl. Hagiogr. Gr.*[3] num. 2089; de illo monasterio cf. Pierre Batiffol, *L'abbaye de Rossano*, Paris 1891, p. 181, index s.v. Saint-Nicolas, Calamizi; M. H. Laurent et André Guillou, *Le 'Liber Visitationis' d'Athanase Chalkéopoulos* [Studi e Testi, 206], Città del Vaticano 1960, p. 353, index s.v. S. Nicola di Calamizzi). Quae res illud videtur ostendere fieri potuisse, ut totus hic codex alicubi in Italia australi coagmentaretur.

In ea codicis parte, quae ad nos pertinet ideoque nobis diligentius excutienda est (folia dico 9r–134v), primo textus graecus in foliis 9r–124r lin. 9 scriptus est. Deinde Manuel Bestarches textum latinum ibi ad dextram inscripsit et ilico, ut videtur, in foliis 124r lin. 10 — 134v textum latinum scribere perrexit. Tum vero in foliis 124r lin. 10 — 134v textus graecus fortasse ab amanuensi illius librarii, qui Psalterii praeeuntis graecum textum exaravit, scriptura plerumque artiore et tenuiore scriptus est ita tamen, ut nonnusquam loci graeci, qui textui latino responderent, in his quidem foliis non adderentur. Quin adducimur, ut credamus Psalterii scribas et graeci et latini circa idem tempus libro conficiendo operam navasse. Ideoque illi anno 1341 totum Psalterium assignamus. Quod in tabula **115** expressimus, folium 79v verba continet PSALMI 88, 13–24 graeca (ed. Alfred Rahlfs, *Septuaginta id est Vetus Testamentum graece iuxta LXX interpretes*,[6] vol. II, Stuttgart [1962], pp. 96 sq.) et latina. Sane haec scriptura graeca ductum peculiarem codicum italograecorum proprium haud exhibet, ut si hoc Psalterium reapse in Italia australi, sicut coniecimus, ortum sit, hunc quidem scripturae habitum monasteriorum illius regionis communem considerare debeamus (cf. quae acute de monasteriorum italograecorum scriptura vulgata observavit Robert Devreesse, *Les manuscrits grecs de l'Italie méridionale* [Studi e Testi, 183], Città del Vaticano 1955, p. 41). De Psalterii versuum *μετ' ἐκθέσεως* scribendorum ratione inde antiquitus propagata cf. quae supra pp. 55 sq. adnotavimus; etiam cf. nostras tabulas 32, 45.

Hunc codicem die 20 Februarii 1553 cardinalis Marcellus Cervini (idem postea Marcellus II pont. max.) pro Bibliotheca Vaticana emit (cf. Pierre Batiffol, *La Vaticane de Paul III à Paul V d'après des documents nouveaux* [Petite Bibliothèque d'Art et d'Archéologie, XII], Paris 1890, p. 127 num. 252). De hoc codice Vaticano graeco 695 cf.: Devreesse, *Codices Vaticani graeci* III pp. 169–172; Alfred Rahlfs, *Verzeichnis der griechischen Handschriften des Alten Testaments* (Aus den Nachrichten der K. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 1914. Beiheft) = Mitteilungen des Septuaginta-Unternehmens der Königlichen Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen, Band 2, Berlin 1914, p. 253 (siglo indito 1784); R. Reitzenstein, *Poimandres. Studien zur griechisch-ägyptischen und frühchristlichen Literatur*, Leipzig 1904, p. 300 n. 1 (per errorem numero cod. Vatic. gr. 685 allato), p. 302; Giovanni Mercati, *Opere minori* IV (Studi e Testi, 79) p. 30; F. Sbordone, *Physio-*

logus ed. —, Mediolani-Genuae-Romae-Neapoli 1936, p. XIX. Ad orationes hic Psalmis Odisque subiunctas (quas Devreesse loco modo laudato indicavit) in universum cf. James Mearns, *The Canticles of the Christian Church Eastern and Western in Early and Medieval Times*, Cambridge 1914, p. 20.

Tabula 116: A.D. 1341/1342.

Codex Vaticanus graecus 195, chartaceus, cm. 22 × 14, foliorum VIII + 91, praecipue continet Nicomachi Geraseni Introductionem arithmeticam. Et quidem ab ipso librario A.M. 6850 = A.D. 1341/1342 in folio 84^v subscriptus est (cf. tab. **194c**): *τῷ· ἀμήν· θ(ε)ῷ· ἀμήν· χάρ ἀμήν· ις ἀμήν | ἰν(δικτιῶνος) ι' ἔτους ,ςων': + τέλος ἔσχε.* (voce *ἀμήν* quater notae verbis interposita). Praeter verba *τῷ θ(ε)ῷ χάρις*, quae atramento scripta sunt, reliqua subscriptionis pars rubro colore exarata ita evanuit, ut nudis oculis vix dispici possit. In tabula **116** imaginem folii 36^v damus, quod verba exhibet Nicomachi Geraseni Introductionis arithmeticae I, 22, 2–3 (ed. Ricardus Hoche, *Nicomachi Geraseni Pythagorei Introductionis arithmeticae libri II*, Lipsiae 1866, pp. 60, 14 — 61, 5). De hoc codice cf. Mercati-Franchi de' Cavalieri, *Codices Vaticani graeci* I p. 232.

Tabula 117: A.D. 1342.

Codex Vaticanus graecus 216, chartaceus, mm. 215 × 150, foliorum V + 232, varia opera continet, praecipue meteorologica et geoponica. Codicis subscriptio die 14 Aprilis A.M. 6850 = A.D. 1342 facta in folio 232^v comparet (cf. tab. **195a**): † *μη(νὶ) ἀπριλλ(ίῳ) ιδ' ἔτους ,ςων ἰν(δικτιῶνος) ί (σελήνης) κύ(κλος) ί (ἡλίου) κύ(κλος) ιή* + In eodem imo folio 232^v codice inverso haec legi possunt: *Μιχα(ὴ)λ τοῦ Καλῆ ἀπὸ τὸν Σκῶτον.* In tabula **117** folium 215^v expressimus, quod continet locum Geoponicorum sive Cassiani Bassi scholastici de re rustica XVI, 21, 3–10 (ed. Henricus Beckh, *Geoponica sive Cassiani Bassi scholastici de re rustica eclogae*, Lipsiae 1895, pp. 466, 16 — 467, 21). De hoc codice cf. Mercati-Franchi de' Cavalieri, *Codices Vaticani graeci* I pp. 279 sqq.; *Νικόλαος Α. Λιβαδάρας, Ἱστορία τῆς παραδόσεως τοῦ κειμένου τοῦ Ἡσιόδου* (*«Ἀθηνᾶ» σύγγραμμα περιοδικὸν τῆς ἐν Ἀθήναις Ἐπιστημονικῆς Ἑταιρείας. Σειρὰ διατριβῶν καὶ μελετημάτων*, 1), *ἐν Ἀθήναις* 1963, p. 187.

Tabula 118: A.D. 1342/1343.

Codex Vaticanus graecus 22, chartaceus, mm. 225 × 145, foliorum IV + 262, praeter minora quaedam continet Manuelis Moschopuli collectionem vocum atticarum, Thomae (Theoduli monachi) Magistri eclogam vocum atticarum, Andreae Lopadiotae

Lexicon quod vulgo dicitur Vindobonense. Folia 1r–3v et 250r–260r variis manibus debentur. At folia 4r–90r videntur litteris paulo minoribus eadem manu scripta esse atque folia 91r 249r. Quae quidem codicis pars folia 91r–249r complectens eodem atque ipse textus scripturae habitu subscripta est A.M. 6851 = A.D. 1342/1343 in folio 249r (cf. tab. **195b**): + *Ἐγρά(φ)η ἐν τῷ ,ςω͞ω* (littera *ω* in linea ab ipso librario scripta est in rasura) *ν͞ωαω' ἔτει· ἰν(δικτιῶν)ος ια͞ης'*: In tabula **118** folium 93v expressimus, quod continet verba THOMAE-THEODULI MAGISTRI ECLOGAE VOCUM ATTICARUM s.v. *ἀνίστω* — *ἀπομάχομαι* (ed. Fridericus Ritschelius, *Thomae Magistri sive Theoduli monachi Ecloga vocum atticarum*, Halis Saxonum 1832, pp. 12, 9 — 14, 4; p. 14, 10–18). De hoc codice cf. Mercati-Franchi de' Cavalieri, *Codices Vaticani graeci* I pp. 21 sq.

In huius codicis Vaticani graeci 22 folio 91r Thomae Magistri sive Theoduli monachi Ecloga vocum atticarum ita inscripta est: + *ἑτέρα συλλογὴ ἐκλεγεῖσα παρὰ τοῦ σοφωτ(ά)τ(ου)* | *καὶ λογιωτάτου καὶ ἐν μοναχοῖς τιμιωτ(ά)τ(ου), Θεοδούλου τοῦ Μαγίστρου* | (iuxta in dextro margine idem librarius haec adscripsit:) + | *τοῦ ἐν Θεσ|σαλονί|κῃ πηροῦ*: | + (scilicet illius Thessalonicensis viri caeci). Haec nota maximi est momenti, namque indicat Thomam-Theodulum Magistrum reapse oculis laboravisse, quod adhuc tantummodo e Demetrii Cydonii testimonio sciebamus, qui in invectiva adversus Philotheum Coccinum patriarcham pro Prochoro Cydonio fratre scripta memoravit Magistrum a puero oculorum morbo aegrotasse (cf. Giovanni Mercati, *Notizie di Procoro e Demetrio Cidone, Manuele Caleca e Teodoro Meliteniota ed altri appunti per la storia della teologia e della letteratura bizantina del secolo XIV* [Studi e Testi, 56], Città del Vaticano 1931, pp. 248 sq., praesertim p. 249 n. 1; p. 302 lin. [2]13 — p. 303 lin. [2]15). Nunc vero iuvat alterum eiusdem rei testimonium proferre. Quippe nota illa, quam modo attulimus, ita verbis concepta est, ut facile colligi liceat tempore illo, quo hic codex scriberetur, id est anno 1342/1343, Thomam Magistrum vivum fuisse. Quod minime mirum est, namque Thomas annis 1345–1346 etiamtum inter vivos fuisse fere creditur, cum Gregorius Acindynus epistulam ad Magistrum daret (cf. Raymundus-J. Loenertz, *Ἐπετηρὶς Ἑταιρείας Βυζαντινῶν Σπουδῶν* 27 [1957] pp. 95–97; Loenertz, *Orientalia Christiana Periodica* 23 [1957] pp. 133 sq.; de illius epistulae tempore nunc cf. *Κ. Π. Κύρρης, Κυπριακαὶ Σπουδαί* 25 [1961] p. 102; cf. Mercati, *Notizie di Procoro e Demetrio Cidone* pp. 10, 512 sq.; A. Turyn, *The Byzantine Manuscript Tradition of the Tragedies of Euripides* [Illinois Studies in Language and Literature, vol. 43], Urbana 1957, p. 53 n. 88).

Tabula 119: A.D. 1344.

Codex Vaticanus graecus 507, chartaceus, cm. 30 × 23, foliorum V + 427, lineis 30 in singulis paginis scriptus, in duas partes dispertitus (I: fol. V, 1–223; II: fol. 224–427), continet s. Maximi confessoris opera varia. Codicem Demetrius Canisces Cabasilas diaconus mense Iulio A.M. 6852 = A.D. 1344 in folio 319v rubro colore subscripsit a dodecasyllabo incipiens (cf. tab. **195c**): *χειρῶν ἐμῶν πόνημα καθειργνυμένω, Δη-*

μήτρ(ιος) εὐτελὴς | διάκονος Κανίσκης, ὁ καὶ Καβάσιλας ἔτους | ,ςω̄^οῦ πεντηκοστοῦ δευτέρου μη(ν)ὶ ἰουλλ(ίῳ) ἰν(δικτιῶνος) ιβ'.– (cf. Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 102, in quo libro codex Laurentianus Conventuum Suppressorum 8 prorsus alia manu cuiusdam *Δημητρίου ἀναγνώστου καὶ Καβάσιλα* scriptus errore nostro Cabasilae attributus est). Ad librarii cognomen *Κανίσκης* cf. Franciscus Miklosich et Iosephus Müller, *Acta et diplomata graeca medii aevi* vol. I, Vindobonae 1860 — *'Αθῆναι* [1960], p. 372 lin. 8 (*'Ιωάννης ὁ Κανίσκης*). Nomini *Κανίσκης* etiam nomen simillimum *Κανισκᾶς* medio aevo usu venisse novimus (de monasterio Athoo *τοῦ Κανισκᾶ*, scilicet hoc conditoris nomine ornato, cf. Franz Dölger, *Aus den Schatzkammern des Heiligen Berges*, [München 1948], Textband p. 278 lin. 27, p. 279 ad lin. 26/27). Quod in tabula **119** expressimus, folium 206ᵛ continet verba S. MAXIMI CONFESSORIS EPISTULAE 15 (ed. Migne, *Patr. Gr.* 91 col. 564 C 6 — 565 C 6). Aliam eiusdem manus imaginem e codice Veneto Marciano graeco 122 (numero collocationis 295 instructo) die 12 Maii A.D. 1343 subscripto expressam, quem codicem tantumnon integrum (si perpauca folia a duobus aliis scribis exarata praetermittis) ab eodem librario atque codicem Vaticanum graecum 507 scriptum esse cognovi, exhibent Guilelmus Wattenbach et Adolphus von Velsen, *Exempla codicum graecorum litteris minusculis scriptorum*, Heidelbergae 1878, tab. XXIII. Etiam codex Laurentianus 6, 9 eadem manu scilicet Demetrii Caniscae Cabasilae exaratus, quod scriptura eadem procul dubio demonstrat, mense Septembri A.M. 6852 = A.D. 1343 in folio 328ᵛ nullo librarii nomine indicato subscriptus est et in folii 329ᵛ margine inferiore eandem atque codex Vaticanus graecus 507 notam illam exhibet: † *χειρῶν ἐμῶν πόνημα καθειργνυμένω* ++ (cf. Ang. Mar. Bandinius, *Catalogus codicum manuscriptorum Bibliothecae Mediceae Laurentianae varia continens opera graecorum patrum* [I], Florentiae 1764 = Lipsiae 1961, pp. 114 sq. voce *καθειργνυμένω* male lecta). Quae verba forsitan ostendant Cabasilam, cum codices Laurentianum 6, 9 et Vaticanum graecum 507 scriberet, certe inter Septembrem 1343 et Iulium 1344 in carcere fuisse. Quin novimus Demetrium Caniscen Cabasilam diaconum mense Iulio 1328 dicaeophylacem et magnum sacellarium ecclesiae metropolitanae Thessalonicensis fuisse, quo tempore hisce officiis fungens instrumento subscripsit, quod ediderunt Louis Petit et B. Korablev, *Actes de Chilandar* (Actes de l'Athos, V), (Vizantijskij Vremennik. Priloženie k XVII tomu. No. 1), Sanktpeterburg 1911, p. 246 num. 117 (cf. lin. 166–167). Deinde patet eum anno 1337/1338 dicaeophylacem et oeconomum Thessalonicae fuisse, namque exstat decretum patriarchicum illo tempore factum, quo Cabasilas diaconus dicaeophylax et oeconomus metropolis Thessalonicensis, a Chionio Thessalonicensi iudice Iudaeorum insimulatus, falso crimine absolutus est (cf. Miklosich-Müller, *Acta et diplomata graeca medii aevi* vol. I pp. 174–178; cf.: O. Tafrali, *Thessalonique au quatorzième siècle*, Paris 1913, p. 158; Paul Lemerle, « Recherches sur les institutions judiciaires à l'époque des Paléologues, » *Mélanges Paul Peeters*, II — *Analecta Bollandiana* 68 [1950] pp. 329 sq.; Franz Dölger, *Παρασπορά*, Ettal [1961], pp. 379–382; Franz Dölger, *Regesten der Kaiserurkunden des oströmischen Reiches von 565–1453*, 4. Teil, München-Berlin 1960, p. 161 num. 2831). Tum quidem Cabasilas absolutus est. At nescioquo adverso casu annis

subsequentibus ei contigit, ut officiis ecclesiasticis destitutus (quorum in codicum illorum subscriptionibus nulla mentio est facta) custodiae traderetur. Cabasilas calligraphus nitidissimus habebatur, namque exstat Nicephori Chumni epistula (quae necessario ante diem 16 Ianuarii 1327 est scripta, quo Chumnus vita defunctus est) ad Demetrium Cabasilam data, qua ille vir illustrissimus Cabasilae manum sollertissimam laudabat, cum speraret se quam primum suum ipsius librum a Cabasila exaratum accepturum esse (cf. Jo. Franc. Boissonade, *Anecdota nova*, Parisiis 1844 = Hildesheim 1962, pp. 167–168; Karl Krumbacher, *Geschichte der byzantinischen Litteratur*,[2] München 1897, p. 481 lin. 15–16; Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 102 n. 9; Tafrali, *Thessalonique au quatorzième siècle* p. 166; J. Verpeaux, *Nicéphore Choumnos homme d'État et humaniste byzantin*, Paris 1959, p. 69). Cum Cabasilas homo doctus et insignis videatur fuisse, verisimile est ei litterarum commercium cum viris illius aetatis amplissimis intercessisse. At cavendum est, ne ad nostrum Demetrium Caniscen Cabasilam diaconum Thessalonicensem quaedam referamus, quae ad alios Demetrios Cabasilas pertineant, velut ad doctissimum illum Nicephori Gregorae amicum in aula Constantinopolitana, ut videtur, versantem (cf. R. Guilland, *Correspondance de Nicéphore Grégoras*, Paris 1927, pp. 5 sq., 19 sqq., 247 sqq., 316 sq.) — aut ad hominem aliquanto posteriorem, Manuelis II Palaeologi comitem, ad quem Demetrius Cydonius epistulam Thessalonicam A.D. 1386/7 misit (cf. Giuseppe Cammelli, *Démétrius Cydonès, Correspondance*, Paris 1930, p. 180 sub num. 286, p. 205; de textu et tempore illius epistulae cf. Raymond J. Loenertz, *Les recueils de lettres de Démétrius Cydonès* [Studi e Testi, 131], Città del Vaticano 1947, p. 117 lin. 6 de epistula num. 286 Cammelli; Raymond-J. Loenertz, *Démétrius Cydonès, Correspondance* II [Studi e Testi, 208], Città del Vaticano 1960, pp. 260 sq., epist. 329 [= 286 Cammelli]). De nostro Demetrio Canisce Cabasila aliisque Demetriis Cabasilis cf.: V. Laurent, *Échos d'Orient* 26 (1927) p. 357; 30 (1931) p. 347; S. Salaville, « Cabasilas le Sacellaire et Nicolas Cabasilas, » *Échos d'Orient* 35 (1936) pp. 421–427; Emmanuel Candal, *Nilus Cabasilas et theologia s. Thomae de processione Spiritus Sancti* (Studi e Testi, 116), Città del Vaticano 1945, p. 8 n. 2, p. 35; Ihor Ševčenko, « Nicolas Cabasilas' "Anti-Zealot" Discourse: A Reinterpretation, » *Dumbarton Oaks Papers* 11 (Cambridge, Massachusetts, 1957) p. 87 n. 26; Hans-Georg Beck, *Kirche und theologische Literatur im byzantinischen Reich*, München 1959, p. 727 n. 1, p. 780; *Γεώργιος Ι. Θεοχαρίδης*, « *Δημήτριος Δούκας Καβάσιλας καὶ ἄλλα προσωπογραφικὰ ἐξ ἀνεκδότου χρυσοβούλλου τοῦ Καντακουζηνοῦ*, » *Ἑλληνικά* 17 (1962) pp. 1–23.

Noster Cabasilas studio litterarum graecarum imbutus erat, velut Libanii codicem Vaticanum graecum 81 possidebat, in cuius codicis folio 295^{v} litteris ligatis nomen suum scripsit: † *ὁ δικαιοφύλαξ* | *Δημήτριος διάκονος Κανίσκης* | *ὁ Καβάσιλας* ++ (cf. Mercati-Franchi de' Cavalieri, *Codices Vaticani graeci* I p. 89). Praeterea suspicor nostrum Demetrium Caniscen Cabasilam non abstinuisse, quin etiam hymnos sacros scriberet. Exstat enim in Bibliothecae Patriarchicae Hierosolymitanae codice *τοῦ τιμίου Σταυροῦ* 86 (fol. 75^{r} 78^{r}) canon liturgicus Demetrii Caniscis in s. Theodoram (cf. *Ἀ. Παπαδόπουλος-Κε-*

ραμεύς, Ἱεροσολυμιτικὴ Βιβλιοθήκη III, ἐν Πετρουπόλει 1897, pp. 145 sq.; C. Émereau, « Hymnographi Byzantini, » *Échos d'Orient* 22 [1923] p. 25; Beck, *Kirche und theologische Literatur im byzantinischen Reich* p. 798). Hoc canone (quem codicis imaginibus photographicis usus examinavi) Theodora Thessalonicensis monialis celebratur (cf. Halkin, *Bibl. Hagiogr. Gr.*[3] num. 1737–1741). Itaque haud scio an qui in codice Hierosolymitano memoratur canonis auctor Demetrius Canisces idem vir fuerit atque noster Demetrius Canisces Cabasilas. Namque verisimillimum est illius canonis auctorem nostrum diaconum Thessalonicensem fuisse, qui ita civitatis suae decus hymno sacro celebrare vellet. De illa Theodora moniali Thessalonicae culta cf. Tafrali, *Thessalonique au quatorzième siècle* pp. 101, 144 sq., 156; etiam cf. laudationes eiusdem sanctae apud Halkin indicatas num. 1740 ab Ioanne Stauracio chartophylace Thessalonicensi (cf. Beck, *op. laud.* p. 689) et num. 1741 a Nicolao Cabasila Thessalonicensi scriptas.

Hic codex Vaticanus graecus 507 olim fuit Ioannis Eugenici, qui notam possessionis rubro colore in folio 7^v scripsit: + *τοῦ νομοφύλακος, Ἰω(άνν)ου διακόνου | τοῦ Εὐγενικοῦ*: + Eadem manus duas operum inscriptiones in summis paginis fol. 7^v et 8^r rubro colore addidit (cf. Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 171 n. 1; Giovanni Mercati, *Opere minori* vol. IV [Studi e Testi, 79], Città del Vaticano 1937, pp. 26, 61 sqq.; cf. Ioannis Eugenici scripturae exemplum, quod e codicis Parisini graeci 2075 folio 281^v vulgavit S. Pétridès, *Échos d'Orient* 13 [1910] p. 281, indeque repetivit D. A. Zakythinos, *Le Despotat grec de Morée* II, Athènes 1953, p. 335; de Ioanne Eugenico in universum cf. Krumbacher, *Geschichte der byzantinischen Litteratur*[2] pp. 117, 495 sq.; Zakythinos, *op. laud.* II pp. 334–336, passim; Beck, *Kirche und theologische Literatur im byzantinischen Reich* pp. 758 sq.; V. Laurent, *Lexikon für Theologie und Kirche*[2] V, Freiburg 1960, col. 1031). De hoc codice cf. Devreesse, *Codices Vaticani graeci* II pp. 354–357.

Tabula 120: A.D. 1347.

Codex Vaticanus graecus 1118, membranaceus, mm. 242 × 170, foliorum III + 94 + II, lineis 29–32 in singulis paginis scriptus est; folia 85–92 pro foliis amissis temporibus recentioribus substituta sunt. Continentur: (f. 1^r–4^v) Pseudo-Nonni expositio historiarum in s. Gregorii Nazianzeni orationem 39; (f. 5^r–94^r) Manuelis Moschopuli Schedographia. Hic codex die 9 Iunii A.M. 6855 = A.D. 1347 in folio 94^r subscriptus est (cf. tab. **195d**): *ἐτελειώθη ἐν μηνὶ ἰουν(ίῳ) θ-η'· ἰν(δικτιῶνος) ιε· τοῦ ,ςοῦ ωοῦ νε' ἔτους* +. Quod in tabula **120** exhibemus, folium 82^v continet locum Manuelis Moschopuli Schedographiae (ed. *Τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου Μανουήλου τοῦ Μοσχοπούλου Περὶ σχεδῶν. Manuelis Moschopuli de ratione examinandae orationis libellus.* Ex Bibliotheca Regia. Lvtetiae, Ex officina Roberti Stephani typographi Regii. 1545, pp. 185, 19 — 187, 4). De hoc codice cf. Ioannes Sajdak, *Historia critica scholiastarum et commentatorum Gregorii Nazianzeni*, pars prima (Meletemata Patristica, I), Cracoviae 1914, p. 22.

Tabulae 121 et 122: A.D. 1348-1352.

Codex Vaticanus graecus 569, bombycinus, mm. 247 × 173, foliorum I + 407, in duo volumina nunc divisus (I: fol. I, 1–210; II: fol. 211–407), s. Ioannis Chrysostomi varia opera continet. Atque quinque partibus constat, quas duo librarii uterque habitum scripturae Cyprium prodens scripserunt, cum una huic codici conficiendo operam navarent ita tamen, ut nusquam intra fasciculum sese exciperent. Et quidem unus librarius, quem littera A significamus, folia 2ʳ–55ʳ, 167ʳ–173ʳ, 378ʳ–407ʳ exaravit, alter autem librarius B folia 56ʳ–166ᵛ et 174ʳ–377ᵛ scripsit. Hic vero scriba B, qui *Νικόλαος Οὔρρη(ς)* (Nicolaus Urri) vocabatur, in Cypro insula primum se suam operam A.D. ⟨1⟩348, deinde die 24 Decembris A.D. ⟨1⟩352 absolvisse duabus subscriptionibus in folio 340ʳ deinceps factis testatur (cf. tab. **196**). Quarum una in paginae parte superiore minio exarata est: † *αὔτη ἡ βίβλος ἐτελιόθι δια χειρὸς καμοῦ, Νικ(ο)λ(άου) | υἱοῦ Ἰακώβου, υἱοῦ Γεωργ(ίου), υἱοῦ Ἰωάννου, υἱοῦ τοῦ | Οὔρρη τοῦ Ἱεροσωλυμίτου· ἡ πία βίβλο(ς) | ἐγράφη, εἰς τὸ χωρίον, τὸ λεγόμενον, Ἄλσο(ς). εἰσ|τόντα μου πακτονάρις τοῦ αὐτοῦ χωρίου· εἰς τὴν ἐν|χρονίαν, τμη, τοῦ Χ(ριστο)ῦ, εἰς τὴν αὐτὴν ἐνχρονίαν, ἥτον | τὸ θανατικὸν τὸ μ(έ)γ(α) εἰς τὴν Κύπρον. ὅσοι δὲ ἀναγι|νώσκετ(ε), εἰς τ(ὸ) αὐτὸ βιβλίον, εὔχεσθαι περὶ ἡμῶν:* | Altera subscriptio ab eodem librario in eiusdem paginae f. 340ʳ parte inferiore atramento exarata est: † *αὔτη ἡ βίβλος ἐγράφη, ὑπὸ χειρὸς, καμοῦ | Νικολάου υἱοῦ Ἰακώβου, υἱοῦ Γεωργίου, υἱοῦ | Ἰωάννου, υἱοῦ τοῦ Οὔρρη, τοῦ Ἱερωσωλυμίτου, | μηνὶ δεκεμβρίω, εἰς τ(ὰς) κδ· ἐνχρονίας, τοῦ | Χ(ριστο)ῦ, τνβ, εἰς τὸ χωρίον τὸ λεγόμενον Ἄλσο(ς) | ἐστόντα μου πακτονάρις εἰς τὸ αὐτὸν χωρίον, εἰς | τὴν ἐσχάτην ἐνχρονίαν τοῦ πάκτου μου: εὔχεσθαι | περι αὐτοῦ*: Cf. quae ad haec interpretanda contulit J. Darrouzès, « Autres manuscrits originaires de Chypre, » *Revue des études byzantines* 15 (1957) p. 156. De cognomine *Οὔρρη(ς)* vel *Γούρ(ρ)η(ς)*, Ourri, Ourry, Urri, Urry, Uurry, Gurry, Gourri gentis insignis e Syria vel Palaestina oriundae, quae in Cypro insula florebat, cf.: Du Cange, *Les familles d'outre-mer*, publiées par E.-G. Rey (Collection de documents inédits sur l'histoire de France. Première série. Histoire politique), Paris 1869, pp. 604 sq.; R. M. Dawkins, *Leontios Makhairas, Recital concerning the Sweet Land of Cyprus entitled 'Chronicle'* vol. II, Oxford 1932, p. 290 s.v. Gurri, p. 156 § 375.2; *Ἀντ. Κ. Ἰντιάνος, Κυπριακαὶ Σπουδαί* 6 (1942) pp. 16–18; George Hill, *A History of Cyprus* III, Cambridge 1948, p. 1176 index s.v. Gurri; J. Darrouzès, « Manuscrits originaires de Chypre à la Bibliothèque Nationale de Paris, » *Revue des études byzantines* 8 (1950) p. 180 n. 1; J. Darrouzès, *Κυπριακαὶ Σπουδαί* 23 (1959) pp. 35 sq.; Jean Richard, *Chypre sous les Lusignans. Documents chypriotes des Archives du Vatican (XIVᵉ et XVᵉ siècles)*, (Institut Français d'archéologie de Beyrouth. Bibliothèque archéologique et historique, 73), Paris 1962, index p. 175 s.v. Ourry, p. 178 s.v. Urry. De voce *ἐγχρονίας* pro voce *ἔτους* a Cypriis usurpata et de littera millenaria ab iis saepe in annis aerae byzantinae aut christianae indicandis omissa cf. quae supra p. 117 adnotavimus; praesertim de alpha millenario a Cypriis in annis aerae christia-

nae notandis omisso cf. J. Darrouzès, *Revue des études byzantines* 8 (1950) p. 166. *Ἄλσος* vel *Ἄρσος* locus Cyprius indicatur. Quippe nunc duo vici in Cypro insula sunt, qui Arsos vocantur: cf. L. de Mas Latrie, « Notice sur la construction d'une carte de l'île de Chypre, » *Bibliothèque de l'École des chartes* 24 (1863) p. 33 (sub num. V 10), p. 46 (sub num. XIV 28); *Σῖμος Μενάρδος, « Τοπωνυμικὸν τῆς Κύπρου, »* *Ἀθηνᾶ* 18 (1905) p. 343; *Ν. Γ. Κυριαζῆς, Τὰ χωρία τῆς Κύπρου, Λάρνακα* 1952, p. 55 num. 354 et 353. Unus inter montis Troodi iuga in insulae regione ad solem occidentem spectante (cf. *Ἀνδρέας Στυλιανοῦ, « Αἱ περιηγήσεις τοῦ Βάρσκυ ἐν Κύπρῳ, » Κυπριακαὶ Σπουδαί* 21 [1957] pp. 79–81), alter in Messaria valle ad solem orientem vergente situs est. Fortasse in nostra subscriptione de hoc loco agitur, qui in planitie iacet ideoque agri culturae magis idoneus erat (cf. Eugen Oberhummer, *Die Insel Cypern, eine Landeskunde auf historischer Grundlage*, erster Teil, München 1903, p. 160). Etiam notatu dignum est codicem Parisinum graec. 254 (olim Colbertinum 591), qui certe in Cypro exaratus est, *ἐν πόλει Ἄλσος* subscriptum esse (cf. Bernardus de Montfaucon, *Palaeographia graeca, sive de ortu et progressu literarum graecarum*, Parisiis 1708, pp. 86 sq., 288 sq.; H. Omont, *Revue des bibliothèques* 2 [1892] p. 146; Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 376; J. Darrouzès, *Revue des études byzantines* 8 [1950] p. 171). *πακτονάρις* idem valet atque conductor praedii (cf. Carolus Du Fresne, Dominus Du Cange, *Glossarium ad Scriptores mediae & infimae graecitatis*, Lugduni 1688 = Graz 1958, I col. 1081 s.v. *Πακτωνάρης*). De linguae francae vocibus cognatis in Cypro usurpatis *apaut* et *apautour* (vel *apautor*) cf. Jean Richard, *Documents chypriotes des Archives du Vatican* pp. 65, 77 sqq., 163 (glossarium s.v.). De *πάκτου* ratione quae medio aevo viguerit, cf. etiam Franz Dölger, *Beiträge zur Geschichte der byzantinischen Finanzverwaltung, besonders des 10. und 11. Jahrhunderts* (Byzantinisches Archiv, 9), Leipzig-Berlin 1927, p. 155. Pestem illam, quae in prioris subscriptionis exitu memorata est, anno 1348 per Cyprum saeviisse testatur etiam Leo Machaeras in Chronicis Cypriis § 66 (ed. Dawkins, *Leontios Makhairas* vol. I, 1932, p. 60, 25): *Καὶ εἰς τὴν ἐχρονίαν ͵ατμη' ἔπεψεν ὁ θεὸς θανατικὸν μέγαν διὰ τὰς ἁμαρτίες μας, καὶ ἐπέθανεν τὸ ἥμισον τοῦ νησσίου* (cf. *Ἀθανάσιος Α. Σακελλάριος, Τὰ Κυπριακά* I, *Ἀθῆναι* 1890, p. 471). In prioris subscriptionis lin. 3 *ἡ πία* (scilicet *ἡ ποία*) pro *ἡ ὁποία* dictum est; de Cypriorum usu pronominum relativorum *ὁ ποῖος, ἡ ποία, τὸ ποῖον* cf. *Σακελλάριος, Τὰ Κυπριακά* II, 1891, p. 746 lin. 2; Leontius Machaeras, Chronica Cypria, passim. Ad lin. 6 *ἦτον* animadvertas formam *ἦτον* (= *erat*) Cyprios usurpare solitos esse (cf. *Σακελλάριος, Τὰ Κυπριακά* II p. 555 lin. 1; de hac forma in universum cf.: A. N. Jannaris, *An Historical Greek Grammar*, London 1897, p. 547 sq.; Karl Dieterich, *Untersuchungen zur Geschichte der griechischen Sprache* [Byzantinisches Archiv, 1], Leipzig 1898, pp. 224 sq.).

Cum integer codex Vaticanus graecus 569 arte cohaereat amborumque librariorum manus indolem Cypriam prae se ferant, immo scriba A scripturae habitum quam maxime codicum Cypriorum proprium exhibeat, dubitandum non est, quin ambo librarii aequales circa idem temporis spatium a Nicolao Urri duabus illis notis circumscriptum, id est circa A.D. 1348–1352, simul operam in hoc codice conficiendo consumpserint.

Itaque primo ut manum librarii A ostendamus, quae habitum Cyprium insigniter illustrat, in tabula **121** folium 168^{v} exhibemus, quod continet verba THEODORI LAPSI* RESPONSIONIS AD IOANNEM CHRYSOSTOMUM (ed. Migne, *Patr. Gr.* 48 col. 1064, 10–30). Tum scripturam librarii B, id est Nicolai Urri, in tabula **122** monstramus folio 267^{v} expresso, quod continet verba S. IOANNIS CHRYSOSTOMI AD ILLUMINANDOS CATECHESIS II (secundum seriem Montfauconianam ita numeratae: ed. Migne, *Patr. Gr.* 49 col. 236, 11–37; de hac homilia catechetica nunc cf. Antoine Wenger, *Jean Chrysostome, Huit catéchèses baptismales inédites* [Sources Chrétiennes, 50], Paris 1957, pp. 22 n. 1, 24–26). De scripturae habitu Cyprio cf. nostram tabulam 96; etiam cf. Henri Omont, *Fac-similés des manuscrits grecs datés de la Bibliothèque Nationale du IXe au XIVe siècle*, Paris 1891, tab. LXXVII/II et LXXIX/II (cf. quae supra p. 122 de hisce tabulis adnotavimus). Nostrum codicem Vaticanum graecum 569 Laudivius Zacchia Leucosiae in Cypro insula comparavit, quod testatur nota in folio 1^{v} scripta: *Laudiuius hunc in graecia leucosiae emit olim* (de Laudivio Zacchia, qui circa annos 1465–1475 floruit, cf. quae supra p. 109 adnotavimus). De hoc codice cf.: Devreesse, *Codices Vaticani graeci* II pp. 456–460; Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 348; J. Darrouzès, *Revue des études byzantines* 15 (1957) p. 156.

Tabulae 123, 124, 125: A.D. 1354.

Codex Vaticanus graecus 984, membranaceus rescriptus, cm. 25 × 17, foliorum 346, a scriptura antiquiore saec. IX/X exhibet reliquias menologii mensis Iunii. Scriptura vero recentiore Flavii Iosephi opera (Antiquitates Iudaicae, Vita, Bellum Iudaicum) a duobus librariis exarata sunt. Quorum unus, quem littera A insignimus, folia 1^{r}–4^{v} lin. 20 et folia 198^{r}–240^{v} scripsit. Alter, quem littera B a nobis designatum praecipuum codicis librarium fuisse ponimus, folia 4^{v} lin. 20 — 197^{v} et folia 241^{r}–344^{v} scripsit et praeterea totum librum recognovit (velut in folio 200^{v} correctionem fecit). Idem librarius praecipuus B codicem die 20 Maii A.M. 6862 = A.D. 1354 in folio 344^{v} subscripsit (cf. tab. **195e**): † *ἐτελειώθ(η) ἡ παροῦσα ἱστορικὴ βίβλος, τῆς ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας καὶ ἁλώσεως,* | *μηνὶ μαΐω κ̄· τοῦ ,ζωξβʹ ἔτους ἰν(δικτιῶνο)ς ζʹ* + Etiam illud memoratu dignum puto librarium B in suis codicis partibus modo scriptura spissiore usum esse, quae litteris minutis et compendiis crebrioribus conspicua est, modo aliam scriptionem usurpasse, quae litteris paulo maioribus et compendiis paucissimis ab illa scribendi ratione differt. Itaque constitui librarii praecipui B, qui codicem subscripsit, scripturam duobus exemplis exhibitis uno generis spissioris, altero generis plenioris illustrare, tum manum librarii A uno exemplo prolato ostendere. Et quidem in tabula **123** a librario B scriptura spissiore exaratum folium 165^{v} expressimus, quod verba continet FLAVII IOSEPHI ANTIQUITATUM IUDAICARUM XIX 214–237 (ed. Benedictus Niese, *Flavii Iosephi opera* vol. IV, Berolini 1890, pp. 248, 9 — 252, 12). Dein in tabula **124** folium 329^{v} ab eodem librario B litteris paulo maioribus scriptum exprimendum curavimus, quod continet verba FLAVII IOSEPHI DE BELLO IUDAICO VII 5–18 (ed. Niese, vol. VI, 1894, pp.

572, 1 — 573, 23). Tum in tabula **125** imaginem folii 213^{r} ab alio librario A scripti monstramus, quod verba continet Flavii Iosephi de bello Iudaico I 523–533 (ed. Niese, vol. VI pp. 119, 21 — 121, 20). De hoc codice cf.: Benedictus Niese, *Flavii Iosephi opera* vol. I, Berolini 1887, pp. xxi sq.; Pio Franchi de' Cavalieri, *Note agiografiche*, fascicolo 6 (Studi e Testi, 33), Roma 1920, pp. 105 sqq.; Michael Kraševinnikov, *Prodromus sylloges vitarum laudationumque sanctorum Constantini M. et Helenae matris eius graece atque slavice mox edendarum* (Revue Byzantine — Vizantijskoe Obozrěnie, Supplément du tome I), Jur'ev 1915, pp. 103–106; Albert Ehrhard, *Überlieferung und Bestand der hagiographischen und homiletischen Literatur der griechischen Kirche.* Erster Teil: *Die Überlieferung.* I. Band (Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altchristlichen Literatur, 50. Band), Leipzig 1937, pp. 141 sq., 650 sqq.; Gérard Garitte, *Documents pour l'étude du livre d'Agathange* (Studi e Testi, 127), Città del Vaticano 1946, p. 368 n. 3; C. O. Zuretti, *Catalogue des manuscrits alchimiques grecs* II, Bruxelles 1927, pp. 329 sq.

Tabulae 126, 127, 128: brevi post A.D. 1354.

Codex Vaticanus graecus 616, chartaceus, mm. 295 × 225, foliorum I + 315, continet s. Thomae Aquinatis Summae contra Gentiles libros III et IV a Demetrio Cydonio graece versos. Exaratus est a duobus librariis alterna vice sese excipientibus, quorum unus A paulo crassiore et latiore ductu (cf. tab. 126), alter B paulo tenuiore et angustiore (cf. tab. 127) usus est. In foliis 1^{r}–2^{v} index capitulorum librorum III et IV ab ipso Demetrio Cydonio scriptus codici praefixus est (Demetrii Cydonii manum facile agnosces, si scripturam eius epistularum codicis autographi Vaticani graeci 101 comparabis: cf. Franchi de' Cavalieri-Lietzmann, *Specimina codicum graecorum Vaticanorum* [2] tab. 57, cf. p. xix; cf. Raymond J. Loenertz, *Les recueils de lettres de Démétrius Cydonès* [Studi e Testi, 131], Città del Vaticano 1947, pp. 2 sqq.; etiam cf. Giovanni Mercati, *Notizie di Procoro e Demetrio Cidone, Manuele Caleca e Teodoro Meliteniota ed altri appunti per la storia della teologia e della letteratura bizantina del secolo XIV* [Studi e Testi, 56], Città del Vaticano 1931, tab. IIc, cf. p. 22 n. 3). In codicis Vaticani graeci 616 calce folia 314–315 alioquin vacua subiuncta sunt, nisi quod in folio 315^{v} haec nota profecto a Manuele Tzycandyle scripta comparet (cf. tab. **197b**): + *Ἐτελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον, διὰ χειρὸς τοῦ Τζυκανδ(ύ)λ(η)* + (de Manuele Tzycandyle, Ioannis VI Cantacuzeni librario notissimo, cf. quae infra pp. 162 sq., 165 sq. adnotavimus ipsasque videas tabulas 140 et 142). Attamen neuter codicis Vaticani graeci 616 scriba Manuelis Tzycandylis manum prae se fert, ut praefracte negem Tzycandylem huic quidem codici scribendo interfuisse, licet illud silere nolim folium 315 Tzycandylis nota instructum officinae chartariae signum prodere, quod etiam alibi in nostro codice animadverti possit. Sane miramur, quod hoc folium Tzycandyleum aut casu alicunde in hunc codicem devenit aut quod, si primitus huius codicis erat, a Tzycandyle illa nota instructum est. Certe novimus Demetrium Cydonium, qui hunc codicem manibus tractavit correxitque,

Tzycandyle in operibus suis transcribendis usum esse (cf. Giovanni Mercati, *Notizie di Procoro e Demetrio Cidone* [Studi e Testi, 56] p. 6 n. 2, p. 11 n. 3, p. 503; Gregorius Cereteli et Sergius Sobolevski, *Exempla Codicum Graecorum Litteris minusculis scriptorum annorumque notis instructorum*, vol. I: *Codices Mosquenses*, Mosquae 1911, p. 15, tabula XLII e codice Mosquensi graeco 56 Savva [228 Vladimir] anno 1358 subscripto expressa, quem s. Thomae Aquinatis Summae theologicae a Demetrio Cydonio versae verba continere cognovit Giovanni Mercati, *Bessarione*, Anno XXIII – Volume XXXV [1919] p. 40 = *Opere minori* vol. IV [Studi e Testi, 79], Città del Vaticano 1937, p. 59; etiam in codice Veneto Marciano graeco 146 [sub numero collocationis 1043], qui Summae theologicae partem primam a Demetrio Cydonio versam continet et a tribus librariis exaratus die 17 Aprilis 1363 in folio 482ʳ subscriptus est, ipse cognovi folia 279ʳ–300ᵛ manu Manuelis Tzycandylis scripta esse; de Tzycandyle in Demetrii epistulis memorato cf. Raymond-J. Loenertz, *Démétrius Cydonès, Correspondance* vol. I [Studi e Testi, 186], Città del Vaticano 1956, epist. 14, 27; 41, 14; 57, 12). Quin Manuel Tzycandyles codicem, qui quondam Calabrytensis 43 fuit *Μονῆς τοῦ Μεγάλου Σπηλαίου* (cuius bibliotheca anno 1934 incendio periit), exaravisse videtur (siquidem ille codex Calabrytensis reapse a Tzycandyle ipso scriptus erat et non libri Tzycandylei apographon fuit subscriptione ex exemplari repetita instructum), qui codex s. Thomae Aquinatis Summae contra Gentiles a Demetrio Cydonio graece versae libros I et II indice quattuor quidem librorum praefixo olim continebat, priusquam periit, et in folio 7ᵛ tali adnotatione instructus erat: *Τοῦτο τό βιβλίον μεθερμήνευσεν μὲν ἐκ τοῦ λατινικοῦ εἰς τὴν ἑλλάδα φωνὴν Δημήτριο(ς) τίς Θεσσαλονικεύς· | μετεγράψατο δὲ Μανουὴλ Τζυκανδύλης ὁ Βυζάντιο(ς) κ(α)τ(ὰ) πρόσταξιν τοῦ κύρ αὐτοκράτορο(ς) τοῦ Καντακουζην(οῦ)* (cf. *Νῖκος Α. Βέης, Κατάλογος τῶν ἑλληνικῶν χειρογράφων κωδίκων τῆς ἐν Πελοποννήσωι Μονῆς τοῦ Μεγάλου Σπηλαίου* I, *ἐν Ἀθήναις* – Leipzig 1915, pp. 45 sq.; huius codicis Calabrytensis proximum apographon aut postera progenies videtur esse codex Barberinianus graecus 398, de quo cf. Michael Rackl, *Byzantinische Zeitschrift* 24 [1923/24] p. 52). Attamen codex Calabrytensis in charta bombycina formae disparis (mm. 361 × 254) exaratus erat, ut dubitandum sit, num codex Calabrytensis 43 Summae contra Gentiles eiusdem exempli integri pars prior, codex autem Vaticanus graec. 616 pars altera fuerit. Rursus illud considerandum est codicem Vaticanum graec. 616 a fasciculo [27] incipere, codicem vero Calabrytensem 43 foliis 205, id est fasciculis fere 26, constitisse. Quae res nos monet fieri potuisse, ut ambo codices primitus partes unius operis essent, quod in duos codices formae disparis bombycinum (postea Calabrytensem 43) et chartaceum (nunc Vaticanum graec. 616) dispertitum esset. Utcumque res se habuit, et folio codicis Vaticani 616 Tzycandyleo respecto et adnotatione codicis Calabrytensis 43 perpensa adducimur, ut credamus integram Summam contra Gentiles Manueli Tzycandyli iussu Ioannis VI Cantacuzeni mandatam esse, ut sive ipse eam transcriberet sive transcribendam curaret. Et quidem primum duorum priorum librorum versionem a Demetrio Cydonio paulo antea finitam fortasse anno 1354 etiamtum Ioanne VI Cantacuzeno regnante ipse Tzycandyles sua manu in codice Calabrytensi descripsit. Libros vero III et IV haud scio an aliis ne-

gotiis impeditus exarare nequierit et per duos amanuenses in codice Vaticano graeco 616 exarandos curaverit ita tamen, ut suam huius muneris curam nota in codicis Vaticani graeci 616 folio 315ᵛ sua ipsius manu scripta significaret, etiamsi ipse codicem non exaravisset (legas velim quae F. Dölger, *Byzantinische Zeitschrift* 40 [1940] p. 119, de codice Vaticano graeco 544 adnotavit; cf. etiam subscriptionem codicis Vaticani graeci 1650 a Theodoro clerico scripti mandatu Nicolai episcopi Rhegini: Giannelli, *Codices Vaticani graeci. Codices 1485–1683*, p. 372). Iam ut reperiamus, quo tempore codex Vaticanus graecus 616 scriptus sit, permagni momenti est nota latina in codicis Vatic. gr. 616 folio 313ᵛ haud dubie manu ipsius Demetrii Cydonii scripta (cf. tab. **197a**): *Finito libro sit laus et gloria Chr(ist)o.* | *Istum librum transtulit de latino in grecum Demetrius de Thesalonicha seruus Ie(s)u Ch(rist)i.* | *laborauit autem transferendo per unum annum. et fuit completus M°ccc°l°v indictione* | *octaua. xxiiij mensis decebris* (hac voce scripta in rasura) *ora post meridiem tertia. hoc autem dictum est non solum* | *pro istis duobus libris tertio s(cilicet) et 4°. set pro tota suma contra gentiles. que* (hac voce scripta in rasura) *tota fuit translata*: Haec nota significat versionem graecam s. Thomae Aquinatis integrae Summae contra Gentiles a Demetrio Thessalonicensi, id est Demetrio Cydonio, uno anno in hac opera consumpto die 24 Decembris anni 1355 indictionis 8 absolutam esse (de locutionis illius «*fuit completus*» varia vi confer quae luculente in universum disputavit Charles Samaran in libro: Charles Samaran et Robert Marichal, *Catalogue des manuscrits en écriture latine portant des indications de date, de lieu ou de copiste* tome I, Paris 1959, p. x). Immo ob indictionem octavam annus potius 1354 intellegendus est, nam indictio 8 inde a die 1 Septembris 1354 usque ad diem 1 Septembris 1355 currebat, et mensis December anni 1355 iam ad indictionem 9 referendus fuit. At in tali discrepantia plus indictioni tribuere solemus. Scilicet Cydonius novo anno byzantino et nova indictione die 1 Septembris 1354 ingressis hac ipsa re motus etiam annum christianum novum incepisse ponebat et anno 1354 etiamtum currente iam annum 1355 procedere sentiebat (cf. V. Laurent, *Échos d'Orient* 26 [1927] pp. 357 sq.; Giovanni Mercati, *Notizie di Procoro e Demetrio Cidone* [Studi e Testi, 56] p. 160; cf. quae de aerae christianae annis similiter in instrumentis Italiae australis indictionis vi praevalente mutatis aptissime disputavit Alessandro Pratesi, *Carte latine di abbazie calabresi provenienti dall'Archivio Aldobrandini* [Studi e Testi, 197], Città del Vaticano 1958, pp. LII sq.). Illa adnotatio latina tota res singulas ad tempus versionis absolutae spectantes ita explorate et accurate persequitur, ut eam nemini nisi ipsi Demetrio tribui posse docti putaverint, praesertim cum adnotationis scriptio scripturam Demetrii Cydonii latinam aliunde notam referre videretur (cf. Michael Rackl, *Byzantinische Zeitschrift* 24 [1923/24] p. 52). Eoque magis hoc docti crediderunt, quod totus codex Vaticanus graecus 616 permultis locis manu Demetrii Cydonii, quam ex eius graecis autographis perbene novimus, correctus et suppletus est. Itaque statuere nobis licet, cum Demetrius Cydonius exemplar prototypon librorum III et IV Summae contra Gentiles a se versae a se ipso scriptum die 24 Decembris 1354 ad finem perduxisset, libris I et II fortasse iam antea a Tzycandyle iussu Ioannis VI Cantacuzeni e prototypo autographo Demetrii descriptis (quod adnotatio Calabrytensis nos docet) tum

cura etiam librorum III et IV suscepta Tzycandylem duobus amanuensibus horum librorum autographon Demetrii transcribendum tradidisse posteaque Demetrium Cydonium hoc apographon, qui est nunc codex Vaticanus graecus 616, cum suo ipsius versionis graecae exemplari autographo et fortasse etiam cum textu s. Thomae Aquinatis latino contulisse et diligenter recognovisse et sua manu correxisse, supplevisse, locos qui hiarent explevisse et indicem capitulorum a se ipso scriptum (f. 1ʳ 2ᵛ) codici praefixisse, ut exemplum sui operis quam perfectissimum redderet, etiamque adnotationem illam latinam in folio 313ᵛ inscripsisse, qua laboris sui in Summa contra Gentiles vertenda consumpti memoria servaretur. Sane index quattuor quidem librorum illi codici Calabrytensi 43 praefixus erat, at cum hoc librorum III et IV exemplum a parte priore separatum esset, ideo fortasse indicem proprium librorum III et IV codici praefigendum Demetrius Cydonius duxit, ut hic codex ex se aptus esset. Ipsum vero codicem Vaticanum graecum 616 Constantinopoli a duobus illis librariis exaratum et mox ab ipso Demetrio Cydonio emendatum esse verisimile est paulo postquam Cydonii versio die 24 Decembris 1354 absoluta esset. Praeter illum indicem capitulorum Demetrius Cydonius etiam in folii Iʳ parte summa orationem in honorem s. Thomae Aquinatis inscripsit eam, quae in missa die 7 Martii in festo s. Thomae Aquinatis recitatur: *[Deus] qui eccl(esi)am tuam .b. Thome confessoris tui mirra eruditione clarificas et s(an)c(t)a | [oper]atione fecundas da q(uesumu)s et que docuit intellecta conspicere et que egit immitatione complere. | [Per] d(omi)num n(ost)rum Ie(s)um Chr(istu)m filium tuum qui tecum uiuit et regnat in unitate sp(iritu)s s(an)c(t)i per o(mn)ia seccula secculorum amen.* (cf. *Missale Romanum* ex decreto Ss. Concilii Tridentini restitutum Summorum Pontificum cura recognitum. Editio typica, Typis Polyglottis Vaticanis [1962], p. 484ᵃ, 13–19. De hoc codicis textu latino mihi contigit, ut Augustum Campana virum doctissimum consulerem).

In tabula **126** librarii A scripturam ostendimus folio 14ᵛ expresso, cuius textus graecus ineditus exhibet verba s. THOMAE AQUINATIS SUMMAE CONTRA GENTILES A DEMETRIO CYDONIO GRAECE VERSAE libri III cap. 11–12 (de textu latino cf. *Sancti Thomae Aquinatis opera omnia* iussu edita Leonis XIII P. M., tomus 14, Romae 1926, p. 31ᵇ, 24–27; p. 33ᵃ, 1 — 33ᵇ, 14). Tum in tabula **127** librarii B scripturam monstramus folio 197ᵛ expresso, cuius textus graecus ineditus continet verba s. THOMAE AQUINATIS SUMMAE CONTRA GENTILES A DEMETRIO CYDONIO GRAECE VERSAE libri IV cap. 11 (de textu latino cf. *Sancti Thomae Aquinatis opera omnia* iussu edita Leonis XIII P. M., tomus 15, Romae 1930, pp. 32ᵇ, 27 — 33ᵃ, 32). Postremo in tabula **128** ipsius Demetrii Cydonii manum ex hoc codice promendam curavimus folio 2ʳ expresso, quo continetur pars INDICIS CAPITULORUM IN SUMMAE CONTRA GENTILES LIBROS III ET IV A DEMETRIO CYDONIO ET GRAECE VERSI ET AB EO IPSO EXARATI. Et quidem exstant in hac pagina libri III quattuor extrema capitula [ρνϛ] · ρνθ̅ et libri IV prima 64 capitula α̅ – ξδ̅ (capitula latina invenies in eadem quam supra laudavimus editione Leonina, tom. 14 [1926] p. 54* sub numeris capitulorum 160–163; tom. 15 [1930] pp. 301 sq. sub numeris capitulorum 1–62. De varia lectione et divisione eorundem capitulorum, quae in editione Leonina numerantur lib. III cap. 160–163 et lib. IV cap. 1–62, cf. edit. Leon. tom. 15

pp. xxxvi sq.). De aliis Demetrii Cydonii scripturae exemplis editis cf. supra p. 150. De hoc codice cf.: Devreesse, *Codices Vaticani graeci* III pp. 24 sq.; Giovanni Mercati, *Notizie di Procoro e Demetrio Cidone, Manuele Caleca e Teodoro Meliteniota ed altri appunti per la storia della teologia e della letteratura bizantina nel secolo XIV* (Studi e Testi, 56), Città del Vaticano 1931, pp. 6 n. 2, 11 n. 3, 43 n. 1, 90 n. 1, 122, 160 sq.; Michael Rackl, « Demetrios Kydones als Verteidiger und Uebersetzer des hl. Thomas von Aquin, » *Der Katholik. Zeitschrift für katholische Wissenschaft und kirchliches Leben*, Jahrgang 95 (1915), Vierte Folge, Bd. XV, pp. 21–40, praesertim pp. 34 sq.; Michael Rackl, *Byzantinische Zeitschrift* 24 (1923/24) pp. 51 sq.; Michael Rackl, *Miscellanea Francesco Ehrle* I (Studi e Testi, 37), Roma 1924, p. 19; V. Laurent, *Échos d'Orient* 26 (1927) pp. 357 sq. Etiam cf. Raymond J. Loenertz, *Les recueils de lettres de Démétrius Cydonès* (Studi e Testi, 131), Città del Vaticano 1947, p. 109. Hac occasione data illud moneo Summae contra Gentiles a Demetrio Cydonio versae tantummodo duas particulas libri I publici iuris factas esse a Giovanni Mercati, *Notizie di Procoro e Demetrio Cidone* pp. 17 sq., et unam particulam e libri I fine depromptam vulgatam esse a P. Frassinetti, « Il codice Torinese C–II–16 contenente la versione greca della Summa contra Gentes, ad opera di Demetrio Cidone, » *Atti dello VIII Congresso Internazionale di Studi Bizantini*, I = *Studi Bizantini e Neoellenici* 7 (1953) p. 84.

Tabula 129: A.D. 1357.

Codex Ottobonianus graecus 195, chartaceus, mm. 215 × 140, foliorum 183, lineis 31 in singulis paginis exaratus, continet Isaac Syri sermones asceticos. Et quidem die 24 Augusti A.M. 6865 = A.D. 1357 in folio 183ʳ subscriptus est (cf. tab. **197c**): *ἔτους ͵ςωξε̄: μη(νὶ) αὐ(γού)στ(ῳ) κ̄δ*: Quod in tabula **129** exhibemus, folium 154ᵛ partem continet Isaac Syri sermonis 50 (ed. *Ἰωακεὶμ Σπετσιέρης, Τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἰσαὰκ ἐπισκόπου Νινευῒ τοῦ Σύρου τὰ εὑρεθέντα ἀσκητικά, ἐν Ἀθήναις* 1895, pp. 206, 13 — 207, 14). Codicem descripserunt Feron-Battaglini, *Codices manuscripti graeci Ottoboniani* p. 115.

Tabulae 130 et 131: A.D. 1358/1359.

Codex Reginensis graecus 57, chartaceus, mm. 292 × 215, foliorum 459, quae ordine numerantur per paginas 1–100 et deinde per folia 101–509, continet varia opera sacra, praesertim canonica. Cum paginae 1–46 et folia 490–509 recentioribus temporibus addita sint, codex pristinus paginis 47–100 et foliis 101–489 ita continetur, ut librarium principalem A primo binis columnis et lineis 30 in singulis columnis cum paginas 47–100 tum folia 101ʳ–480ᵛ exaravisse appareat. Idem vero librarius principalis A subscriptionem A.M. 6867 — A.D. 1358/1359 in folii 479ʳ columnae sinistrae lineis 7–10 colore rubro fecit a duobus dodecasyllabis incipiens, quos separatim affero (cf. tab. **197d**):

Ἰδρῶτι πολλῷ συσχεθέντι | καὶ πόνῳ,
μόγης τῷ γλυκύ|τατον εὕρωμεν τέλος:–|

ἐν ἔτει ͵ζ'ω'ξζ'· ἰν(δικτιῶνος) ιβ':+ (ad istos dodecasyllabos cf. V. Gardthausen, *Griechische Palaeographie*² II, Leipzig 1913, p. 433 lin. 4/5). Tum alterna vice librarius principalis A et quidam amanuensis B reliquam pristini codicis partem (id est folia 481–489) plenis lineis confecerunt. Et quidem amanuensis B folia 481ʳ 488ᵛ lin. 29 scripsit, quem subsecutus librarius A folia 488ᵛ lin. 30 — 489ʳ exaravit eumque excepit amanuensis B folium 489ᵛ scribendo. Etiam in hac serie foliorum 481 489 tituli opusculorum et capitum manu librarii principalis A additi sunt. Ut manifestum sit alteram manum B coaevo cuidam amanuensi, qui librario A suam operam praestiterit, attribuendam esse. Certe etiam folia 481–489, quae post partem principalem anno 1358/1359 absolutam in codice collocata sunt quibusque scribendis librarius ille principalis A quadam ex parte interfuit, paulo post scripta eidem fere temporis spatio circa A.D. 1358/1359 versanti attribuere nobis licet. Itaque duo scripturae exempla ex hoc codice depromere statuimus. Et quidem in tabula **130** folium 325ʳ a librario principali A scriptum expressimus, quod continet locum Ioannis Zonarae commentarii in canones ss. Apostolorum, conciliorum et ss. Patrum, sunt vero verba Zonarae expositionis in s. Athanasii Magni epistulam ad Amunem monachum (ed. Migne, *Patr. Gr.* 138 col. 553 A 9 — 556 A 2; *Γ. Α. Ῥάλλης καὶ Μ. Ποτλῆς, Σύνταγμα τῶν θείων καὶ ἱερῶν κανόνων* vol. IV, *Ἀθήνησιν* 1854, pp. 71, 11 — 72, 16). Aliud eiusdem scripturae exemplum ex hoc codice expressum invenies apud Franchi de' Cavalieri-Lietzmann, *Specimina codicum graecorum Vaticanorum*² tab. 43; de huius scripturae habitu cf. quae eandem tabulam intuens disputavit Wilhelm Schubart, *Griechische Palaeographie*, München 1925, pp. 166 sq. sub num. 43. Tum in tabula **131** folium 484ᵛ ab amanuensi B exaratum exprimendum curavimus, quo continentur verba s. Nicephori I patriarchae Constantinopolitani* Canonum, a Matthaeo Blastare Syntagmatis alphabetici appendici insertorum (ed. Migne, *Patr. Gr.* 100 col. 856 D 11 — 860 A 14; *Ῥάλλης-Ποτλῆς, Σύνταγμα τῶν θείων καὶ ἱερῶν κανόνων* IV pp. 428, 21 — 430, 20; qui in codice exhibetur, textus s. Nicephori* Canonum est generis B, de quo cf. V. Grumel, *Les Regestes des Actes du Patriarcat de Constantinople* [Le Patriarcat Byzantin, série I] vol. I fasc. II, Socii Assumptionistae Chalcedonenses 1936, p. 38). In hac pagina numeros canonum in marginibus et litteras initiales in textu colore rubro librarius principalis A addidisse videtur, qui scilicet totius codicis pristini curam gerebat. De hoc codice cf.: Stevenson, *Codices manuscripti graeci Reginae Svecorum et Pii PP. II* pp. 48-51; Franchi de' Cavalieri-Lietzmann, *Specimina codicum graecorum Vaticanorum*² p. xvii sub num. 43; Hagiographi Bollandiani et Pius Franchi de' Cavalieri, *Catalogus codicum hagiographicorum graecorum Bibliothecae Vaticanae*, Bruxellis 1899, p. 237; Karl Holl, *Enthusiasmus und Bussgewalt beim griechischen Mönchtum, eine Studie zu Symeon dem neuen Theologen*, Leipzig 1898, p. 108; V. N. Beneševič, *Otvěty Petra chartofilaksa (konca XI věka)*, (Zapiski Imperatorskoj Akademii Nauk. Mémoires de l'Académie Impériale des Sciences de St.-Pétersbourg. VIIIᵉ série. Classe historico-philologique. Volume VIII. No. 14), St.-Pétersbourg 1909, pp. 2 sq.; Ioannes Sajdak, *Historia critica scholia-*

starum et commentatorum Gregorii Nazianzeni, pars prima (Meletemata Patristica, I), Cracoviae 1914, p. 232; V. Grumel, *Les Regestes des Actes du Patriarcat de Constantinople* vol. I fasc. II, num. 804, 805, 832, 844, 845, 847, 848, 849; vol. I fasc. III (1947) num. 858, 896, 897, 1130.

Tabula 132: A.D. 1359.

Codex Vaticanus graecus 464, chartaceus, cm. 29 × 22, foliorum 168, binis columnis exaratus, continet s. Gregorii Nazianzeni orationes cum scholiis et Pseudo-Nonni historias in s. Gregorii Nazianzeni orationes. Codicem quidam Alexius sacerdos die 15 Augusti A.M. 6867 = A.D. 1359 in folio 166^v subscripsit (cf. tab. **198a**): *Τέλο(ς) ἔλα(β)εν τὸ παρὼν οὕτω βιβλίον· ἐν μηνὶ αὐγούστω ιε̄ | πε(ρι)π(α)τοῦντο(ς) ἰνδίκτ(ο)υ τῆς* (spatio 3 litterarum intermisso) *ἔτος ἄγοντ(ος) ἑξάκις | χιλιάδας καὶ δὺς τετρακῶς ἑξήκοντ(α) συν ζ̄ ἡμέ(ρα) | ε̄ τὸ τέλο(ς) ἐγεγόνει: ἐγρά(φη) δὲ ἐξ εμοῦ ἱερέ(ως) | Ἀλεξί(ο)υ τοῦ ἁμαρτωλοῦ καὶ ξένου*: De librariorum ratione codicum annos per circumlocutionem indicandi cf. quae supra p. 22 adnotavimus; ad *τετρακῶς* (= 400) cf. supra p. 49. In tabula **132** folii 68^v partem superiorem expressimus, qua continentur verba s. Gregorii Nazianzeni orationis 43 (ed. Migne, *Patr. Gr.* 36 col. 577 B 5 — C 4; col. 577 C 10 — 580 A 10) cum scholiis Basilii Minimi (quae pleraque edita invenies a R. Cantarella, « Basilio Minimo. II. Scolii inediti con introduzione e note, » *Byzantinische Zeitschrift* 26 [1926] p. 31, 15–17 et p. 31, 20–30; partem scholii de septem miraculis p. 31, 20–26 Cant. ediderat etiam V. Puntoni, « Scolii alle orazioni di Gregorio Nazianzeno, » *Studi di filologia greca* pubblicati da E. Piccolomini, Volume I – Fascicolo III, Torino 1884, p. 235, 17–23). De hoc codice cf.: Devreesse, *Codices Vaticani graeci* II pp. 233–235; Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 14; Ioannes Sajdak, *Historia critica scholiastarum et commentatorum Gregorii Nazianzeni*, pars prima (Meletemata Patristica, I), Cracoviae 1914, p. 21.

Tabula 133: A.D. 1362.

Codex Vaticanus graecus 918, chartaceus, foliorum refectorum forma mm. 223 × 160 (pristina forma fuerat mm. 223 × 148), numero autem foliorum I + 161 (reapse 160, nam folii numerus 12 praetermissus est), Aristophanis Plutum, Nubes, Ranas cum Thomae Magistri scholiis continet. Codicis librario nomen fuit Georgio, siquidem versu in folii 1^r margine superiore scripto librarius reapse suum ipsius nomen indicare voluit (cf. tab. **198b**): + *ἰαμβικός·* | + *στίχ(ος)*: † *γενοῦ βοηθὸς Χ(ριστ)ὲ τῷ Γεωργίῳ*: Codex die 1 Iunii A.M. 6870 = A.D. 1362 in folio 158^r maximam partem rubro colore subscriptus est (cf. tab. **198c**): † *ἐτελειώθ(η) συν θ(ε)ῶ ὁ παρὼν Ἀριστοφάνης ἐν μηνὶ ἰουνίω α̅η′· | ἐν ἔτει ,ςω′· ω̅ω′· ο̅·* (haec littera e correctione est scripta) *ἰν(δικτιῶνος) ιε̄ης′*: – | *στ(ί)χ(ος)* † *ἐπεγράψατο, Ἀριστοφάνου τέλος*: – (hac linea atramento scripta) |

† ἡ μεν χεὶρ ἡ γράψασα, σήπεται τάφω·
γραφὴ | δὲ μαίνει· αἰῶνας ἀπεράντους: – |

+ τέλος + τέλος· + τέλος· + τέλος ++ De duobus istis dodecasyllabis in fine subscriptionis additis (quos supra separatim attuli) cf. V. Gardthausen, *Griechische Palaeographie*[2] II, Leipzig 1913, p. 433; cf. quae supra pp. 53, 55, 83 sq., 139 adnotavi; nunc cf. Gérard Garitte, « Sur une formule des colophons de manuscrits grecs (ἡ μὲν χεὶρ ἡ γράψασα), » *Collectanea Vaticana in honorem Anselmi M. Card. Albareda a Bibliotheca Apostolica edita* vol. I (Studi e Testi, 219), Città del Vaticano 1962, pp. 359–390. Quod in tabula **133** expressimus, folium 116[v] ARISTOPHANIS RANARUM versus 332-353 CUM SCHOLIIS THOMAE MAGISTRI continet. Et quidem exstant scholium marginale in Aristoph. Ran. 343 et scholia interlinearia in Ran. 337 et 353 (ed. C. O. Zuretti, « Scolii al Pluto ed alle Rane d'Aristofane, » *Rivista di filologia e d'istruzione classica* 19 [1891] p. 106 sub numeris 343, 338, 352). Scholio marginali signum relationis praefixum est, quo hoc scholium ad textus locum eodem signo notatum refertur (de signis relationis, quae in codicibus usurpantur, in universum cf. *Γ. Χαριτάκης*, « *Παραπεμπτικὰ σημεῖα,* » *Εἰς μνήμην Σπυρίδωνος Λάμπρου, ἐν Ἀθήναις* 1935, pp. 601–613). De hoc codice cf.: C. O. Zuretti, *Analecta Aristophanea,* Torino 1892, p. 19; John Williams White, « The Manuscripts of Aristophanes. I, » *Classical Philology* 1 (1906) p. 17.

Tabula 134: A.D. 1362.

Codex Ottobonianus graecus 145, chartaceus, cm. 21 × 14, foliorum 80, lineis 24–25 in singulis paginis exaratus, continet Meletii monachi opus de natura hominis. Codicem scripsit Petrus Telemachus, qui subscriptione die 5 Decembris A.M. 6871 = A.D. 1362 in folio 80[r] rubro colore facta nomen suum per monocondylium scripsit et iterum cryptographice repetivit (cf. tab. **199a**): † ἐν ἔτει ͵ζωοα'. ἰν(δικτιῶνος) α'. μηνὶ δε(κεμβ)ρ(ίῳ) ε': | + Πέτρος ὁ Τηλέμαχος | † κέψλωλψβοεξθυλω + (haec litteris arcanis scripta intellegenda sunt Πέτρος ὁ Τηλέμαχος. De hac usitatissima ratione cryptographica cf.: V. Gardthausen, *Griechische Palaeographie*[2] II, Leipzig 1913, p. 311; Ἀντώνιος Σιγάλας, *Ἱστορία τῆς ἑλληνικῆς γραφῆς, Θεσσαλονίκη* 1934, pp. 303 sq.; Robert Devreesse, *Introduction à l'étude des manuscrits grecs,* Paris 1954, p. 44; Λίνος Πολίτης, *Ὁδηγὸς καταλόγου χειρογράφων* [*Γενικὸν Συμβούλιον Βιβλιοθηκῶν τῆς Ἑλλάδος,* 17], *Ἀθῆναι* 1961, pp. 40 sq.). In prima subscriptionis linea litterae ἐν ἔτει ͵ζωο et, quod in secunda linea sequitur, monocondylium ductibus litterarum atramento iteratis retractata sunt. De Petri Telemachi hoc codice et aliis codicibus aetate supparibus (velut Parisino Coisliniano 168 anno 1355 et Athoo τῆς Μεγίστης Λαύρας I 70 anno 1363 scriptis) cf. Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 387, ut anni notam in nostro codice Ottoboniano atramento iteratam procul dubio certam esse appareat. Animadvertas quaeso Petri Telemachi nomen in codice Coisliniano 168 (fol. 309[r]), praeterquam quod in subscriptione indicatum est, etiam in ima pagina simili modo, atque in codice Ottoboniano, et monocondylio et cryptographice indicari (cf.

quae de codice Coisliniano 168 rettulit Henri Omont, *Fac-similés des manuscrits grecs datés de la Bibliothèque Nationale du IXe au XIVe siècle*, Paris 1891, Appendice p. 21). Monocondylium in codice Ottoboniano (f. 80^r^) scriptum Feron-Battaglini, *loco infra laudato*, perperam legerunt *Πέτρος ὁ εὐτελὴς μοναχός*. Immo neque codex Ottobonianus graec. 145 neque Coislinianus 168 Petrum monachum fuisse testantur. Codex vero Athous *Λαύρας I* 70, siquidem ab eodem Petro Telemacho scriptus est, nota in calce scripta ostendit eum anno 1363 modo lectorem (*ἀναγνώστην*) fuisse (cf. Spyridon and Sophronios Eustratiades, *Catalogue of the Greek Manuscripts in the Library of the Laura on Mount Athos* [Harvard Theological Studies, XII], Cambridge, [Massachusetts], 1925, p. 191 sub num. 1154). In tabula **134** codicis Ottoboniani graeci 145 folium 13^r^ expressimus, quod continet locum MELETII MONACHI OPERIS DE NATURA HOMINIS (ed. J. A. Cramer, *Anecdota graeca e codd. manuscriptis bibliothecarum Oxoniensium* III, Oxonii 1836, pp. 42, 17 — 43, 3; Migne, *Patr. Gr.* 64 col. 1133 C 5 — 1136 A 6). Codex Altaempsianus fuit, quod nota in folio praevio recto scripta docet: *Ex codicibus Joannis Angeli Ducis ab Altaemps* (qui anno 1620 obiit; de eo cf. Carlo Frati, *Dizionario bio-bibliografico dei bibliotecari e bibliofili italiani* [Biblioteca di bibliografia italiana, XIII], Firenze 1933, pp. 16 sq.). De hoc codice cf.: Feron-Battaglini, *Codices manuscripti graeci Ottoboniani* p. 81; H. Diels, *Die Handschriften der antiken Ärzte*, II. Teil (= Abhandlungen der Königlich Preussischen Akademie der Wissenschaften. Aus dem Jahre 1906. Philosophisch-historische Classe. Abh. I.), Berlin 1906, p. 63.

Tabula 135: A.D. 1363.

Codex Ottobonianus graecus 160, chartaceus, cm. 22 × 14, foliorum 172, lineis 22–25 in singulis paginis scriptus, continet varia sacra, praecipue liturgica et canonica, quae in tres partes discedunt: *σχηματολόγιον* (hic est liber officia in habitum monasticum sumpturos continens), *κανονάριον* sive paenitentiale, *ἀναπαυσιμάριον* sive officia funerea. Et quidem e codicis argumento haec praesertim laudanda videntur: (f. 1^r^) inscriptio incipit *ἀρχ(ὴ) σὺν θ(ε)ῷ ἁγίῳ τοῦ σχηματολογ(ίου) κτλ.*; (f. 1^r^) officium parvi habitus (in universum cf.: Jacobus Goar, *Εὐχολόγιον sive Rituale Graecorum*,[2] Venetiis 1730 = Graz 1960, pp. 382–388; *Εὐχολόγιον τὸ μέγα, ἐν Ῥώμῃ* 1873, pp. 226–234; *Εὐχολόγιον τὸ μέγα* ed. *Νικόλαος Παν. Παπαδόπουλος, ἐν Ἀθήναις* 1927, pp. 139–147); (f. 7^v^) *Τάξης καὶ ἀκολουθ(ία)· τοῦ μεγάλου καὶ ἀγγελικοῦ σχήματος*, officium magni et angelici habitus (ed. Goar[2] pp. 403–414; *Εὐχολόγιον τὸ μέγα*, ed. Rom. 1873, pp. 234–249; ed. Athen. 1927, pp. 147–162); (f. 31^r^) *Εὐχῇ εἰς γυναῖκα λαβεῖν τὸ ἅγιον σχῆμα*, oratio pro monachae habitum sumptura (ed. Goar[2] p. 382; *Εὐχολόγιον τὸ μέγα*, ed. Athen. 1927, p. 516); (f. 31^v^) *Εὐχῇ λεγομένη μετὰ τὸ ἀναστῆναι ἀπὸ τὸν κοιτόνα*, preces matutinae; (f. 32^r^ [= 33^r^] sqq.) Ioannis IV Ieiunatoris patriarchae CP.* quod fertur *Κανονάριον* paenitentiale (initium canonarii cum iis concordat, quae edidit J. B. Pitra, *Spicilegium Solesmense* tomus IV, Parisiis 1858, p. 438 sub II; nonnullas Canonarii partes, quae subsequuntur, quodammodo conferri licet cum Migne,

Patr. Gr. 88 col. 1889 sqq.); tum sequuntur varia excerpta sacra, maximam partem paenitentialia et ascetica; (f. 159r–166v, 158r-v, 167r lin. 1–2) officium funeris monachorum, initio mutilum (discrepat a textu vulgato: cf. Goar[2] pp. 438–447; *Εὐχολόγιον τὸ μέγα*, ed. Rom. 1873, pp. 274–288; ed. Athen. 1927, pp. 314–327; *Ἁγιασματάριον, τεῦχος δεύτερον, ἐν Ῥώμῃ* 1955, pp. 137–180); (f. 167r lin. 3) *Κανὼν ἀναπαύσιμος εἰς γυναικα (μον)αχ(ήν)*, canon funereus pro monacha defuncta; (f. 169v 172v) s. Gregorii Nazianzeni carminum libri I sectionis II poëmatis 32 versus 1–60, 71–116, 61–70 (ed. Migne, *Patr. Gr.* 37 col. 916–925). Codicem quidam Cosmas die 14 Ianuarii A. M. 6871 = A.D. 1363 subscripsit adnotatione in folio 172v facta, quae partim evanuit (cf. tab. **199b**): *ἐτε[λειώθη τὸ πα]ρὸν κανονάριον μετὰ τοῦ | σχηματολογ(ίου) καὶ τοῦ ἀναπαυσιμαρίου | διὰ χειρὸς τοῦ ἁμαρτωλοῦ Κοσμᾶ | .κων... | καὶ οἱ ἀναγινώσκοντες εὔχεσθαί μοι | τῷ ἁμαρτωλῷ ὅτι ἔσφαλα πολλὰ: | σωθῇ ὁ ἔχων ἐλεηθῇ ὁ γράψας: | + ἐγρά(φ)η ἐπὶ ἔτους ,ςωοά | ἰν(δικτιῶνος) τῆς ā: ἐν μη(ν)ῆ ιανν(ουα)ρ(ίῳ) ιδ'* | Atque eadem manus subter haec scribere perrexit: [– – –]. *μνημόνευε ὁ ἔχων τοτ...* | [– – –] ..... *τοῦ ἁμαρτωλοῦ* | [– – –] ... *τῆς συμβίου αὐτοῦ Ἑλέ(νης)* | [– – –] .. *τέκνων αὐτῶν* | [– – –] *ἀδελφοῦ αὐτοῦ Νικολάου.* Ad eam, quam tentavimus, lectionem *σωθῇ ὁ ἔχων* confer exempli causa similem locum subscriptionis, quam edidit R. Cantarella, «Documenti greci medievali inediti del Grande Archivio di Napoli,» *Archivio Storico per le province Napoletane*, Nuova Serie 21 = 60 (1935) p. 208; et cf. eundem locum in subscriptione codicis Athoi monasterii Philothei 148 obvium (*Σπυρίδων Π. Λάμπρος, Κατάλογος τῶν ἐν ταῖς βιβλιοθήκαις τοῦ Ἁγίου Ὄρους ἑλληνικῶν κωδίκων* I, *ἐν Καντα-βριγίᾳ τῆς Ἀγγλίας* 1895, p. 161 sub num. 1912); tum cf. subscriptionem codicis Ambrosiani H 104 sup. (fol. 163r) *σωθῇ ὁ γράψας, ἐλεηθ(ῇ) ὁ ἔχων* (Aemidius Martini – Dominicus Bassi, *Catalogus codicum graecorum Bibliothecae Ambrosianae*, Mediolani 1906, I p. 538); etiam cf. subscriptionem codicis Ottoboniani graeci 417 (fol. 261v) *σωθεῖ ὁ γράψας· ἐλεηθεῖ ὁ ἔχων* (Hagiographi Bollandiani et Pius Franchi de' Cavalieri, *Catalogus codicum hagiographicorum graecorum Bibliothecae Vaticanae*, Bruxellis 1899, p. 288) et subscriptionem codicis Vaticani graeci 1699 (cf. Giannelli-Canart, *Codices Vaticani graeci. Codices 1684–1744*, p. 30). In tabula **135** imaginem folii 44v damus, quo continentur verba ad IOANNIS IV IEIUNATORIS PATRIARCHAE CP.* CANONARIUM pertinentia (ed. Migne, *Patr. Gr.* 88 col. 1905 C 4 — D 10). De hoc codice cf.: Feron-Battaglini, *Codices manuscripti graeci Ottoboniani* pp. 91 sq.; Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 235.

Tabula 136: A.D. 1363.

Codex Ottobonianus graecus 210, chartaceus, foliorum charta marginibus agglutinata refectorum forma mm. 215 × 160 (forma pristina mm. circa 215 × 145 fuerat), numero autem foliorum I + 275, constat e quattuor partibus nunc una compactis, quae variis manibus et temporibus scriptae sunt. Quarum una (fol. 1–64) Hesiodi Opera et Dies cum scholiis Ioannis Tzetzae, altera (fol. 65–130) Aeschyli Prometheum et Sep-

tem contra Thebas, tertia (fol. 131-165) Pindari Olympia, quarta (fol. 168-274) Aristophanis Plutum et Nubes continet. Et quidem pars secunda a pluribus scribis saeculis XIV, XV et ineunte XVI scripta est, pars autem tertia ineunte saeculo XVI, quarta vero saeculo XV exarata est. Verum librum Hesiodeum, qui folia 1-64 complectitur quique solus anni nota instructus ad nos pertinet, sacerdos Robertus Brac(a) de Soleto (quod est oppidum in Italiae australis terra Hydruntina situm), filius Ioannis Nicolai, die 21 Octobris A.M. 6872 = A.D. 1363 in folio 64ʳ subscripsit (cf. tab. **200a**): *Ἐτελειώθ(η) τὸ παρὸν βιβλίον τοῦ Ἡσιόδου καὶ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτ(οῦ)* | *Πέρσ(ου), διὰ χειρὸ(ς) π(α)-π(ᾶ) Ῥομβέρτ(ου) υἱὸ(ς)* (*υἱοῦ* man. post. in marg.) *Ἰωάννου Νικολ(άου) Βράκ(α) τὸ* (*τοῦ* man. post. in marg.) | *ἀπὸ χώρας Σολὲντοὺς* (spiritum in *ὲ* delevit man. post.)· *μηνὶ ὀκτωβρίῳ κ̄ᾱ· ἡμέρα* | *σα(ββά)τ(ῳ). ὥρα ᾱ τῆς ἡμέρας. ἔτ(ους)* (at *ἔτει* man. post.) *͵ζω̄ο̄β̄· ἰνδικ(τιῶνος) β* (hoc *β* ex *α* ipse scriba correxit) | *στίχ(οι)* (hac voce in margine praefixa) *δέχου τὸ ῥαψώδιμα* (supra *ι* litteram *η* scripsit man. post. in marg.) *τοῦ σοῦ συγκόνου* (*συγγόνου* man. post.), | *ἥδυσμα καὶ πέδευμα Πὲρση σῶν τρόπων:–* | *εὔχεσθαι ὑπὲρ τοῦ γεγραφότο(ς) πάντες οἱ ἀναγινώσκοντες καὶ μὴ* | *καταρᾶσθαι:* In subscriptionis linea secunda *τὸ* pro *τοῦ* scriptum fortasse permutationi phoneticae sonorum *u* et *o* debetur, quae medio aevo praesertim in Italia australi late patebat (cf. Gérard Garitte, *Documents pour l'étude du livre d'Agathange* [Studi e Testi, 127], Città del Vaticano 1946, pp. 164–167; cf. quae hac de re supra pp. 23, 61 sq. adnotavi). In folio 64aʳ alia manus, quae eiusdem regionis videtur esse, notitiam de solis defectu exaravit, qui (scilicet paulo ante hunc codicem completum) die festo Ascensionis Domini, die 5 Maii A.M. 6869 = A.D. 1361 accidisset: + *ἡμέρα τετράδ(ι) τῆς ἄναλήψεως· ε· τοῦ μαΐου* | *μηνο(ς), ὥρα· ζ̄· εγένετο· σκοτισμὸς· ἐν* | *τῶ ηλήῶ· εν τ(ῷ) έτει· τῆς ιδ̄· ινδικ(τιῶνος)* + *ἔτει ς^ω̄ω̄·* |*ξθ̄:*+ (dies 5 Maii 1361 re vera in feriam IV cecidit, quae tamen pridie diem festum Ascensionis Domini fuit; de illo solis defectu cf. V. Grumel, *La chronologie* [Traité d'Études Byzantines, I], Paris 1958, p. 468). In tabula **136** imaginem folii 58ʳ exhibemus, quo continentur Hesiodi Operum et Dierum versus 721–732 cum scholiis Ioannis Tzetzae in Operum et Dierum versus 717–724 (ed. Thomas Gaisford, *Scholia ad Hesiodum* [Poetae minores graeci, II], Lipsiae 1823, p. 388, 26–29; pp. 389, 21 — 390, 7; p. 390, 19–21; p. 391, 7–14; p. 392, 7–10). Codex olim Altaempsianus erat, quod nos docet nota possessionis in folio praevio Iʳ scripta: *Ex codicibus Joannis Angeli Ducis ab Altaemps* (de Ioanne Angelo duce d'Altaemps † 1620 cf. Carlo Frati, *Dizionario bio-bibliografico dei bibliotecari e bibliofili italiani* [Biblioteca di bibliografia italiana, XIII], Firenze 1933, pp. 16 sq.).

De hoc codice cf.: Feron-Battaglini, *Codices manuscripti graeci Ottoboniani* pp. 122 sq.; Aristide Colonna, « L'esemplare *Φ* degli *Erga* esiodei, » *Accademia Nazionale dei Lincei. Bolletino del Comitato per la preparazione della Edizione Nazionale dei Classici greci e latini*, Nuova Serie fascicolo VI, Roma 1958, p. 22; Aristides Colonna, *Hesiodi Opera et Dies* (Testi e Documenti per lo studio dell'antichità, 1), Milano-Varese [1959], p. 11; Aristide Colonna, « Note esiodee, » *Studi in onore di Luigi Castiglioni* I, Firenze [1960], p. 239; Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 393; Pierre Batiffol, *L'abbaye de Rossano*, Paris 1891, p. 97; Alberto Vaccari, « La Grecía nell'Italia meridio-

nale, » *Orientalia Christiana* vol. III-3, Num. 13 (1925) p. 317; Robert Devreesse, *Les manuscrits grecs de l'Italie méridionale* (Studi e Testi, 183), Città del Vaticano 1955, p. 51; Hermann Schultz, *Die handschriftliche Überlieferung der Hesiod-Scholien* (Abhandlungen der Königlichen Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse. Neue Folge. Band XII. Nro. 4.), Berlin 1910, p. 28; *Νικόλαος Α. Λιβαδάρας, Ἱστορία τῆς παραδόσεως τοῦ κειμένου τοῦ Ἡσιόδου* (« *Ἀθηνᾶ* » *σύγγραμμα περιοδικὸν τῆς ἐν Ἀθήναις Ἐπιστημονικῆς Ἑταιρείας. Σειρὰ διατριβῶν καὶ μελετημάτων*, 1), *ἐν Ἀθήναις* 1963, p. 191; Herbert Weir Smyth, « Catalogue of the Manuscripts of Aeschylus, » *Harvard Studies in Classical Philology* 44 (1933) p. 23; A. Turyn, *The Manuscript Tradition of the Tragedies of Aeschylus* (Polish Institute Series, 2), New York 1943, pp. 56 sq.; Car. Ioh. Tycho Mommsen, *Pindari carmina*, Berolini 1864, pp. xxx sq.; Jean Irigoin, *Histoire du texte de Pindare* (Études et Commentaires, XIII), Paris 1952, p. 440; John Williams White, « The Manuscripts of Aristophanes. I, » *Classical Philology* 1 (1906) p. 18.

Tabulae 137, 138, 139: A.D. 1364.

Codex Reginensis graecus 181, chartaceus, mm. 215 × 150, foliorum initialium 14 (quorum fol. 1–13 rerum conspectum exhibent) + 324, a tribus dumtaxat librariis, quos litteris A, B, C designamus, alterna vice se excipientibus scriptus, opera fere medica imprimis Ioannis Actuarii continet. Hic codex die 1 Aprilis A.M. 6872 = A.D. 1364 in folio 324ʳ a librario A, quem codicis librarium principalem fuisse ponimus, subscriptus est (cf. tab. **200b**): *τέλος τῶν φυσικῶν λογιδίων τοῦ ἰατρὸ|βίβλου* ⟦*τοῦ*⟧· *ἐν μην(ὶ) ἀπριλλ(ίῳ) εἰς την ᾱ' ἡμέρ(ᾳ) β̄· ὥρα ᾱ (σελήνης)· | ἔτους ϛω̄οβ· ὦ ἡ δοξα καὶ το κράτ(ος) αμῆν*: + Post vocem (*σελήνης*) compendio scriptam lunae cyclum *κύ. ιγ'* indicare debuit librarius, quod per imprudentiam omisit. Cum omnes codicis librarii circa idem temporis spatium huic codici conficiendo operam navavissent, uniuscuiusque eorum scripturam exprimendam esse duximus. Primo ut librarii praecipui A, qui codicem subscripsit, manum ostendamus, in tabula **137** imaginem folii 5ᵛ damus, quod continet verba Ioannis Actuarii de diagnosi libri I cap. 4 (ed. Iulius Ludovicus Ideler, *Physici et Medici graeci minores* II, Berolini 1842, pp. 359, 31 — 360, 19). Alias imagines foliorum ab eodem librario A exaratorum, quae notas tachygraphicas continent, vulgaverunt: T. W. Allen, *Journal of Hellenic Studies* 11 (1890) tab. IX (folio initiali 13ʳ expresso), tab. X (fol. 284ʳ expresso); *Σπυρ. Π. Λάμπρος, Νέος Ἑλληνομνήμων* 11 (1914) p. 312 (fol. 284ʳ expresso). Deinde alterius librarii B scripturam in tabula **138** ostendimus folio 44ʳ expresso, quod continet verba Ioannis Actuarii de diagnosi libri I cap. 56–57 (ed. Ideler, *Physici et Medici graeci minores* II pp. 415, 19 — 416, 8); animadvertas velim notam in margine dextro a librario principali A exaratam esse. Denique tertii librarii C manum monstramus in tabula **139** folio 291ᵛ expresso, quod exhibet verba excerpta ex Hippocrate et Galeno de urinis (cf. Carolus Gottlob Kühn, *Medicorum Graecorum opera quae exstant* vol. XIX, Lipsiae 1830, pp. 625, 1 — 626, 7). De

hoc codice cf.: Stevenson, *Codices manuscripti graeci Reginae Svecorum et Pii PP. II* pp. 121–123; H. Diels, *Die Handschriften der antiken Ärzte*, II. Teil (= Abhandlungen der Königlich Preussischen Akademie der Wissenschaften. Aus dem Jahre 1906. Philosophisch-historische Classe. Abh. I), Berlin 1906, p. 110; T. W. Allen, « Fourteenth-Century Tachygraphy, » *Journal of Hellenic Studies* 11 (1890) pp. 286–293, tab. IX, X; *Σπυρ. Π. Λάμπρος, Νέος Ἑλληνομνήμων* 11 (1914) pp. 312 sq.; Giovanni Mercati, *Opere minori* vol. III (Studi e Testi, 78), Città del Vaticano 1937, p. 426.

Tabula 140: A.D. 1370.

Codex Vaticanus graecus 674, chartaceus, mm. 298 × 225, foliorum I + 225, lineis 23 in singulis paginis scriptus est. Insunt: Prochori Cydonii de essentia et operatione liber VI et Ioannis VI Cantacuzeni (Ioasaph monachi) refutatio aliaque opera theologica. Codicem Manuel Tzycandyles scripsit absolvitque mense Iunio A.M. 6878 = A.D. 1370 in Mizethra castro prope Spartam sito (etiam *Μυστρᾶς* sive *Μυσθρᾶς* vocabatur, nunc vulgo Mistra appellatur), sicut nos docet subscriptio in folio 225^v colore rubro exarata (cf. tab. **200c**): + *ἐτελειώθη ἡ παροῦσα βίβλος, διὰ | χειρὸς Μανουὴλ τοῦ Τζυκανδύλη | κατὰ μῆνα ἰούνιον τῆς ὀγδόης ἰνδικτι|ῶνος· τοῦ ἑξακισχιλιοστοῦ ὀκτακοσιοστοῦ | ἑβδομηκοστοῦ ὀγδόου ἔτους, ἐν τῷ Μιζηθρᾶ* + Ipse quidem codex re vera manu Manuelis Tzycandylis scriptus est, at haec subscriptio scripturae ductu dissimili a quodam Tzycandylis amanuensi exarata videtur esse. De Manuele Tzycandyle, notissimo illo librario, cuius opera Ioannes VI Cantacuzenus sive Ioasaph monachus utebatur quique idem etiam pictor perhibetur fuisse, cf.: Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* pp. 281 sq. (de hoc codice p. 282); *Σπυρ. Π. Λάμπρος*, « *Λακεδαιμόνιοι βιβλιογράφοι καὶ κτήτορες κωδίκων κατὰ τοὺς μέσους αἰῶνας καὶ ἐπὶ Τουρκοκρατίας,* » *Νέος Ἑλληνομνήμων* 4 (1907) pp. 167–174; Giovanni Mercati, *Notizie di Procoro e Demetrio Cidone, Manuele Caleca e Teodoro Meliteniota ed altri appunti per la storia della teologia e della letteratura bizantina del secolo XIV* (Studi e Testi, 56), Città del Vaticano 1931, pp. 6, 11 n. 3; D. A. Zakythinos, *Le Despotat grec de Morée* II, Athènes 1953, pp. 316 sq., 321; Manuel Candal, *Orientalia Christiana Periodica* 20 (1954) pp. 253 sq.; Raymond-J. Loenertz, *Orientalia Christiana Periodica* 21 (1955) pp. 210–212; Raymond-J. Loenertz, *Démétrius Cydonès, Correspondance* I (Studi e Testi, 186), Città del Vaticano 1956, p. 43 (epist. 14, 27), p. 74 (epist. 41, 14), p. 89 (epist. 57, 12); François Masai, *Pléthon et le platonisme de Mistra*, Paris 1956, p. 49 n. 3; Jean Meyendorff, *Grégoire Palamas, Défense des saints hésychastes* (Spicilegium Sacrum Lovaniense, 30), Louvain 1959, p. XLV; Jean Meyendorff, *Introduction à l'étude de Grégoire Palamas* (Patristica Sorbonensia, 3), Paris [1959], pp. 331 sq.; cf. supra pp. 150 sqq., infra pp. 165 sq. De Mystra cf. etiam *Νικόλαος Β. Τωμαδάκης, Σύλλαβος βυζαντινῶν μελετῶν καὶ κειμένων, ἐν Ἀθήναις* 1961, pp. 74–77. Quod in tabula **140** expressimus, folium 165^r continet initium NOTITIAE DE CONTROVERSIA INTER PAULUM PATRIARCHAM LATINUM CONSTANTINOPOLITANUM ET IOANNEM CANTACUZENUM HABITA, quae notitia Epistulae Ioannis Canta-

cuzeni ad Paulum patriarcham datae praefixa est (ed. *Ἀ. Παπαδόπουλος-Κεραμεύς, Ἱεροσολυμιτικὴ Βιβλιοθήκη* IV, ἐν Πετρουπόλει 1899, p. 116, 4–18; de hoc textu cf. Giovanni Mercati, *Notizie di Procoro e Demetrio Cidone* [Studi e Testi, 56] pp. 5 n. 1, 42 n. 2; Jean Meyendorff, « Projets de Concile Oecuménique en 1367: Un dialogue inédit entre Jean Cantacuzène et le légat Paul, » *Dumbarton Oaks Papers* 14 [Washington 1960] p. 159 n. 47; Meyendorff, *Introduction à l'étude de Grégoire Palamas* [Patristica Sorbonensia, 3] p. 412). Nota *κα'* in paginae margine inferiore est numerus fasciculi vicesimi primi incipientis. Etiam alibi Manuelis Tzycandylis scripturae imagines invenies in nostra tabula 142 atque in his libris: Archimandrit Amfilochij, *Paleografičeskoe opisanie grečeskich rukopisej XIII i XIV v. opredělennych lět*, tom III, Moskva 1880, tab. 31 (cod. Mosquensis gr. 56 Savva [228 Vladimir] fol. 318r); Gregorius Cereteli et Sergius Sobolevski, *Exempla Codicum Graecorum Litteris minusculis scriptorum annorumque notis instructorum*, vol. I: *Codices Mosquenses*, Mosquae 1911, tab. XLII (cod. Mosquensis gr. 56 Savva [228 Vladimir] fol. 245r; cf. Mercati, *Notizie di Procoro e Demetrio Cidone* [Studi e Testi, 56] p. 11 n. 3; cf. supra p. 151); Henri Omont, *Fac-similés des manuscrits grecs datés de la Bibliothèque Nationale du IXe au XIVe siècle*, Paris 1891, tab. LXXXVII–LXXXVIII, XCIII; Franz Steffens, *Proben aus griechischen Handschriften und Urkunden*, Trier 1912, tab. 19; Jean Ebersolt, *La miniature byzantine*, Paris-Bruxelles 1926, tab. LXII (cf. p. 57); Charles Diehl, *Manuel d'art byzantin*² II, Paris 1926, pp. 880 sq., imag. 435, 436; André Grabar, *Miniatures Byzantines de la Bibliothèque Nationale*, Paris 1939, tab. 63; Paul Lemerle, *Le style byzantin* (Arts, Styles et Techniques. Collection publiée sous la direction de Norbert Dufourcq), Paris [1943], tab. XXXVIII (cf. p. 100 et p. 119 de Manuele Tzycandyle); Norman H. Baynes – H. St. L. B. Moss (ed.), *Byzantium. An Introduction to East Roman Civilization*, Oxford [² 1949], tab. 34; *Bibliothèque Nationale. Byzance et la France médiévale. Manuscrits à peintures du IIe au XVIe siècle*, Paris 1958, tab. XXVI (cf. p. 50); Jean Meyendorff, *St Grégoire Palamas et la mystique orthodoxe* ([Collections Microcosme], Maîtres spirituels, [20]), Aux éditions du Seuil [Paris 1959], p. 95 (folio 1r codicis Vaticani graeci 1711 expresso, quem a Tzycandyle scriptum Meyendorff recte cognovit; cf. Meyendorff, *Grégoire Palamas, Défense des saints hésychastes* [Spicilegium Sacrum Lovaniense, 30] p. XLV; Meyendorff, *Introduction à l'étude de Grégoire Palamas* [Patristica Sorbonensia, 3] p. 332; Giannelli-Canart, *Codices Vaticani graeci. Codices 1684–1744*, pp. 74–76, p. XVIII). De hoc codice Vaticano graeco 674 cf.: Devreesse, *Codices Vaticani graeci* III p. 128; Giovanni Mercati, *Notizie di Procoro e Demetrio Cidone* (Studi e Testi, 56) pp. 4 n. 3, 5 n. 1, 6 sq., 9, 13, 24 n. 3, 238 n. 2, 274 n. 4–5, 485; Manuel Candal, « El libro VI de Prócoro Cidonio (Sobre la luz tabórica), » *Orientalia Christiana Periodica* 20 (1954) pp. 247–297 (Prochori Cydonii de essentia et operatione libro VI graece ex hoc cod. Vatic. gr. 674 edito et hispanice verso).

Tabula 141: A.D. 1371.

Codex Vaticanus graecus 541, chartaceus, mm. 295 × 220, foliorum 339, binis columnis, lineis 26 in singulis columnis exaratus, s. Ioannis Chrysostomi homilias in Ioannem continet. Codicem quidam Ignatius die 2 Aprilis A.M. 6879 = A.D. 1371 in folio 338^{v} subscripsit (cf. tab. **201a**): *῎Ελαβε τέλος ἡ παροῦ|σα βίβλος, ἐν μη(νὶ) ἀ|πριλ-λ(ίῳ) β̄·'· τοῦ ἔτους | ͵ζ'ω̄ο̄θ̄' ἰν(δικτιῶνος) θ':· | Μέμνησθε π(ατέ)ρες μου | τοῦ ᾿Ιγνατίου·:– | † ᾿Ι(ησο)ῦ Χ(ριστο)ῦ τοῦ Παντοκρατωρος*: (hac quidem linea rubro colore litteris grandibus scripta). Quin verisimillimum videtur Ignatium fuisse monachum monasterii Athoi *τοῦ Παντοκράτορος* (cf. Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 160), praesertim cum reputemus in monasterio Athoo *τοῦ Παντοκράτορος* etiamnunc exstare codicem 164 a scriba Ignatio subscriptum et simili invocatione clausum (cf. *Σπυρίδων Π. Λάμπρος, Κατάλογος τῶν ἐν ταῖς βιβλιοθήκαις τοῦ ῾Αγίου ῎Ορους ἑλληνικῶν κωδίκων* I, *ἐν Καταβριγίᾳ τῆς ᾿Αγγλίας* 1895, p. 109 num. 1198), qui Ignatius forsitan idem fuerit atque noster scriba. Sane patet in nostro codice Vaticano graeco 541 ultimam subscriptionis lineam significavisse codicem certo monasterio *τοῦ Παντοκράτορος* destinatum esse et tunc in eiusdem possessione esse. Ab eodem librario inter codices Vaticanos etiam codex Vaticanus graecus 813 die 23 Novembris 1369 finitus et codex Vaticanus graecus 816 die 13 Decembris 1370 absolutus scripti sunt, qui argumentis artissime inter se cohaerent (cf. Devreesse, *Codices Vaticani graeci* III pp. 349, 351 sq.; Hagiographi Bollandiani et Pius Franchi de' Cavalieri, *Catalogus codicum hagiographicorum graecorum Bibliothecae Vaticanae*, Bruxellis 1899, pp. 61 sq., 63 sqq.; Albert Ehrhard, *Überlieferung und Bestand der hagiographischen und homiletischen Literatur der griechischen Kirche.* Erster Teil: *Die Überlieferung.* II. Band [Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altchristlichen Literatur, 51. Band], Leipzig 1938, pp. 480, 494). Omnesque hi tres codices Vaticani graeci 541, 813, 816 eadem magnitudine sunt et eadem dispositione binis columnis et eodem linearum 26 in unaquaque columna scriptarum numero exarati sunt. Cum codices Vaticani graeci 813 et 816 aetate suppares scripturae nimirum habitu simillimo a nostro Ignatio exarati sint, ut hac ex parte ne tantillum quidem a codice Vaticano graeco 541 differant, eorum exempla afferre supersedemus et tantum e codice Vaticano graeco 541 scripturae Ignatii specimen exhibemus. Et quidem in tabula **141** codicis Vaticani graeci 541 folium 231^{r} exprimendum curavimus, quod continet locum s. Ioannis Chrysostomi in Ioannem homiliae 39 (ed. Migne, *Patr. Gr.* 59 col. 228, 21–47). Hac occasione data moneo etiam in codice Vaticano graeco 453 (cf. infra p. 171) inveniri folia 327^{r}–336^{r} et 346^{r}–359^{v} eiusdem formae ab eodem Ignatio eadem dispositione (binis columnis, lineis 26 in singulis columnis) scripta, quae scriba codicis Vaticani graeci 453 in suum usum convertit et in suum codicem inseruit, dum codicem ipse scribit. Porro in codice Vaticano graeco 1904 folia 141^{r}–145^{v} cognovi eadem manu Ignatii binis columnis, lineis 26 in singulis columnis scripta esse, quorum foliorum forma pristina erat circiter mm. 285 × 215, priusquam marginibus

chartaceis recentioribus refecta sunt. De codice Vaticano graeco 541 cf.: Devreesse, *Codices Vaticani graeci* II pp. 405 sq.; Ehrhard, *Überlieferung und Bestand*, II. Band (Texte und Untersuchungen, 51. Band), p. 305 n. 2.

Tabulae 142 et 143: A.D. 1372.

Codex Vaticanus graecus 127, chartaceus, cm. 29 × 22, foliorum IV + 309, continet Thucydidis Historias. Codicem scripserunt duo librarii, Manuel Tzycandyles scriba ille notissimus (cf. Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* pp. 281 sq.; cf. quae supra pp. 150 sqq., 162 sq. adnotavimus) et Marcianus hieromonachus, quod testatur subscriptio die 4 Septembris A.M. 6881 = A.D. 1372 manu videlicet Marciani in folio 306v exarata (cf. tab. **201b**): † *ἐγράφη ἡ παροῦσα ὀκτάβιβλος τοῦ ῥήτορος Θουκυδίδου | συγγραφή· θείω καὶ προσκυνητῶ ὁρισμῶ τοῦ θεοπρο|βλήτου. θεοστεφοῦς. πανευτυχοῦς καὶ πανυψηλοτάτου | δεσπότου τῶν Ῥωμαίων κ(υρο)ῦ Μανουὴλ τοῦ Καντακουζηνοῦ, | παρὰ κ(υρο)ῦ Μανουὴλ τοῦ Τζικανδύλη, καὶ Μαρκιανοῦ ἱερομονάχου· | ἀντεβλήθη δὲ παρὰ τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κ(υρο)ῦ Γεωργ(ίου) | τοῦ Γαβριηλοπούλου, καὶ τοῦ αὐτοῦ ἱερομονάχου Μαρκιανοῦ, | καὶ διωρθώθη ὅσον ἐς τὴν αὐτῶν δύναμιν: | μηνὶ σεπτεμβρίω, δ'. ἰν(δικτιῶνος) ια'. ἔτους ͵ζωπα'*: Cum vero Manuelis Tzycandylis scripturam aliunde noverimus (cf. specimen codicis Vaticani graeci 674 in tabula 140 expressum, et quae supra p. 163 enumeravi exempla Tzycandeleae scripturae alibi vulgata), facile reperire possumus in hoc codice Vaticano graeco 127 folia 1r–248v a Tzycandyle (lineis 26 in singulis paginis) scripta esse, folia autem 249r–306v (lineis 28 in singulis paginis exarata) necessario alteri librario eidem, qui subscriptionem fecit, scilicet Marciano hieromonacho tribuenda esse. Quin apparet nostrum Marcianum hieromonachum eundem esse atque Marcianum, qui codicem Parisinum graecum 1585 eadem scriptura anno 1369 exaravit (cf. Henri Omont, *Fac-similés des manuscrits grecs datés de la Bibliothèque Nationale du IXe au XIVe siècle*, Paris 1891, tab. XCIV et Notice des planches p. 18; cf. Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 289). Noster vero codex Vaticanus graecus 127 confectus iussu Manuelis Cantacuzeni despotae Moreae, qui filius Ioannis VI Cantacuzeni hac dignitate annis 1348–1380 functus est, in Myzethra vel Myst(h)ra castro (quod vulgo Mistra dicitur) prope Spartam sito exaratus videtur esse, ubi plures codices a Tzycandyle inter annos 1362 et 1370 scriptos esse constat (cf. Vogel-Gardthausen, *op. laud.* pp. 281 sq.; *Σπυρ. Π. Λάμπρος, Νέος Ἑλληνομνήμων* 4 [1907] pp. 168–170; D. A. Zakythinos, *Le Despotat grec de Morée* II, Athènes 1953, pp. 316 sq.). De Georgio Gabrielopulo, qui una cum Marciano hieromonacho codicem videlicet cum exemplari, ex quo descriptus erat, contulit, animadvertas velim ei litterarum commercium cum Demetrio Cydonio intercessisse (cf. Raymond-J. Loenertz, *Démétrius Cydonès, Correspondance* I [Studi e Testi, 186], Città del Vaticano 1956, pp. 166 sq. epist. 130, p. 173; cf. V. Laurent, *Revue des études byzantines* 14 [1956] p. 220). Licet Tzycandylis scripturam ex codice Vaticano graeco 674 anno 1370 scripto expressam in tabula 140 exhibeamus, nihilo setius ex hoc

quoque codice Vaticano graeco 127 etiam aliud scripturae Tzycandyleae specimen prodere volumus, quippe quae in ea quidem, quam nunc ostendimus, pagina per litteras paululum solito minores decurrens habitum aliquanto spissiorem minusque diligentem quam illic prae se ferat. Itaque in tabula **142** manu Manuelis Tzycandylis scriptum folium 245ᵛ expressimus, quod continet verba THUCYDIDIS HISTORIARUM 7, 23, 2 — 24, 3 (ed. Carolus Hude, *Thucydidis Historiae*, editio maior² vol. II, Lipsiae 1925, pp. 191, 26 — 193, 4). Tum ex altera codicis parte a Marciano hieromonacho scripta in tabula **143** folium 251ᵛ exprimendum curavimus, quo continentur verba THUCYDIDIS HISTORIARUM 7, 36, 6 — 38, 2 (ed. Hude, editio maior² vol. II pp. 206, 19 — 207, 27). Aliud eiusdem Marciani scripturae exemplum invenies, sicut supra monui, apud Omont, *Fac-similés des manuscrits grecs datés de la Bibliothèque Nationale du IXᵉ au XIVᵉ siècle*, tab. XCIV. De nostro codice Vaticano graeco 127 cf. Mercati-Franchi de' Cavalieri, *Codices Vaticani graeci* I p. 156.

Tabula 144: A.D. 1372/1373.

Codex Palatinus graecus 101, chartaceus, mm. 205 × 140, foliorum II + 194, lineis 28 in singulis paginis scriptus, continet Typicum s. Sabae cum Marci hieromonachi Quaestionibus in Typicum. Codicem scripsit Georgius Pul(o)pod(es) idemque Tripocarides cognominatus, cuius subscriptio A.M. 6881 = A.D. 1372/1373 in folio 194ʳ rubro colore exarata comparet (cf. tab. **200d**): *δόξα σοι ὁ θ(εὸ)ς ἡμῶν δόξα σοι· καὶ πάλ(ιν) ἔρω δό(ξα σ)οι: | τῶ τὴν ἀρχὴν δείξαντι καὶ τέλος ἐσχηκῶτο(ς): | † Ἐτελιώθη τὸ παρὸν τυπικόν. διὰ χειρὸς καμοῦ ταπεινοῦ | καὶ ἁμαρτωλ(οῦ), Γεωργίου τοῦ Πουλ(ο)πόδ(ου): μετεπὸνομασ|θέντος δὲ, Τριποκαρίδους: καὶ ὅσοι τουτ(ο) δι|έλθεται, μή με μέμφεσθ(ε) διὰ τῶν πολλῶν μοι σφαλμ(ά)των· | ἀλλ' εὔχεσθαί μ(οι) διὰ τὸν κ(ύριο)ν: | † Ἐτελειώθ(η) δὲ ἐν ἔτη ,ςωπά ἰν(δικτιῶνος) ιά·* Confer quae hac subscriptione respecta de nominum *Πουλλοπόδης* et *Τρυποκαρύδης* veriloquiis acute disseruit *Φαίδων Κουκουλές*, *Βυζαντινῶν βίος καὶ πολιτισμός* vol. VI (Collection de l'Institut Français d'Athènes, 90), *ἐν Ἀθήναις* 1955, p. 493. In tabula **144** folium 129ʳ expressimus, quo continetur locus MARCI HIEROMONACHI QUAESTIONUM IN TYPICUM pro die 8 Maii, quo festum s. Ioannis Evangelistae celebratur (ed. [*Ἀνδρόνικος Νούκιος*], *Τυπικὸν καὶ τὰ ἀπόρρητα*, [*Ἐνετίησιν* 1545], cap. *νβ'–νε'*, fol. χφIIᵛ sinistra col., lin. 22 — χφIIIʳ sinistra col., lin. 25; ed. *Θεοφάνης Λογαρᾶς*, *Τὸ παρὸν Τυπικόν*, *Ἐνετίησι* [1577], cap. *νβ'–νε'*, fol. *ρκ*ʳ sinistra col., lin. 15 — dextra col., lin. 31). Huius Typici species, sicut par est, cum peculiari illo typicorum manuscriptorum habitu congruit, quae compendiis vocum in hoc genere usitatissimis refertissima sunt (cf. exempli gratia Gregorius Cereteli et Sergius Sobolevski, *Exempla Codicum Graecorum Litteris minusculis scriptorum annorumque notis instructorum*, vol. I: *Codices Mosquenses*, Mosquae 1911, tab. XXX dextra imago). De hoc codice cf.: Stevenson, *Codices manuscripti Palatini graeci* pp. 49 sq.; Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 85; Theodorus Toscani, *Ad typica Graecorum ac praesertim ad Typicum Cryptoferratense s. Bartholomaei abbatis animadversiones*,

Romae 1864, p. 7; Aleksěj Dmitrievskij, *Opisanie liturgičeskich rukopisej, chranjaščichsja v bibliotekach pravoslavnago Vostoka*, Tom III, 1 (*Τυπικά*, II), Petrograd 1917, pp. 163-167, 423 sq. (infra textum); de huius codicis tegumento cf. Ilse Schunke, *Die Einbände der Palatina in der Vatikanischen Bibliothek*, Band 2 (Studi e Testi, 218), Città del Vaticano 1962, p. 909.

Tabula 145: A.D. 1373.

Codex Vaticanus graecus 686, chartaceus, mm. 300 × 217, foliorum 285, continet Christoduli monachi, id est Ioannis-Ioasaph monachi Cantacuzeni ex imperatore, opera apologetica: Adversus Iudaeos, Apologias contra Mahometem, Orationes contra Mahometem. Codicem Ioannes Pepagomenus [II] mense Iunio A.M. 6881 = A.D. 1373 in folio 285ᵛ ita subscripsit, ut subscriptionis plenis lineis exaratae pars praecipua per sex dodecasyllabos decurrere videatur paenultimo quidem versu duabus syllabis deficientibus laborante. Quos omnes versus infra separatim propono. En haec est codicis subscriptio (fol. 285ᵛ — cf. tab. **202a**): † *Ἐτελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον, ἐν μηνὶ ἰουνίω ἰν(δικτιῶνος) ἑνδεκάτης·* |

ἔτους τρέχοντος καὶ περιισταμέν[ου],
εἰς ἓξ ἀριθμὸν χιλιο|*στίας ὅλας·*
ἑκατοντάδας εἰς ὀκτὼ ποσουμένας· |
σὺν ταῖς δεκαπλαῖς ὀγδοάσιν εἰς ἔτη·
ἁπλῇ τε | *τῇ μονάδι καὶ μόνῃ:+*
Ἰωάννης ἔγραψε Πεπαγωμένος +

De librariorum more interdum codicis annum per circumlocutionem indicandi cf. quae supra p. 22 adnotavimus. De huius codicis librario cf. Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 185 sub Ioanne Pepagomeno II. Idem scriba mense Iunio insequentis A.M. 6882 = A.D. 1374 Constantinopoli codicem Venetum Marcianum graecum 576 (numero collocationis 907 instructum) in folio 136ᵛ subscripsit, qui Ioannis Cantacuzeni libros Adversus Iudaeos continet (cf. [Antonius M. Zanetti et Antonius Bongiovanni], *Graeca D. Marci Bibliotheca codicvm manv scriptorvm Per titulos digesta*, [Venetiis 1740], p. 304). Quippe codicis Veneti gr. 576 origine respecta conicere nobis licet procul dubio etiam codicem Vaticanum gr. 686 Constantinopoli confectum esse. Ioannes Pepagomenus [I], qui dimidio saeculo ante codicem Vaticanum graecum 932 die 13 Iunii 1319 subscripsit, alius librarius fuit: cf. tabulas 95 et 186d; cf. supra p. 116 et quae ibi de cognomine *Πεπαγωμένος* adnotavimus. Etiam ille, qui codicem Barberinianum graecum 503 anno 1323/1324 subscripsit, Ioannes Pepagomenus [III] alius fuit atque Ioannes Pepagomenus I vel Ioannes Pepagomenus II (cf. tabulas 103 et 191c atque quae supra p. 132 adnotavimus). Ut ad nostrum codicem revertamur, in tabula **145** e codice Vaticano graeco 686 folii 214ʳ imaginem exhibemus, quod continet verba Christoduli monachi (sive Ioannis-Ioasaph Cantacuzeni) Contra Mahometem apologiae 4 (ed. Migne, *Patr. Gr.* 154 col. 556 A 15 — C 12). De hoc codice cf. Devreesse, *Codices Vaticani graeci* III p. 148.

Tabula 146: A.D. 1373.

Codex Vaticanus graecus 1973, membranaceus rescriptus, mm. 172 × 128, foliorum 79, scriptura recentiore a duobus librariis exaratus est, quorum uni folia 1–69, alteri folia 70–79 debentur. Et quidem haec insunt: (f. 1r–24v) Liturgia s. Ioannis Chrysostomi (initio mutila); (f. 24v–57r) lectiones Novi Testamenti (Evangeliorum et Praxapostoli) selectorum festorum officiis aptatae; (f. 57v–69v) stichera in sanctos e Menaeis selecta; (f. 70r–79v) officium in s. Aecaterinam e Menaeo diei 25 Novembris excerptum, manu alterius scribae exaratum (textus est mutilus et foliorum ordo turbatus). Codicis vero partem, quae folia 1–69 complectitur, Antonius sacerdos in Calabria scripsit, sicut subscriptio die 9 Decembris A.M. 6882 = A.D. 1373 in folio 57v colore rubro exarata testatur (cf. tab. **202b**): *Ἐγρά(φη) ἡ θεῖα ἱερουργία αὕτη, διὰ χειρὸς, | ἐμοῦ εὐτελοὺς καὶ ταποινοῦ, ἱερέος | Ἀντωνίου, τῆς ἁγ(ίας) Χριστίνας, οἱ ἀναγείνοστες | τὴν δέλτ(ον) ταῦτην, εὔχεσται διὰ τὸν κ(ύριο)ν ἡμῶν | Ἰ(ησοῦ)ν Χ(ριστὸ)ν, καὶ μὴ καταράσται ὅτι ὁ γράφων, παρα|γράφην, ἐν ἔτει, ,ςωπβ ἰνδ(ικτιῶνος) ιβ, μὴ(ν) δεκέβριο(ς) | θ, ἡμέρ(ᾳ). σαβάτου:* + (feriam VI indicare scriba debuit). Locus, qui S. Christina vocabatur, nunc est vicus Santa Cristina d'Aspromonte prope Oppidum (quod nunc vulgo Oppido Mamertina appellatur) in Calabria situs (cf. Domenico Vendola, *Rationes decimarum Italiae nei secoli XIII e XIV. Apulia-Lucania-Calabria* [Studi e Testi, 84], Città del Vaticano 1939, p. 276; *Nuovo Dizionario dei comuni e frazioni di comune,*[25] a cura di A. Bruno, Roma 1961, pp. 212–213 lin. 77). De subscriptionum loco illo communi *ὅτι ὁ γράφων παραγράφει* in codicibus italograecis saepissime usurpato cf. quae supra p. 54 adnotavimus. In tabula **146** folia 49v–50r expressimus, quibus continetur locus Actuum Apostolorum 1, 3–12 (ed. Eberhard Nestle – Erwin Nestle – Kurt Aland, *Novum Testamentum graece,*[24] Stuttgart [1960], pp. 297, 8 — 298, 12) cum subsequentibus notis liturgicis. Is, quem in tabula intuemur, scripturae italograecae habitus ad illam scripturam referendus videtur, quam communem monasteriorum italograecorum apte vocavit Robert Devreesse, *Les manuscrits grecs de l'Italie méridionale* (Studi e Testi, 183), Città del Vaticano 1955, p. 41. Verba Actuum 1, 3–8 (ed. p. 297, 8–22), quae in folio 49v leguntur et in eiusdem paginae linea paenultima in *τῆς γῆς* exeunt, lectionem Actuum dominica s. Paschatis in missa recitandam concludunt (quae tota lectio Actus 1, 1–8 complectitur: cf. Caspar René Gregory, *Textkritik des Neuen Testamentes* I, Leipzig 1900, p. 344; *Ἀπόστολος ἤτοι Πράξεις καὶ Ἐπιστολαὶ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων καθ' ὅλον τὸ ἔτος ἐπ' ἐκκλησίας ἀναγινωσκόμεναι, ἐν Ῥώμῃ* 1881, p. 11, 14–31; *Ἀπόστολος κτλ.* [ed. *Ἀποστολικὴ Διακονία τῆς Ἐκκλησίας τῆς Ἑλλάδος*], *ἐν Ἀθήναις* 1954, p. 13, 6–25). In folio 50r post locum Actuum in 1, 12 desinentem infra in paginae septem lineis infimis ordo eiusdem officii paschalis continuatur (cf. *Ἀπόστολος*, ed. Romana 1881, pp. 11, 32 — 12, 4; ed. Atheniensis 1954, pp. 13, 26 — 14, 2). Ultima quidem linea indicat lectionem ex Evangelio Ioannis in eodem officio recitandam subsequi in proxima pagina (cf. Gregory, *loc. laud.*). De ea, quae huc spectat, parte officii paschalis

etiam conferre possis: *Πεντηκοστάριον χαρμόσυνον, ἐν Ῥώμῃ* 1883, p. 19, 25-34; *Πεντηκοστάριον χαρμόσυνον διορθωθὲν ὑπὸ Βαρθολομαίου Κουτλουμουσιανοῦ (ἔκδοσις τῆς Ἀποστολικῆς Διακονίας τῆς Ἐκκλησίας τῆς Ἑλλάδος), ἐν Ἀθήναις* 1959, p. 8ᵇ, 12–25. Hic codex olim circa annos 1697 1786 codex Basilianus 12 erat Romae in bibliotheca Collegii S. Basilii de Urbe, priusquam codices Basiliani in Bibliothecam Vaticanam transierunt (cf. Pierre Batiffol, « La Vaticane depuis Paul III, » *Revue des questions historiques* 45 [1889] p. 199 n. 3). De hoc codice cf.: Gregory, *Textkritik des Neuen Testamentes* I p. 434 (sub Evangelia 554), p. 475 (sub Apostel 221); Caspar René Gregory, *Die griechischen Handschriften des Neuen Testaments*, Leipzig 1908, p. 140 (siglo indito l^{+a} 554); Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 39; Pierre Batiffol, *L'abbaye de Rossano*, Paris 1891, pp. 97, 164; Alberto Vaccari, « La Grecía nell'Italia meridionale, » *Orientalia Christiana* vol. III–3, Num. 13 (1925) p. 315; Devreesse, *Les manuscrits grecs de l'Italie méridionale* p. 42; Kurt Aland, *Kurzgefasste Liste der griechischen Handschriften des Neuen Testaments*, I (Arbeiten zur neutestamentlichen Textforschung, 1), Berlin 1963, p. 238 (secundum rationem Gregoryanam siglo *l* 554 recepto).

Tabula 147: A.D. 1377/1378.

Codex Vaticanus graecus 1134, chartaceus, mm. 213 × 135, foliorum 148, continet (in fol. 1ᵛ–110ᵛ) Anonymi librum de arte metallica (quem ex hoc codice edidit C. O. Zuretti, *Catalogue des manuscrits alchimiques grecs* VII, Bruxelles 1930), lineis 20 in singulis paginis scriptum, cui (in fol. 111ʳ–148ᵛ) varia philosophica ab eodem librario exarata subiuncta sunt. Hic codex in Italia australi exaratus A.M. 6886 = A.D. 1377/1378 in folio 110ᵛ subscriptus est (cf. tab. **202c**): † *τέλος ἰλειφὲν ἐν Καλαβρία, πὀλἐῶς Ὀπίδου Ἐτ(ους) ,ςὦπ'ς'*: Oppidum est nomen urbis, quae vulgo nunc Oppido Mamertina vocatur et in Calabriae provincia Rheginensi sita est. Quod in tabula **147** exhibemus, folium 25ᵛ continet verba Anonymi de arte metallica 40, 3 (ed. Zuretti, *Catalogue des manuscrits alchimiques grecs* VII pp. 92, 19 — 94, 15). De hoc codice cf.: C. O. Zuretti, *Catalogue des manuscrits alchimiques grecs* vol. II, Bruxelles 1927, pp. 153–192; vol. VII (1930) pp. ix sq.; Carlo Oreste Zuretti, « Alcuni capitoli di un „ manuale chemicum " greco, » *Studien zur Geschichte der Chemie. Festgabe Edmund O. v. Lippmann zum siebzigsten Geburtstage*, herausgegeben von Julius Ruska, Berlin 1927, pp. 55 sqq. De signis alchemisticis in hoc codice usurpatis cf. C. O. Zuretti, *Catalogue des manuscrits alchimiques grecs* vol. VII pp. xliii sqq. et tab. I, in qua codicis Vaticani graeci 1134 folium 1ᵛ signa alchemistica exhibens expressum est; tum cf. vol. VIII, Bruxelles 1932, pp. 23 sq., 67–72, et tab. XVII (= cod. Vatic. gr. 1134 fol. 1ᵛ).

Tabula 148: A.D. 1378/1379.

Codex Vaticanus graecus 786, chartaceus, mm. 298 × 220, foliorum 314, lineis 30 in singulis paginis scriptus, continet: (fol. 1r–298r) Triodium et (fol. 299r–313r, 314r) varios canones liturgicos. Exaratus est a tribus librariis coaevis, quorum duo Triodium ita confecerunt, ut unus folia 1r–67r lin. 4, alter folia 67r lin. 5 — 298r scripserit. Tertius autem librarius (qui secundo in scribendo consimilis est) in foliis 299r–313r et 314r illos canones liturgicos subiunxit. Idem vero tertius scriba subscriptionem A.M. 6887 = A.D. 1378/1379 in folio 313r fecit (cf. tab. **203a**): *Τῷ συντελεσθῇ* (infra litteras *σθ* littera *ς* addita) *τῶν καλῶν θ(ε)ῷ χάρις:· | ἐγράφη ἐν ἔτει ,ζωπζ' :·* Quin patet hanc subscriptionem proprie ad extremam tertii scribae partem pertinere, licet credere possimus omnes tres codicis librarios circa idem temporis spatium eodem linearum numero in singulis paginis usos huic codici conficiendo operam navavisse. Attamen ne ultra id, quod sua vi manifestum esset, progrederemur, tantummodo ex illa tertii scribae parte temporis indicio instructa exemplum promere statuimus et in tabula **148** folium 306v illinc selectum expressimus, quod continet METROPHANIS (METROPOLITAE SMYRNAEI) CANONIS TRIADICI verba odarum *δ'* – *ς'* (in libris liturgicis typis mandatis haec edita invenies in Octoëcho in officio *μεσονυκτικῷ* dominicae quarti toni destinato: *'Οκτώηχος τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν 'Ιωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ, ἐν 'Ρώμῃ* 1886, p. 57, 10–38; *'Οκτώηχος τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν 'Ιωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ* [ed. *Νικόλ. Π. Παπαδόπουλος*], [*'Εκκλησιαστικὴ Βιβλιοθήκη, ἔκδοσις καὶ τύπος Μιχ. Ι. Σαλιβέρου*], *'Αθῆναι* [1947], pp. 90, 22 — 91, 25; sive *Παρακλητικὴ ἤτοι 'Οκτώηχος ἡ μεγάλη, ἐν 'Ρώμῃ* 1885, pp. 275, 35 — 276, 24; *Παρακλητική* [*ἐκδόσεις Φῶς*], *'Αθῆναι* 1959, p. 180a, 13 — 180b, 13. Eadem invenies etiam in Pentecostario in officio *μεσονυκτικῷ*, quod *κυριακῇ τῆς Σαμαρείτιδος*, id est dominica V post Pascha celebratur: *Πεντηκοστάριον χαρμόσυνον, ἐν 'Ρώμῃ* 1883, pp. 208, 19 — 209, 12; *Πεντηκοστάριον χαρμόσυνον διωρθωθὲν ὑπὸ Βαρθολομαίου Κουτλουμουσιανοῦ* [*ἔκδοσις τῆς 'Αποστολικῆς Διακονίας τῆς 'Εκκλησίας τῆς 'Ελλάδος*], *ἐν 'Αθήναις* 1959, p. 105a, 32 — 105b, 23). In pagina, quam exhibemus, animadvertas velim singula troparia ab littera initiali grandi sinistrorsus proiecta incipere secundum librorum liturgicorum consuetudinem: cf. tabulas 4, 19, 20, 93; cf. quae supra pp. 55 sq. de *ἐκθέσει* in psalmis et hymnis disponendis usitata adnotavimus. In margine sinistro bis theotocia compendio $\bar{\theta}$ notantur, quo significatur *θ(εοτοκίον)*. De hoc codice cf.: Devreesse, *Codices Vaticani graeci* III pp. 303 sq.; N. Krasnosel'cev, *Svěděnija o někotorych liturgičeskich rukopisjach Vatikanskoj Biblioteki*, Kazan' 1885, pp. 53 sq.

Tabula 149: A.D. 1381/1382.

Codex Vaticanus graecus 453, chartaceus, mm. 298 × 221, foliorum III + 386, binis columnis, lineis 24 pro columna in praecipua codicis parte exaratus, continet Symeonis Metaphrastae Menologium in dies 18–31 Ianuarii (scilicet menologii metaphrastici volumen octavum) praefixa s. Gregorii Nysseni oratione funebri in s. Basilium Magnum commemorationis die 1 Ianuarii agendae causa. Praeter folia 327ʳ–336ʳ et 346ʳ–359ᵛ, quae diversae manui debentur, codex a librario principali scriptus est eo, qui A.M. 6890 = A.D. 1381/1382 subscriptionem in folio 384ᵛ rubro colore adnotavit (cf. tab. **203b**): † *ἐγράφη* ,ϛω̄ϟ *ἔτος*. Folia vero illa 327ʳ–336ʳ et 346ʳ–359ᵛ binis columnis, lineis 26 in columna ab alio librario exarata sunt, qui paginarum dispositione et habitu scripturae luculenter demonstratur esse Ignatius, scriba codicis Vaticani graeci 541 anno 1371 confecti (cf. tabulam 141) atque codicum Vaticanorum graecorum 813 et 816 annis 1369 et 1370 subscriptorum etiamque codicis Vaticani graeci 1904 foliorum 141ʳ–145ᵛ (cf. quae supra pp. 164 sq. adnotavimus). Quippe patet librarium principalem codicis Vaticani graeci 453 illa folia 327ʳ–336ʳ et 346ʳ–359ᵛ ab Ignatio exarata amplexum in suum usum sumpsisse et in hoc codice inclusisse. Ille autem Ignatius haud scimus an monachus monasterii Athoi *τοῦ Παντοκράτορος* fuerit. Quae res si ita se habuit, verisimillimum est etiam codicem Vaticanum graecum 453 in monte Athone ortum esse. Hic quidem nostra interest, ut librarii principalis, qui anno 1381/1382 codicem nostrum Vaticanum graecum 453 subscripsit, manum exhibeamus. Itaque in tabula **149** folium 297ʳ ab librario principali scriptum expressimus, quod continet partem VITAE S. GREGORII NAZIANZENI A GREGORIO PRESBYTERO COMPOSITAE ET A SYMEONE METAPHRASTA IN MENOLOGIUM INSERTAE (ed. Migne, *Patr. Gr.* 35 col. 300 B 12 — 301 A 2; cf. Halkin, *Bibl. Hagiogr. Gr.*³ num. 723). De hoc codice cf.: Devreesse, *Codices Vaticani graeci* II pp. 207–209; Hagiographi Bollandiani et Pius Franchi de' Cavalieri, *Catalogus codicum hagiographicorum graecorum Bibliothecae Vaticanae*, Bruxellis 1899, pp. 3 sq.; Albert Ehrhard, *Überlieferung und Bestand der hagiographischen und homiletischen Literatur der griechischen Kirche.* Erster Teil: *Die Überlieferung.* II. Band (Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altchristlichen Literatur, 51. Band), Leipzig 1938, pp. 552 sq.

Tabula 150: A.D. 1382.

Codex Vaticanus graecus 899, chartaceus, mm. 220 × 145, foliorum 137, inter annos 1382 et 1393 scriptus est. Insunt: (f. 1ʳ–60ᵛ) opera rhetorica; (f. 61ʳ 97ʳ) Boëthii de differentiis topicis libri I–III cum scholiis graece versi a Maximo Planude vel a Manuele Holobolo (haec edita invenies in libro: *Anitii Manlii Severini Boetij de differentijs Topicis* ... editi, a M. Iohanne VVegelino, Avgvstae Vindelicorum 1604; de ver-

sionis auctore cf.: M. Treu, *Byzantinische Zeitschrift* 5 [1896] pp. 552 sqq.; Sokrates Kugéas, *Byzantinische Zeitschrift* 18 [1909] pp. 120 sqq.; Carl Wendel, in Pauly-Wissowa, *Real-Encyclopädie der classischen Altertumswissenschaft* Band XX, Waldsee (Württ.) 1950, col. 2247 sq., s.v. Planudes, Maximos; Agostino Pertusi, *Annuaire de l'Institut de philologie et d'histoire orientales et slaves* 11 [1951] pp. 312 sqq.); (f. 98ʳ–118ʳ) Iosephi Rhacendytae sive Iosephi Philosophi *Σύνοψις ῥητορικῆς* (ed. Christianus Walz, *Rhetores Graeci* vol. III, Stuttgartiae et Tubingae 1834, pp. 478–569); (f. 119ʳ–126ᵛ) Socratis vita latine scripta et (fol. 127ʳ–137ᵛ) s. Thomae Aquinatis* tractatus de vitiis et virtutibus (incipit *Quatuor sunt que prudentia nos edocet*: cf. Morton W. Bloomfield, *Traditio* 11 [1955] p. 336 num. 719) — haec latina aliunde in hunc codicem illata sunt. Si a parte latina discedis, codex ab Eleutherio Eleo partim anno 1382, partim anno 1393 scriptus, e tribus partibus constat una compactis (de Eleutherio Eleo cf.: Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 116; F. Cumont, *Catalogus codicum astrologorum graecorum* IV, Bruxellis 1903, pp. 5 sq.; A. Olivieri, *Catalogus codicum astrologorum graecorum* I, Bruxellis 1898, p. 38 n. 1; F. Boll – Ae. Boer, *Claudii Ptolemaei opera quae exstant omnia* III 1: *᾿Αποτελεσματικά*, Lipsiae[2] 1957, pp. v, xii sq.; Ae. Boer, *Heliodori, ut dicitur, in Paulum Alexandrinum commentarium*, Lipsiae 1962, p. viii). Et quidem ea pars, quae folia 1–60 complectitur, ab Eleutherio Eleo Rhodi die 8 Augusti A.M. 6901 = A.D. 1393 in folio 60ᵛ subscripta est (cf. tab. **203d**): † *τῶ συντελεστῆ τῶν καλῶν θ(ε)ῶ χάρις: –* | † *ἐγρά(φ)η χειρὶ ᾿Ελευθερίου ᾿Ηλείου ἐν ῾Ρόδω ἐν ἔτει ,ϛ϶ᾱω'* | *ἰν(δικτιῶνος) ᾱ. μη(νὶ) αὐ(γού)στ(ῳ) η̄*: – Quam subscriptionem patet ad folia 1–60 spectare. Ea vero, quae sequuntur, folia 61–97 scripturam consimilem et accuratam eiusdem manus exhibent, at quo tempore sint scripta, ignoramus, quamquam ad idem fere temporis spatium videntur pertinere. Sed folia 98ʳ–118ʳ ab eodem Eleutherio Eleo scriptura quidem minus eleganti exarata die 15 Februarii A.M. 6890 = A.D. 1382 in Euboea insula (quae medio aevo nomine a freto affluente accepto Euripus vocabatur) in folio 118ʳ subscripta sunt (cf. tab. **203c**): + *δόξα σοι ὁ θ(εό)ς:· ἐγρά(φ)η ἐν Εὐρίπ(ῳ) δια χειρὸς ᾿Ελευθ(ε)ρ(ί)ου τοῦ ἐξ ῞Ηλιδος· φε(βρουα)ρ(ίου) ιε'* | *ε ἰν(δικτιῶνος)· ἔτους ,ϛω̄ϟ*: Itaque videmus codicem e partibus non secundum temporum ordinem, quibus scriptae erant, dispositis conglutinatum esse. Hic quidem ex codicis parte folia 98–118 complectente, quae anno 1382 absoluta est, in tabula **150** folium 114ᵛ exprimendum curavimus, cuius verba ad Iosephi Rhacendytae vel Iosephi Philosophi *Σύνοψιν ῥητορικῆς* pertinent (ed. Walz, *Rhetores Graeci* III [1834] pp. 556, 13 — 558, 25). Aliud Eleutherii Elei scripturae specimen e foliis 1–60 anno 1393 subscriptis selectum in tabula 157 exhibemus (etiam cf. infra p. 177). De hoc codice cf.: Hugo Rabe, *Aphthonii Progymnasmata* (Rhetores Graeci, vol. X), Lipsiae 1926, p. xix; Hugo Rabe, *Prolegomenon Sylloge* (Rhetores Graeci, vol. XIV), Lipsiae 1931, pp. cxvi, 310, 427.

Tabula 151: A.D. 1382.

Codex Vaticanus graecus 1515, bombycinus et chartaceus, mm. 285 × 225, foliorum 290, binis columnis, lineis 34 in singulis columnis exaratus, Menaea mensium Ianuarii et Februarii continet. Quae codicis pristina folia sunt, maximam partem sunt bombycina (fol. 3 264), nisi quod pauca etiam chartacea (fol. 265–275) subsequuntur. At necesse est illud notemus foliorum bombycinorum formam, quae in hoc codice apparet (mm. 285 × 225), prorsus insolitam esse, immo ad occidentalem chartam convenire (de foliorum bombycinorum et chartaceorum formis usitatis cf. Jean Irigoin, « Les premiers manuscrits grecs écrits sur papier et le problème du bombycin, » *Scriptorium* 4 [1950] pp. 194–204, praesertim pp. 196 sq.). Si a nonnullis foliis, quae temporibus recentioribus suffecta aut addita sunt, discedis, codicis partem pristinam (fol. 3^{r}–275^{r}) scriba exaravit, qui die 16 Septembris A.M. 6891 = A.D. 1382 subscriptionem in Menaeorum calce rubro colore in folio 275^{r} fecit (cf. tab. **204a**): *εὐχαριστῶ σοι θ(ε)έ π(άτ)ερ παντο|κρατωρ, καὶ κ(ύρι)ε υἱὲ μονογενές | Ἰ(ησο)ῦ Χ(ριστ)ὲ, καὶ ἅγιον πν(εῦμ)α, ἡ μία | θεότης κὰι δύναμις, ὁ δοὺς | τὸ τέρμα τῆς παρόυσης νῦν βί|βλου· δόξα· δόξα, δόξα σοι | τριὰς ἁγία: – ἐτελειώθη σεπτε|βρί⟨ου⟩ ιζ̄, ἔτους ,ςω̄ϟᾱ: –* In tabula **151** folium 172^{v} expressimus, quod continet locum Menaei diei 1 Februarii (sunt synaxaria in s. Tryphonem, s. Petrum Galatam, s. Bendimianum: ed. *Μηναῖον τοῦ Φεβρουαρίου διορθωθὲν ὑπὸ Βαρθολομαίου Κουτλουμουσιανοῦ* [*ἐκδότης Π. Π. Παρασκευόπουλος*], *ἐν Ἀθήναις* 1904, p. 7^{a}, 33 — 7^{b}, 17; vel *Μηναῖον τοῦ Φεβρουαρίου* [*ἐκδόσεις Φῶς, Ἀθῆναι* 1961], pp. 14^{b}, 8 — 15^{a}, 22; cf. *Synaxarium Ecclesiae Constantinopolitanae* opera et studio Hippolyti Delehaye [Propylaeum ad Acta Sanctorum Novembris], Bruxellis 1902, col. 437, 17 — 438, 38). Codex antea Romae in bibliotheca Collegii Graecorum fuit (cf. Pierre Batiffol, « La Vaticane depuis Paul III, » *Revue des questions historiques* 45 [1889] pp. 183 n. 1, 191). De hoc codice cf.: Giannelli, *Codices Vaticani graeci. Codices 1485–1683*, pp. 56–58, p. XIX; Albert Ehrhard, *Überlieferung und Bestand der hagiographischen und homiletischen Literatur der griechischen Kirche.* Erster Teil: *Die Überlieferung*. III. Band, 2. Hälfte, 1./2. Lieferung (Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altchristlichen Literatur, Band 52 II, 1/2), Berlin-Leipzig 1952, p. 725 n. 2. De scripturae habitu simili cf. Ihor Ševčenko, « The Author's Draft of Nicolas Cabasilas' „Anti-Zealot" Discourse in Parisinus Graecus 1276, » *Dumbarton Oaks Papers* 14 (Washington 1960) p. 184 n. 7 et imago 7.

Tabula 152: A.D. 1383.

Codex Vaticanus graecus 402, chartaceus, mm. 215 × 145, foliorum IV + 234, lineis 21 in singulis paginis scriptus, varia opera sacra continet. Et quidem mense Martio A.M. 6891 = A.D. 1383 in folio 232^{r} subscriptus est (cf. tab. **204c**): *Ἔτους ,ςω̄ϟᾱ^ου*

ἰν(δικτιῶν)ος ς̄ης: + | *ἐν μηνὶ μαρτ(ίῳ)* ⟦....⟧ + Libri scriba et possessor fuit Macarius patriarcha Constantinopolitanus (hac dignitate primum annis 1376–1379, deinde 1390–1391 functus), tum liber donatus est cuidam Agathoni, qui eum postea monasterio (scilicet Constantinopolitano) S. Stephani protomartyris dedicavit. Quod nos docent primum nota ab ipso codicis librario (id est Macario) in folio 2ᵛ scripta (cf. tab. **204b**): † *αὕτη ἡ βίβλος, π(ατ)ριαρχ(ου) Μακαρίου, καὶ γράμ|ματα αὐτοῦ*, tum altera nota alia manu scripta: ⊢ *απεχαρίσθη δὲ αὕτη,* | *τῶ 'Αγάθωνι: κ(αὶ)* (haec vox ex erasa, quae antea scripta erat, cruce est facta) *παρ' αυτοῦ ἀνετέθη καὶ ἀφιε|ρώθη τῆ σεβασμία μονῆ τοῦ πανενδόξου καὶ πανευφήμου* | *ἀποστόλου καὶ πρωτομάρτ(υ)ρ(ος) Στεφάνου*: + De Macario patriarcha cf. *Μανουὴλ 'Ι. Γεδεών, Πατριαρχικοὶ πίνακες, ἐν Κωνσταντινουπόλει* [1885–1890], pp. 439 sq., 448 sq.; V. Grumel, *La chronologie* (Traité d'études byzantines, I), Paris 1958, p. 437. De illo monasterio S. Stephani protomartyris et de hoc codice cf. R. Janin, *La géographie ecclésiastique de l'empire byzantin.* Première partie: *Le siège de Constantinople et le Patriarcat oecuménique.* Tome III: *Les églises et les monastères* (Publications de l'Institut Français d'Études Byzantines), Paris 1953, pp. 493 sq. In tabula **152** imaginem folii 223ᵛ exhibemus, quod continet verba s. ATHANASII MAGNI* QUAESTIONUM AD ANTIOCHUM DUCEM (ed. Migne, *Patr. Gr.* 28 col. 692 B 8 — D 9). De hoc codice cf.: Devreesse, *Codices Vaticani graeci* II pp. 103–106; V. N. Beneševič, *« Viděnie » Diadocha, episkopa Fotikijskago v Epirě* (Zapiski Imperatorskoj Akademii Nauk. Mémoires de l'Académie Impériale des Sciences de St.-Pétersbourg. VIIIᵉ série. Classe historico-philologique. Volume VIII. No. 11), St.-Pétersbourg 1908, p. 1; Hans-Georg Opitz, *Untersuchungen zur Überlieferung der Schriften des Athanasius* (Arbeiten zur Kirchengeschichte herausgegeben von Emanuel Hirsch und Hans Lietzmann, 23), Berlin-Leipzig 1935, p. 92; Anselm Günthör, *Die 7 pseudoathanasianischen Dialoge. Ein Werk Didymus' des Blinden von Alexandrien.* (Studia Anselmiana philosophica theologica edita a professoribus Instituti Pontificii S. Anselmi de Urbe. Fasciculus XI), Romae 1941, pp. 9 sq.; Édouard des Places, *Diadoque de Photicé, Oeuvres spirituelles* (Sources Chrétiennes, No. 5 *bis*), Paris 1955, p. 79.

Tabula 153: A.D. 1387.

Codex Vaticanus graecus 716, chartaceus, mm. 294 × 215, foliorum 316, binis columnis, lineis 25 in singulis columnis exaratus, praecipue continet s. Ioannis Chrysostomi in Ioannem homilias et Prochori* Acta Ioannis. Codicis subscriptio mense Augusto A.M. 6895 = A.D. 1387 facta in folio 316ʳ exstat (cf. tab. **204d**): *δόξα Χ(ριστ)ῶ τῶ θ(ε)ῶ, ἀμήν.* | *μηνὶ ἀυγόυστω, ἰν(δικτιῶν)ος ιης'.* | *τοῦ ,ςω̄ϟε' ἔτους.* Quod in tabula **153** expressimus, folium 253ʳ verba exhibet s. IOANNIS CHRYSOSTOMI IN IOANNEM HOMILIAE 88 (ed. Migne, *Patr. Gr.* 59 col. 479, 48 — 480, 8). De hoc codice cf.: Devreesse, *Codices Vaticani graeci* III pp. 212 sq.; Albert Ehrhard, *Überlieferung und Bestand der hagiographischen und homiletischen Literatur der griechischen Kirche.* Erster Teil: *Die Überlieferung.* II. Band (Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altchristli-

chen Literatur, 51. Band), Leipzig 1938, p. 305; Theodor Zahn, *Acta Joannis* unter Benutzung von C. v. Tischendorf's Nachlass bearbeitet von —, Erlangen 1880, p. XVI; Giovanni Mercati, *Opere minori* vol. IV (Studi e Testi, 79), Città del Vaticano 1937, p. 116.

Tabula 154: A.D. 1389.

Codex Ottobonianus graecus 381, anno 1281/1282 exaratus (de quo cf. quae supra pp. 65 sqq. ad tab. 37 adnotavimus et vide ipsam tabulam 37), in foliis 335ᵛ lin. 6 — 336ʳ adnotationem multo recentiorem exhibet de terrae motu scriptam, qui in Chio insula die 20 Martii A.M. 6897 = A.D. 1389 accidit. Quippe verisimillimum est hanc notam statim post ipsum eventum aut paulo post inscriptam esse. Quo tempore ille terrae motus insulam concusserit, in ipso narrationis exordio in folio 335ᵛ lin. 6 sqq. (vide tabulam **154**) legere licet: † *τῶ ͵ϛω̅ϟ̅ζ^ω ἔτει ἰν(δικτιῶν)ος ιβ̅ μηνὶ μαρτίω κ̅η̅· ἡμέρα* | *σαββάτω· ὥρα ὀ(γ* man. alt. add.)*δόη τῆς ἡμέρας· (ἡλίου) κύ(κλος) θ̅. (σελήνης) κύ(κλος) ιθ̅* | *ἐγένετο σεισμὸς φοβερὸς ἐν τῆ νήσσω Χίω· κτλ.* (de hoc terrae motu cf. etiam: *Σπυρ. Π. Λάμπρος, Νέος Ἑλληνομνήμων* 7 [1910] p. 147 sub num. 83; V. Grumel, *La chronologie* [Traité d'études byzantines, I], Paris 1958, p. 481). Cuius narrationis contextum integrum ex hoc codice ediderunt Feron-Battaglini, *Codices manuscripti graeci Ottoboniani* p. 195, et G(iuseppe) C(ozza)-L(uzi), *Bessarione*, Anno IV, vol. 6 (1899–1900) pp. 224 sq.; cf. *Λάμπρος, Νέος Ἑλληνομνήμων* 7 (1910) pp. 146 sq. sub num. 82. In tabula **154** imaginem folii 335ᵛ damus, quod post subscriptionem a codicis ipsius librario anno 1281/1282 in paginae quinque lineis factam (eam subscriptionem supra p. 65 attulimus) inde a linea 6 maiorem huiusce NOTITIAE DE TERRAE MOTU A.D. 1389 scriptae partem exhibet (ed. Feron-Battaglini, *op. laud.* p. 195 lin. 15–30; C[ozza]-L[uzi], *op. laud.* pp. 224, 35 — 225, 10; cf. *Λάμπρος, Νέος Ἑλληνομνήμων* 7 [1910] p. 146 lin. ab imo 9 — p. 147 lin. 9). Ambarum paginarum fol. 335ᵛ–336ʳ imaginem invenies apud Franchi de' Cavalieri-Lietzmann, *Specimina codicum graecorum Vaticanorum*² tab. 44 (cf. ibidem p. XVII); de huius scripturae habitu cf. quae eandem tabulam intuens disputavit Wilhelm Schubart, *Griechische Palaeographie*, München 1925, p. 167 sub num. 44.

Tabula 155: A.D. 1389.

Codex Vaticanus graecus 298, chartaceus, mm. 295 × 220, foliorum I + 599 (etiam f. 599ᵃ exstat), lineis 35 in singulis paginis scriptus, fere totus Aëtii Amideni libros medicinales continet. Quondam subsequebantur Pauli Aeginetae epitomae medicae libri septem, eadem ratione dispositi et ab eodem librario scripti, at nunc separatim codicem Vaticanum graecum 295 efficiunt. Noster vero codex Vaticanus graecus 298 primitus ordine diverso atque is, quem bibliopegus adhibuit, ita scribebatur, ut primo

Aëtii libri IX-XVI in foliis quae nunc sunt fol. 296–590, tum libri I-VIII in foliis quae nunc sunt fol. 1–294 exarati sint. Et quidem hic codex inter annos 1385 et 1389 scriptus est, quod adnotationes a librario factae manifesto demonstrant. Etenim librarius in summo folio 296r (cum codicem ab Aëtii libro IX scribere incipiebat) adnotavit (cf. tab. **205a**): + *μηνὶ σεπτ(εμβ)ρ(ίῳ) α′ | ἰν(δικτιῶν)ος θ̄*: – Incipiebat ergo die 1 Septembris indictionis nonae, scilicet die 1 Septembris A.M. 6894 = A.D. 1385, si reputas in nota, quae secuta est, indictionem decimam et A.M. 6895 memoratum esse. En nota, quam foliis 296-590 absolutis in folio 590v (post Aëtii librum XVI finitum) librarius die 24 Martii indictionis decimae A.M. 6895 = A.D. 1387 fecit (cf. tab. **205b**): *Ἐτελειώθ(η) σὺν θ(ε)ῷ, κ(α)τ(ὰ) τὴν κδ τοῦ μαρτ(ίου) τῆς δεκάτης | ἰνδικτιῶνος. τοῦ ,ςωϟε′ ἔτους*:– Postremo in folio 294v (post Aëtii libros I–VIII finitos) hanc adnotationem, quam ad folia 1–294 absoluta spectare patet, librarius die 24 Maii indictionis duodecimae A.M. 6897 = A.D. 1389 scripsit (cf. tab. **205c**): *Ἐτελειώθ(η) μηνὶ μαΐω κδ̄· ἰν(δικτιῶν)ος ιβ̄· ἔτους ,ςωϟζ· (ἡμέρα) δευτ(έ)ρ(α)*:– Quod in tabula **155** exprimendum curavimus, folium 219r e codicis parte necessario aliquando post diem 24 Martii 1387 incepta et die 24 Maii 1389 subscripta desumptum continet verba Aëtii Amideni librorum medicinalium VII, 13–15 (ed. Alexander Olivieri, *Aetii Amideni libri medicinales V–VIII* [Corpus Medicorum Graecorum, VIII 2], Berolini 1950, pp. 265, 4 — 266, 18). Tabulam simpliciter ad A.D. 1389 referri significavimus, dum solita ratione subscriptionis propriae annum intuemur, quamquam codicis pars, ad quam illud folium pertinet, fortasse intra biennium 1387–1389 scribebatur, priusquam ad finem perducta est. De hoc codice cf.: Mercati-Franchi de' Cavalieri, *Codices Vaticani graeci* I pp. 421–425; H. Diels, *Die Handschriften der antiken Ärzte*, II. Teil (= Abhandlungen der Königlich Preussischen Akademie der Wissenschaften. Aus dem Jahre 1906. Philosophisch-historische Classe. Abh. I), Berlin 1906, pp. 6, 8.

Tabula 156: A.D. 1389.

Codex Vaticanus graecus 1587, chartaceus, mm. 207 × 147, foliorum I + 372, lineis 23 in singulis paginis scriptus, in duo volumina dispertitus (I: fol. I, 1–176; II: fol. 177–372), continet homilias partim in varias sollemnitates nullo ordine servato collectas, maximam vero partem in Triodii et Pentecostarii mobiles dies sollemniores ordine dispositas (haec quidem maior codicis pars est Panegyrici genus, quod nunc docti homiliarium nuncupare malunt: cf. Ehrhard, *op. infra laud.* II. Band [Texte und Untersuchungen, 51] pp. 1 sq.). Hunc codicem Michaël sacerdos et *νομοφύλαξ* die s. Eleutherii A.M. 6898 = A.D. 1389 feria IV, qui est dies 15 Decembris (non Novembris, sicut scriba per errorem indicavit) et reapse illo anno in feriam IV cecidit, in folio 372v subscripsit (cf. tab. **205d**): † *ἱερεὺς Μιχ(αὴ)λ ὁ νομοφύλαξ τὴν βίβλον τήνδε γράψας ἐν τῷ | μηνὶ νοεμβρίω· τοῦ ἔτους, ,ς̄οῦ· ω̄οῦ· ϟ̄ου η̄ου′ ἰν(δικτιῶνος) ιγ′· | ἡμέρ(ᾳ) τετράδι· τοῦ ἁγ(ίου) ἱερομάρτυρος Ἐλευθερίου: ὥρα γ̄η′*: (de s. Eleutherii episcopi Illyrici commemoratione die 15 Decembris agenda cf.: Nicolaus Nilles, *Kalendarium manuale utri-*

usque Ecclesiae orientalis et occidentalis[2] I, Oeniponte 1896, p. 354; V. Grumel, *La chronologie* [Traité d'études byzantines, I], Paris 1958, p. 323; Halkin, *Bibl. Hagiogr. Gr.*[3] tom. I pp. 173 sq.). In tabula **156** folium 149v expressimus, quod continet locum s. IOANNIS CHRYSOSTOMI* HOMILIAE IN PARABOLAM DE FILIO PRODIGO (ed. Migne, *Patr. Gr.* 59 col. 521, 19–45). De hoc codice cf.: Giannelli, *Codices Vaticani graeci. Codices 1485–1683*, pp. 199–207; Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 324; Hagiographi Bollandiani et Pius Franchi de' Cavalieri, *Catalogus codicum hagiographicorum graecorum Bibliothecae Vaticanae*, Bruxellis 1899, pp. 129 sq.; Albert Ehrhard, *Überlieferung und Bestand der hagiographischen und homiletischen Literatur der griechischen Kirche.* Erster Teil: *Die Überlieferung.* II. Band (Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altchristlichen Literatur, 51. Band), Leipzig 1938, pp. 258–261.

Tabula 157: A.D. 1393.

Codex Vaticanus graecus 899, de quo supra pp. 171 sq. egimus et ex cuius parte anno 1382 subscripta exemplum depromptum in tabula 150 expressimus, folia 1–60 ab Eleutherio Eleo Rhodi die 8 Augusti A.M. 6901 = A.D. 1393 in folio 60v subscripta (cf. tab. **203d**) complectitur. Itaque nobis placuit ex hac quoque codicis parte alterum eiusdem Eleutherii Elei scripturae specimen desumptum in tabula **157** folio 52r expresso exhibere, quod continet verba MENANDRI RHETORIS *Περὶ ἐπιδεικτικῶν* SIVE DE GENERE DEMONSTRATIVO (ed. Christianus Walz, *Rhetores Graeci* vol. IX, Stuttgartiae et Tubingae 1836, pp. 215, 4 — 218, 2; vel Leonardus Spengel, *Rhetores Graeci* vol. III, Lipsiae 1856, pp. 369, 8 — 370, 28; vel Conrad Bursian, « Der Rhetor Menandros und seine Schriften, » *Abhandlungen der philosophisch-philologischen Classe der königlich bayerischen Akademie der Wissenschaften*, XVI. Band, 3. Abteilung, München 1882, pp. 96, 6 — 97, 19).

Tabula 158: A.D. 1394.

Codex Chisianus R V 29 (qui in catalogo a Franchi de' Cavalieri confecto *Chisianus graecus 23* numeratur) membranaceus est, ornamentis pictis instructus, mm. 295 × 215, foliorum V + 250. Insunt haec: (f. 1r–230r, quae folia lineis 21 in singulis paginis exarata sunt) Actus Apostolorum, epistulae catholicae et s. Pauli, usui liturgico aptata, manu eiusdem, ut videtur, Ioasaph monachi monasterii Constantinopolitani *Θεοτόκου τῶν 'Οδηγῶν* (vel *τῆς 'Οδηγητρίας*) scripta atque qui folia 238r–247v scripsit; (f. 231r-236v) in quaternione peculiari (cuius f. [236bis] excisum, 237 autem vacuum est) inclusae tabulae lectionum e Praxapostolo per totum annum, tum diebus festorum immobilium et diebus sanctorum recitandarum ab alio scriba in eodem videlicet monasterio Praxapostolo absoluto additae, qui scriba nomine Ioannes subscriptionem dodecasyllabam in folio 236v subnotavit: ⊢ *θ(εο)ῦ τὸ δῶρον· καὶ πόνος 'Ιωάννου*: (cf. Vogel-

Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 211), idemque scriba cum ob subscriptionis verba in illo monasterio *τῶν Ὁδηγῶν* usitata tum ob scripturae habitum eidem monasterio attribuendus est; (f. 238r–247v, quae folia lineis 23 in singulis paginis exarata sunt) Officium genuflexionis in vesperis s. Pentecostes peragendum (ed. *Πεντηκοστάριον χαρμόσυνον, ἐν Ῥώμῃ* 1883, pp. 409, 12 — 417, 9; *Πεντηκοστάριον χαρμόσυνον διορθωθὲν ὑπὸ Βαρθολομαίου Κουτλουμουσιανοῦ* [*ἔκδοσις τῆς Ἀποστολικῆς Διακονίας τῆς Ἐκκλησίας τῆς Ἑλλάδος*], *ἐν Ἀθήναις* 1959, pp. 210a, 21 — 213b, 48; Jacobus Goar, *Εὐχολόγιον sive Rituale Graecorum*,[2] Venetiis 1730 = Graz 1960, pp. 597, 42 — 603, 12). Hic quidem quinio a notissimo illo librario Ioasaph monacho monasterii Constantinopolitani *Θεοτόκου τῶν Ὁδηγῶν* (vel *τῆς Ὁδηγητρίας*) exaratus et die 12 Iunii A.M. 6902 = A.D. 1394 in folio 247v subscriptus est (cf. tab. **205e**): + *ἔτους ,ϛ̄ϡ̄β̄ ἰν(δικτιῶνος) β̄ μηνὶ ἰουνί(ῳ) ιβ̄* + | + *θ(εο)ῦ τὸ δῶρον καὶ Ἰωάσαφ πόνος*:· + *ἀπὸ τῆς σε(βασμ)ίας | μο(ν)ῆς τῶν ὁδηγῶν*:· Animadvertas velim dodecasyllabum alioquin tritum *Θεοῦ — πόνος*, qui scribae nomen includeret, frequentissime a monachis illius monasterii in subscriptionibus codicum ab eis exaratorum adhibitum esse. De Ioasaph monacho permultorum codicum librario illo notissimo et arte calligraphica ornatissimo atque de scriptorio illo monasterii *τῶν Ὁδηγῶν* cf.: L. Politis, « Eine Schreiberschule im Kloster *τῶν Ὁδηγῶν*, » *Byzantinische Zeitschrift* 51 (1958) pp. 17–36, 261–287; *Χρυσόστομος Λαυριώτης* [ed. *Λίνος Πολίτης*], « *Κατάλογος λειτουργικῶν εἰλησταρίων τῆς ἱερᾶς Μονῆς Μεγίστης Λαύρας*, » *Μακεδονικά* 4 (1955–1960) pp. 391–402; *Λίνος Πολίτης*, « *Κατάλογος λειτουργικῶν εἰλησταρίων τῆς ἱερᾶς Μονῆς Βατοπεδίου*, » *Μακεδονικά* 4 (1955–1960) pp. 403–409; Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* p. 215, cf. etiam quadam ex parte pp. 217 sq.; de monasterio Constantinopolitano *Θεοτόκου τῶν Ὁδηγῶν* (vel *Θεοτόκου τῆς Ὁδηγητρίας*) cf. R. Janin, *La géographie ecclésiastique de l'empire byzantin.* Première partie: *Le siège de Constantinople et le Patriarcat oecuménique.* Tome III: *Les églises et les monastères* (Publications de l'Institut Français d'Études Byzantines), Paris 1953, pp. 208–216; cf. etiam Giovanni Mercati, *Notizie di Procoro e Demetrio Cidone, Manuele Caleca e Teodoro Meliteniota ed altri appunti per la storia della teologia e della letteratura bizantina del secolo XIV* (Studi e Testi, 56), Città del Vaticano 1931, pp. 211 (p. 211 n. 1 de codicibus illic scriptis), 215, 217, 223. Sub vitae finem Ioasaph calligraphus abbas (*ἡγούμενος*) illius monasterii fuisse traditur atque die 1 Novembris A.M. 6915 = A.D. 1406 vita defunctus ab Ioanne Chortasmeno notario patriarchico (qui postea Ignatius metropolita Selymbriae factus est) carminibus celebratus est (cf. Herbert Hunger, « Johannes Chortasmenos, ein byzantinischer Intellektueller der späten Palaiologenzeit, » *Wiener Studien* 70 [1957] p. 160; de Chortasmeno cf. quae supra pp. 86 sq. adnotavimus). Et quidem inscriptionem a Chortasmeno carminibus illis praefixam afferre lubet, quippe cum hoc testimonium ad vitam Ioasaph illustrandam maximi sit momenti (e codice Vindobonensi supplementi graeci 75 fol. 216v): *Ἐπιγράμματα διὰ στίχων ἰαμβικῶν καὶ ἡρωικῶν* (his duabus vocibus supra lineam additis), *εἰς τὸν μακάριον | ἐκεῖνον μοναχὸν κὺρ Ἰωάσαφ τὸν καλλιγράφον· καὶ ἡ|γούμενον τῆς μονῆς τῆς ὑπεραγίας θ(εοτό)κου τῆς ὁδηγητρίας, κοι|μηθέντα ἐν ἔτει ,ϛ̄ω̃. ϡ̄ω̃ ῑεω′. μηνὶ νοεμβρίῳ ᾱη ἰν(δικτιῶνος) ιε̄ης* + Haec quidem verba Ioasaph

calligraphum monachum (non hieromonachum) memorant, ut suspicemur Ioasaph sacerdotio praeditum non fuisse. Hoc si ita fuit, forsitan abiudicandi a nostro Ioasaph codices sint, quos Ioasaph hieromonachus aut Ioasaph *λευΐτης* scripserit (cf. L. Politis, *Byzantinische Zeitschrift* 51 [1958] p. 27 num. 3, p. 33 num. 29).

In nostro codice Chisiano Praxapostolus in fol. 1^r–230^r exaratus manum Ioasaph monachi videtur prae se ferre. At subscriptionem in folio 247^v ab eo factam tantummodo ad quinionem f. 238–247 pertinere neque tempus Praxapostoli scripti ullo modo indicare putamus, praesertim cum illud intueamur Praxapostolum et Officium genuflexionis numero linearum in singulis paginis scriptarum differre et paulo diversum scripturae habitum prodere. Idcirco ponimus Praxapostolum non eodem tempore atque Officium genuflexionis exaratum esse. Itaque ex illo quinione, qui Officium genuflexionis nota temporis subscriptum complectitur, exemplum scripturae Ioasaph pro certo ad annum 1394 referendae desumptum in tabula **158** exhibemus folio 243^v expresso, quo continentur verba orationis in OFFICIO GENUFLEXIONIS recitandae (ed. *Πεντηκοστάριον χαρμόσυνον*, ed. Romana 1883, p. 414, 16–29; ed. Atheniensis 1959, p. 212^b, 15–32; Goar, *Εὐχολόγιον*[2] p. 601, 11–25). Alia eiusdem Ioasaph scripturae exempla publici iuris fecerunt: [J. Forshall], *Catalogue of Manuscripts in the British Museum*, New Series, volume I, part II, [London] 1840, tab. II in summa pagina (specimen e codice Burneiano 18 expressum); N. Kondakov, *Putešestvie na Sinaj v 1881 godu*, Odessa 1882, inter imagines photographicas a J. X. Raoult factas libroque subiunctas tab. 93 imago 3 (cf. Kondakov p. 106 de codice Sinaitico graeco 239); *The New Palaeographical Society. Facsimiles of Ancient Manuscripts* edited by Edward Maunde Thompson, George Frederic Warner, Frederic George Kenyon and Julius Parnell Gilson. First Series, vol. I, London 1903–1912, tab. 180; Henri Omont, *Facsimilés des manuscrits grecs datés de la Bibliothèque Nationale du IXe au XIVe siècle*, Paris 1891, tab. XCV, C; Henri Omont, *Miniatures des plus anciens manuscrits grecs de la Bibliothèque Nationale du VIe au XIVe siècle*, Paris 1929, tab. CXXVII/1 (cf. *ibidem*, Notice des planches pp. 58 sq.); Charles F. Sitterly, *Praxis in Manuscripts of the Greek Testament*, New York-Cincinnati [1898], tab. VI (cf. p. 36); Charles Fremont Sitterly, *The Canon, Text and Manuscripts of the New Testament*, New York-Cincinnati [1914], tab. X (cf. p. 124); Kenneth W. Clark, *A Descriptive Catalogue of Greek New Testament Manuscripts in America*, Chicago [1937], tab. III et tabulae LXII pars superior (cf. pp. 35 sq.); L. Politis, *Byzantinische Zeitschrift* 51 (1958) tab. II imag. 4–6, tab. III imag. 7–9. Ioasaph calligraphus genus scribendi in illo monasterio *τῶν Ὁδηγῶν* mira constantia diu cultum et usitatum (cuius historiam Linos Politis egregie persecutus est) summa cum elegantia repraesentat. Quin permulti exstant codices, qui ex illo scriptorio manarunt, iidemque etiamsi aetate dispares attamen simillimi inter se sunt.

Huius codicis Chisiani possessoris pristini nota in fol. 1^r scripta apparet: *A. Patricij Ep(iscop)i Pientini*:– (de Augustino Patricio Piccolomini † 1495 cf. [Michaud], *Biographie Universelle ancienne et moderne.* Nouvelle édition, vol. 32, Paris s.a., pp. 262 sq.; Conradus Eubel, *Hierarchia catholica medii aevi* [vol. II] *ab anno 1431 usque ad annum 1503 perducta*,[2] Monasterii 1914, p. 216; de eius codicibus, qui in bibliothecam Chisia-

nam pervenerint, cf. Giovanni Mercati, *Scritti d'Isidoro il cardinale Ruteno e codici a lui appartenuti che si conservano nella Biblioteca Apostolica Vaticana* [Studi e Testi, 46], Roma 1926, p. 115. Tum cf. Pierre de Nolhac, *La bibliothèque de Fulvio Orsini* [Bibliothèque de l'École des Hautes Études. Sciences philologiques et historiques, fasc. 74], Paris 1887, p. 226). De hoc codice cf.: Franchi de' Cavalieri, *Codices graeci Chisiani et Borgiani* pp. 31 sq. (in hoc catalogo codex noster *Chisianus graecus 23* signatus est); Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* pp. 215, 211; Caspar René Gregory, *Textkritik des Neuen Testamentes* I, Leipzig 1900, p. 278 (sub Apg und Kath 169), p. 303 (sub Paulinische Briefe 206); C. R. Gregory, *Die griechischen Handschriften des Neuen Testaments*, Leipzig 1908, p. 70 (siglo indito 634); Hermann von Soden, *Die Schriften des Neuen Testaments*² I 1, Göttingen 1911, p. 234 (siglo indito α 462); Kurt Aland, *Kurzgefasste Liste der griechischen Handschriften des Neuen Testaments*, I (Arbeiten zur neutestamentlichen Textforschung, 1), Berlin 1963, p. 94 (siglo Gregoryano 634 recepto); Giovanni Mercati, *Notizie di Procoro e Demetrio Cidone* (Studi e Testi, 56) p. 211 n. 1; *Λίνος Ν. Πολίτης*, « *Περὶ βιβλιογράφων καὶ βιβλιογραφικῶν ἐργαστηρίων,* » *Byzantinisch-Neugriechische Jahrbücher* 14 (1937–1938) p. 269; Linos Politis, *Revue des études byzantines* 14 (1956) p. 198; L. Politis, *Byzantinische Zeitschrift* 51 (1958) p. 31; Antonio Muñoz, « I codici miniati della Biblioteca Chigi in Roma, » *Revue des bibliothèques* 15 (1905) p. 375.

INDEX

NOMINUM ET RERUM NOTABILIORUM

INDEX NOMINUM ET RERUM NOTABILIORUM


Numeri soliti paginas textus indicant; numeri crassiores ad tabulas spectant. Asteriscus * nomini auctoris appositus aut titulo operis praepositus significat opus dubium vel spurium laudari.

ANNI CODICUM VEL SUBSCRIPTIONUM DEINCEPS AD TABULARUM NUMEROS RELATI

Tabulae numeris crassioribus indicantur.

A.D. 1203: tab. **1, 159a.**
A.D. 1205: tab. **2, 160.**
A.D. 1209: tab. **3, 161.**
A.D. 1220/1221: tab. **4, 159b.**
A.D. 1226: tab. **5, 162a.**
A.D. 1232: tab. **6, 162b, 162c.**
A.D. 1234–1235: tab. **7.**
A.D. 1234/1235: tab. **8, 162d.**
A.D. 1236: tab. **9, 163a.**
A.D. 1244: tab. **10, 163b.**
A.D. 1244–1254: tab. **11, 12, 163c.**
A.D. 1251: tab. **13, 164.**
A.D. 1253: tab. **14, 15, 16, 165a.**
A.D. 1258/1259: tab. **17, 18, 166.**
A.D. 1259/1260: tab. **19, 20, 165b.**
A.D. 1261–1282: tab. **36, 168c.**
A.D. 1269/1270: tab. **21-26, 165c.**
A.D. 1270: tab. **27, 167a.**
A.D. 1273: tab. **28, 167b.**
A.D. 1273: tab. **29, 30, 31, 167c.**
A.D. 1276: tab. **32, 168a.**
A.D. 1279: tab. **33, 168b.**
A.D. 1279/1280: tab. **34, 169.**
A.D. 1279/1280: tab. **35, 170a.**
A.D. 1281/1282: tab. **37, 154** lineae 1–5.
A.D. 1281/1282: tab. **38, 170b.**
A.D. 1286: tab. **39, 171c, 171d, 172.**
A.D. 1287: tab. **40, 171a.**
A.D. 1287/1288: tab. **41, 171b.**
A.D. 1290: tab. **42, 173a.**
A.D. 1290/1291: tab. **43, 173b.**
A.D. 1290/1291: tab. **44, 173c.**
A.D. 1291: tab. **45, 46, 174a.**
A.D. 1291/1292: tab. **47, 174b.**
A.D. 1291/1292: tab. **48, 175a, 175b.**
A.D. 1291/1292: tab. **49, 175c.**
A.D. 1292: tab. **50, 176.**
A.D. 1294: tab. **51, 177a.**
A.D. 1294: tab. **52, 177b.**
A.D. 1294/1295: tab. **53, 178a.**
A.D. 1296: tab. **54.**
circa A.D. 1296: tab. **55-68.**
A.D. 1297: tab. **70, 180.**
A.D. 1298: tab. **69, 179a.**
A.D. 1299: tab. **71, 178b.**
A.D. 1299/1300: tab. **72, 182-183.**
A.D. 1300: tab. **73, 184a.**
A.D. 1301: tab. **74, 181.**
A.D. 1301: tab. **75, 184b, 184c.**
A.D. 1302: tab. **179b.**
A.D. 1302/1303: tab. **179c.**
A.D. 1304: tab. **76, 185a.**
A.D. 1304/1305: tab. **77-84, 185b.**
A.D. 1305/1306: tab. **85, 185c.**
A.D. 1306/1307: tab. **86, 185d.**
A.D. 1310: tab. **87, 185e.**
A.D. 1311/1312 aut 1316/1317: tab. **88, 186a.**
A.D. 1311/1312 — 1320/1321: tab. **89, 186b.**
A.D. 1313: tab. **90, 187.**
A.D. 1315/1316: tab. **91, 186c.**


TABULAE




A.D. 1203: exaravit Michaël Gazes
Olympiodori diaconi Alexandrini commentarius in Ecclesiasten
cod. Vaticanus graec. 1694 (fol. 39ᵛ)




A.D. 1205: exaravit Matthaeus
Lexicon Suda
cod. Vaticanus graec. 1296 (fol. 193r pars inferior)




A.D. 1209: exaravit Ioannes filius Christoduli
rotulus Liturgiae s. Marci
cod. Vaticanus graec. 2281 (faciei aversae particula ad finem spectans)




A.D. 1220/1221: exaravit Martinus sacerdos in Italia australi
Paracletice
cod. Vaticanus graec. 772 (fol. 32r)



A.D. 1226: exaravit Demetrius
Hermogenis libri de ideis
cod. Vaticanus graec. 103 (fol. 179r)



A.D. 1232: exaravit Symeon-Sabas Corax Rhodius Hierosolymis
Theophylacti Bulgariae archiep. commentarius in s. Pauli epistulas
cod. Vaticanus graec. 648 (fol. 108r)




A.D. 1234–1235: exaravit Senator de Crit(e)n(a) in Calabria
Adnotationes privatae
cod. Vaticanus graec. 2019 (fol. 155ᵛ)



A.D. 1234/1235
Pauli Helladici epistula
cod. Vaticanus graec. 731 (fol. 69v–70r)




A.D. 1236: exaravit Ioannes Neretinus in Italia australi
Nicolai Hydruntini (sive postea Nectarii Casulani) Synopsis dogmatum
cod. Barberinianus graec. 297 (fol. 8v–9r)



A.D. 1244
s. Basilii Magni epistula 2
cod. Barberinianus graec. 515 (fol. 29^v pars superior)



A.D. 1244–1254: exaravit Thomas monachus
Ioannis Doxapatris scholia in Hermogenis libros de ideis
cod. Vaticanus graec. 105 (fol. 162^r)



A.D. 1244–1254
Romani sophistae libellus de remisso genere dicendi
cod. Vaticanus graec. 105 (fol. 152ᵛ)




A.D. 1251
Aphthonii Progymnasmata cum scholiis
cod. Vaticanus graec. 106 (fol. 44ʳ)

149

[illegible]

A.D. 1253: exaravit Georgius Timiostaurites
Ioannis Zonarae* Lexicon
cod. Vaticanus gracc. 10 (fol. 149r)



A.D. 1253
Ioannis Zonarae* Lexicon
cod. Vaticanus graec. 10 (fol. 17r)




A.D. 1253
Ioannis Zonarae* Lexicon
cod. Vaticanus graec. 10 (fol. 206r)




A.D. 1258/1259
Georgii Pisidae Hexaëmeron
cod. Vaticanus graec. 867 (fol. 26v 27r)




A.D. 1258/1259
Exempla instrumentorum
cod. Vaticanus graec. 867 (fol. 37v–38r)




A.D. 1259/1260: exaravit Barlaam monachus in monte Galesio prope Ephesum sito
Menaeum
cod. Reginensis graec. 63 (fol. 124r)



A.D. 1259/1260: exaravit ⟨Athanasius monachus⟩ in monte Galesio prope Ephesum sito
Menaeum
cod. Reginensis graec. 63 (fol. 32r)



A.D. 1269/1270
Dionysii Halicarnasei de compositione verborum
cod. Vaticanus graec. 64 (fol. 231ʳ pars superior)



A.D. 1269/1270
Dionysii Halicarnasei de compositione verborum
cod. Vaticanus graec. 64 (fol. 240ᵛ pars superior)

252


A.D. 1269/1270

Dionysii Halicarnasei opuscula critica


cod. Vaticanus graec. 64 (fol. 252r pars superior)




A.D. 1269/1270
Dionysii Halicarnasei opuscula critica
cod. Vaticanus graec. 64 (fol. 260r pars superior)



A.D. 1269/1270
Dionysii Halicarnasei opuscula critica
cod. Vaticanus graec. 64 (fol. 262^{r} pars superior)



A.D. 1269/1270
Philostrati Vitae sophistarum
cod. Vaticanus graec. 64 (fol. 284r pars superior)




A.D. 1270: exaravit Georgius Mammyres
Nicetae Heracleensis commentarius in s. Gregorii Nazianzeni orationes
cod. Vaticanus graec. 465 (fol. 297v)


ἐν πολλαπλασίῳ ἀριθμῷ λαοῦ τοῦ πολλοῦ· ὡς ἀξίαν αὐτὴν τῆς ἐπισκοπῆς
νομίζεσθαι, λαμβανέτω· εἰ πᾶσιν ἀρέσκει τοῦτο· ἀπεκρί-
ναντο πάντες, ἀρέσκει:— ἑρμηνεία:

Ποίους ἐπισκόπους παρ' αὐτῶν τῶν τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπων
καθίστασθαι, διαφόρως οἱ κανόνες ὁρίζουσιν· ἐὰν οὖν δια-
φόρων ἐπισκόπων ὄντων ἐν ἐπαρχίᾳ· συμβῇ ἕνα
περιλειφθῆναι ἐπίσκοπον· τῶν ἄλλων θανόντων· ἢ τι-
νῶν ἴσως ἐκβληθέντων· ἢ καὶ ἑτέρως ἀναγκαίως
ἀποδημησάντων· ἐπιζητοῦσι δὲ οἱ τῶν πόλεων ἐκείνων
χειροτονηθῆναι αὐτοῖς ἐπισκόπους, χρὴ φησὶν
ὁ κανὼν, τὸν ἕνα ἀπομείναντα ἐπίσκοπον μετακα-
λεῖσθαι· διὰ γραμμάτων τοῦ μητροπολίτου τῆς ἐπαρ-
χίας· ὃν καὶ ἔξαρχον ὀνομάζει· ἐπιμιμνήσκεσθαι,
ὅτι τὸ πλῆθος ζητεῖ καταστῆναι αὐτοῖς ποιμένα·
ἐπισκόπου δὲ δεῖσθαι τὴν παρουσίαν αὐτοῦ· εἰ δὲ ἀπομείνας
καθὼς κελεύεται· οὔτε παραγένηται· οὔτε ἀντιγράψει·
χρὴ τοῖς κανόσι τὴν βουλὴν τοῦ πλήθους τίθεσθαι· λέγε-
ται, δύνασθαι αὐτοὺς ἐπισκόπους παρὰ τοῦ μητροπο-
λίτου τῆς ἐπαρχίας· ὁ δὲ μητροπολίτης τῆς ἐπαρ-
χίας μέλλει καταστῆναι, χρὴ φησὶ καὶ τοὺς τῆς πλη-
σιοχώρου ἐπαρχίας ἐπισκόπους μετακαλεῖσθαι·
τοῦτο δὲ ἐγίνετο, ὅτε καθ' ἑαυτὰς αἱ πόλεις τοὺς ἐπι-
σκόπους τῶν μητροπόλεων ἐψηφίζοντο· νῦν δὲ τοῦτο
γίνεται· ἄλλοις ἡ χειροτονία τῶν ἐπισκόπων ἀπο-
νενέμηται, ἐκεῖνοι δὲ αὐτῶν ἐπισκόπων τῆς ἐπαρ-
χίας ψηφίζονται τοὺς ἀρχιερέας· ὁ ἕκτος δὲ ὁ κανὼν
διαγορεύεται, μὴ γίνεσθαι ἐπίσκοπον ἐν κώμῃ τι-
νὶ ἢ πόλει μικρᾷ ἢ καὶ εἷς πρεσβύτερος ἀρκεῖ· ὃ καὶ
ὁ νζ' κανὼν τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου διετυπώσατο· προσ-
τίθησι δὲ ὁ κανὼν οὗτος· ὅτι οὐκ ἀναγκαῖον ἐστὶν ἐπισκό-
πους ἐκεῖ καθίστασθαι· ὡς ἂν μὴ κατευτελίζηται τὸ τῆς
ἐπισκοπῆς ὄνομα καὶ ἡ αὐθεντία· ἀλλ' οἱ τῆς ἐπαρχίας


A.D. 1273: exaravit Gregorius hieromonachus
Ioannis Zonarae commentarius in canonum ecclesiasticorum collectionem
cod. Vaticanus graec. 2153 (fol. 213v)



A.D. 1273: exaravit Ioannes Theotocites
Novum Testamentum
cod. Borgianus graec. 18 (fol. 245ᵛ)




A.D. 1273
Novum Testamentum
cod. Borgianus graec. 18 (fol. 352ᵛ)




φέλης· πέμψον τὸ δρέπανον σου καὶ θέρισον· ὅτι
ἦλθεν ἡ ὥρα θερίσαι· ὅτι ἐξηράνθη ὁ θερισμὸς
τῆς γῆς. καὶ ἔβαλεν ὁ καθήμενος ἐπὶ τὴν νεφέλην
τὸ δρέπανον αὐτοῦ ἐπὶ τὴν γῆν καὶ ἐθερίσθη ἡ γῆ.
Καὶ ἄλλος ἄγγελος ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ ναοῦ τοῦ ἐν τῷ
οὐρανῷ ἔχων καὶ αὐτὸς δρέπανον ὀξύ. Καὶ ἄλλος
ἄγγελος ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου, ἔχων ἐξουσί-
αν ἐπὶ τοῦ πυρός, καὶ ἐφώνησε φωνῇ μεγάλῃ τῷ ἔχοντι
τὸ δρέπανον τὸ ὀξὺ λέγων· πέμψον τὸ δρέπανον σου τὸ
ὀξὺ καὶ τρύγησον τοὺς βότρυας τῆς ἀμπέλου τῆς
γῆς ὅτι ἤκμασαν αἱ σταφυλαὶ αὐτῆς. καὶ ἔβαλεν ὁ ἄγ-
γελος τὸ δρέπανον αὐτοῦ εἰς τὴν γῆν· καὶ ἐτρύγησε
τὴν ἄμπελον τῆς γῆς, καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν ληνὸν
τοῦ θυμοῦ τοῦ θεοῦ τὸν μέγαν· καὶ ἐπατήθη ἡ ληνὸς ἔξωθεν
τῆς πόλεως. καὶ ἐξῆλθεν αἷμα ἐκ τῆς ληνοῦ
ἄχρι τῶν χαλινῶν τῶν ἵππων ἀπὸ σταδίων
͵αχ΄. καὶ εἶδον ἄλλο σημεῖον ἐν τῷ οὐρανῷ μέγα καὶ
θαυμαστόν· ἀγγέλους ἑπτὰ ἔχοντας πληγὰς
ἑπτὰ τὰς ἐσχάτας, ὅτι ἐν αὐταῖς ἐτελέσθη ὁ θυμὸς
τοῦ θεοῦ. καὶ εἶδον ὡς θάλασσαν ὑαλίνην μεμιγ-
μένην πυρί· καὶ τοὺς νικῶντας ἐκ τῆς εἰκόνος
καὶ ἐκ τοῦ θηρίου αὐτοῦ· καὶ ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τοῦ
ὀνόματος αὐτοῦ. ἑστῶτας ἐπὶ τὴν θάλασσαν
τὴν ὑαλίνην ἔχοντας τὰς κιθάρας τοῦ θεοῦ.
καὶ ᾄδουσι τὴν ὠδὴν Μωϋσέως δούλου τοῦ θεοῦ καὶ τὴν
ὠδὴν τοῦ ἀρνίου, λέγοντες· μεγάλα καὶ θαυ-

436


A.D. 1273
Novum Testamentum
cod. Borgianus graec. 18 (fol. 436r)



A.D. 1276: exaravit Basilius sacerdos in Calabria
Psalterium cum expositione
cod. Barberinianus graec. 455 (fol. 114ᵛ)



A.D. 1279: exaravit Nicolaus Mesarites
Michaëlis Glycae capitula in Sacrae Scripturae dubia
cod. Vaticanus graec. 690 (fol. 190ᵛ)




A.D. 1279/1280: exaravit Theodorus Hagiopetrites
Theophylacti Bulgariae archiep. commentarius in quattuor Evangelia
cod. Vaticanus graec. 644 (fol. 149r pars superior)

οἱ ἄνδρες νινευὶ τῷ θῷ· καὶ ἐκήρυξαν νηστείαν καὶ
ἐνεδύσαντο σάκκους· ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου
αὐτῶν· καὶ ἤγγισεν ὁ λόγος πρὸς τὸν βασιλέα νινευΐ·
καὶ ἀνέστη ἀπὸ τοῦ θρόνου αὐτοῦ ἀφ᾽ ἑαυτοῦ· καὶ περι-
είλατο τὴν στολὴν αὐτοῦ· καὶ περιεβάλετο σάκκον καὶ
ἐκάθισεν ἐπὶ σποδοῦ· καὶ ἐκηρύχθη καὶ ἐρρέθη ἐν τῇ νινευΐ
παρὰ τοῦ βασιλέως· καὶ παρὰ τῶν ἀρχόντων καὶ τῶν
μεγιστάνων αὐτοῦ λεγόντων· οἱ ἄνοι καὶ τὰ κτήνη καὶ οἱ βόες
καὶ τὰ πρόβατα μὴ γευσάσθωσαν μηδέν, μηδὲ νεμέσθωσαν·
καὶ ὕδωρ μὴ πιέτωσαν· καὶ περιεβάλλοντο σάκκους οἱ ἄνθρωποι
καὶ τὰ κτήνη· καὶ ἀνεβόησαν ἐκτενῶς πρὸς τὸν θν· καὶ ἀπέ-
στρεψεν ἕκαστος ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτοῦ τῆς πονηρᾶς· καὶ
ἀπὸ τῆς ἀδικίας τῆς ἐν χερσὶν αὐτῶν λέγοντες· τίς
οἶδεν εἰ μετανοήσει καὶ παρακληθήσεται ὁ θς· καὶ ἀποστρέψει
ἀπὸ ὀργῆς θυμοῦ αὐτοῦ καὶ οὐ μὴ ἀπολώμεθα·
καὶ εἶδεν ὁ θς τὰ ἔργα αὐτῶν, ὅτι ἀπέστρεψαν ἀπὸ
τῶν ὁδῶν αὐτῶν τῶν πονηρῶν· καὶ μετενόησεν
ὁ θς ἐπὶ τῇ κακίᾳ ᾗ ἐλάλησεν τοῦ ποιῆσαι αὐτοῖς·
καὶ οὐκ ἐποίησεν· καὶ ἐλυπήθη ἰωνᾶς λύπην μεγάλην·
καὶ συνεχύθη καὶ προσηύξατο πρὸς κν καὶ εἶπεν· ὦ δὴ κε·
οὐχ οὗτοι οἱ λόγοι μου οὓς ἐλάλησα ἔτι ὄντος μου ἐν τῇ γῇ μου·
διὰ τοῦτο προέφθασα τοῦ φυγεῖν εἰς θαρσίς· διότι
ἔγνων ὅτι σὺ ἐλεήμων καὶ οἰκτίρμων, μακρόθυμος
καὶ πολυέλεος· καὶ μετανοῶν ἐπὶ κακίαις ἀνων· καὶ νῦν

A.D. 1279/1280: exaravit Macarius Rheginus in Italia inferiore
Lectiones Veteris Testamenti sive Prophetologium
cod. Vaticanus graec. 770 (fol. 89r)




A.D. 1261–1282: exaravit Theodora Palaeologina Rhaulaena Constantinopoli
Aelii Aristidis orationes cum scholiis
cod. Vaticanus graec. 1899 (fol. 116r)




A.D. 1281/1282
Novum Testamentum
cod. Ottobonianus graec. 381 (fol. 151r)

[illegible]


A.D. 1281/1282: exaravit Michaël Argyrus
Ioannis Zonarae commentarius in s. Ioannis Damasceni canones anastasimos
cod. Reginensis graec. 31 (fol. 62ᵛ)



A.D. 1286: exaravit Gerasimus monachus
Theophylacti Bulgariae archiep. commentarius in quattuor Evangelia
cod. Vaticanus graec. 641 (fol. 230r)




A.D. 1287: exaratus videtur in Italiae australis terra Hydruntina
Hesiodi Opera et Dies cum scholiis Ioannis Tzetzae
cod. Vaticanus graec. 2383 (fol. 37r)




A.D. 1287/1288: exaravit Theodoretus hieromonachus
s. Ioannis Climaci Scala Paradisi cum scholiis
cod. Vaticanus graec. 1081 (fol. 149r)




A.D. 1290: exaravit Nicolaus Perdicares
Nicetae Heracleensis commentarius in s. Gregorii Nazianzeni orationes
cod. Ottobonianus graec. 214 (fol. 164r)




A.D. 1290/1291: exaravit Nicolaus Hagiopetrites in Italiae australis terra Hydruntina
Schedographia
cod. Barberinianus graec. 102 (fol. 18r)




A.D. 1290/1291: exaravit Barnabas monachus
s. Ioannis Climaci Scala Paradisi cum scholiis
cod. Vaticanus graec. 734 (fol. 131r)



A.D. 1291: exaravit Romanus abbas in Calabria
Psalterium graece et latine
cod. Vaticanus graec. 1070 (fol. 118r)



A.D. 1291: exaravit Romanus abbas in Calabria
s. Athanasii Magni* symbolum *Quicumque* graece et latine
cod. Vaticanus graec. 1070 (fol. 196ʳ)




ιγ π(ερὶ) τοῦ παραλυτικοῦ:

διδάσκων· καὶ ἦσαν καθή-
μενοι φαρισαῖοι καὶ νομο-
διδάσκαλοι, οἳ ἦσαν ἐληλυθό-
τες ἐκ πάσης κώμης τῆς
ἰουδαίας, καὶ γαλιλαίας,
καὶ ἰλημ· καὶ δύναμις κυ-
ρίου ἦν εἰς τὸ ἰᾶσθαι αὐτούς.
λζ α Καὶ ἰδοὺ ἄνδρες φέροντες ἐπὶ
κλίνης ἄνθρωπον ὃς ἦν παρα-
λελυμένος· καὶ ἐζήτουν
αὐτὸν εἰσενεγκεῖν, καὶ θεῖναι
ἐνώπιον αὐτοῦ. καὶ μὴ εὑ-
ρόντες ποίας εἰσενέγκωσιν
αὐτὸν διὰ τὸν ὄχλον, ἀναβάν-
τες ἐπὶ τὸ δῶμα, δι-
ὰ τῶν κεράμων καθῆκαν
αὐτὸν σὺν τῷ κλινιδίῳ εἰς
τὸ μέσον ἔμπροσθεν τοῦ
ιυ· καὶ ἰδὼν τὴν πίστιν αὐτῶν
εἶπεν αὐτῷ· ἄνθρωπε, ἀφέωνταί
σοι αἱ ἁμαρτίαι σου. Καὶ ἤρ-
ξαντο διαλογίζεσθαι οἱ γραμ-
ματεῖς καὶ οἱ φαρισαῖοι,
λέγοντες· τίς ἐστιν οὗτος.
ὃς λαλεῖ βλασφημίας· τίς
δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας
εἰ μὴ μόνος ὁ θς· ἐπιγνοὺς
δὲ ὁ ις τοὺς διαλογισμοὺς
αὐτῶν, ἀποκριθεὶς εἶπε πρὸς
αὐτούς· τί διαλογίζεσθε
ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν· τί
ἐστιν εὐκοπώτερον εἰπεῖν, ἀ-
φέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου.

docens · et erant sedentes
pharisei et leges doctores
qui uenerant
ex omni castello iudee et
galilee et ierusalem ·
et uirtus domini
erat ad sanandum eos :
Et ecce uiri portantes in lec
to hominem · qui erat pa
raliticus · et querebant eu(m)
inferre et ponere ante
eum · et non inuenientes ·
qua parte illum inferrent
pre turba · ascenderunt
supra tectum · et per tegu
las submiserunt illum
cum lecto · in medio an
te iesum · Quorum fi
dem ut uidit
dixit ei · homo remittunt(ur)
t(ibi) peccata tua · et ceperunt
cogitare scribe et
pharisei dicentes
quis est hic qui loqui
tur blasphemias · quis
potest dimittere peccata ·
nisi solus deus · ut cogno
uit aut(em) ihs cogitationes
eorum · respondens dixit ad
illos · Quid cogitatis in cor
dibus uestris · quid est
facilius dicere · dimic
tuntur tibi peccata tua


A.D. 1291/1292: exaravit Romanus abbas in Calabria
Evangelia graece et latine
cod. Barberinianus graec. 541 (fol. 113v)



A.D. 1291/1292: exaravit Georgius Capalytes
Ioannis Zonarae* Lexicon
cod. Ottobonianus graec. 252 (fol. 112r)

πηλεΐδης δ' ἐπὶ θινὶ πολυφλοίσβοιο θαλάσσης,
κεῖτο βαρὺ στενάχων πολέσι μετὰ μυρμιδόνεσσιν,
ἐν καθαρῷ· ὅθι κύματ' ἐπ' ἠϊόνος κλύζεσκον·
εὖτε τὸν ὕπνος ἔμαρπτε λύων μελεδήματα θυμοῦ
νήδυμος ἀμφιχυθείς· μάλα γὰρ κάμε φαίδιμα γυῖα,
ἕκτορ' ἐπαΐσσων ποτὶ ἴλιον ἠνεμόεσσαν,
ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ πατροκλῆος δειλοῖο
πάντ' αὐτῷ μέγεθός τε καὶ ὄμματα κάλ' ἐϊκυῖα
καὶ φωνήν· καὶ τοῖα περὶ χροῒ εἵματα ἕστο·
στῆ δ' ἄρ' ὑπὲρ κεφαλῆς καί μιν πρὸς μῦθον ἔειπε·
εὕδεις· αὐτὰρ ἐμοῖο λελασμένος ἔπλευ ἀχιλλεῦ·
οὐ μέν μευ ζώοντος ἀκήδεις· ἀλλὰ θανόντος·
θάπτε με ὅττι τάχιστα πύλας ἀΐδαο περήσω·
τῆλέ με εἴργουσι ψυχαὶ εἴδωλα καμόντων·
οὐδέ μέ πως μίσγεσθαι ὑπὲρ ποταμοῖο ἐῶσιν·
ἀλλ' αὔτως ἀλάλημαι ἀν' εὐρυπυλὲς ἄϊδος δῶ·
καί μοι δὸς τὴν χεῖρ' ὀλοφύρομαι· οὐ γὰρ ἔτ' αὖτις,
νίσομαι ἐξ ἀΐδαο ἐπήν με πυρὸς λελάχητε·
οὐ μὲν γὰρ ζωοί γε φίλων ἀπάνευθεν ἑταίρων,
βουλὰς ἑζόμενοι βουλεύσομεν· ἀλλ' ἐμὲ μὲν κὴρ,


A.D. 1291/1292: exaravit Paisius
Homeri Ilias
cod. Vaticanus graec. 29 (fol. 443r)



A.D. 1292: exaravit Paulus Corinthius Siculus in Sicilia
Typicum italograecum
cod. Vaticanus graec. 1877 (fol. 21v–22r)




A.D. 1294: exaravit Constantinus sacerdos
Nicetae Heracleensis commentarius in s. Gregorii Nazianzeni orationes
cod. Vaticanus graec. 1755 (fol. 298r)




A.D. 1294: exaravit Alexius ---
Michaëlis Pselli paraphrasis in Aristotelis librum de interpretatione
cod. Barberinianus graec. 164 (fol. 12ʳ)




A.D. 1294/1295: exaravit Barnabas (in Italia australi, ut videtur)
s. Cyrilli Alexandrini* Lexicon
cod. Barberinianus graec. 39 (fol. 43ʳ)




A.D. 1296: pagina exarata Constantinopoli
Notitia de terrae motibus
cod. Vaticanus graec. 191 (fol. 319^{v} pars superior)




circa A.D. 1296: exaratus videtur Constantinopoli
Theodosii Tripolitae Sphaerica
cod. Vaticanus graec. 191 (fol. 39v pars superior)



circa A.D. 1296: exaratus videtur Constantinopoli
Autolyci Pitanaei de ortibus et occasibus siderum
cod. Vaticanus graec. 191 (fol. 69ᵛ pars superior)




circa A.D. 1296: exaratus videtur Constantinopoli
Vettii Valentis Anthologiae
cod. Vaticanus graec. 191 (fol. 96^{v} pars superior)




circa A.D. 1296: exaratus videtur Constantinopoli
Claudii Ptolemaei Geographia
cod. Vaticanus graec. 191 (fol. 135r pars inferior)




circa A.D. 1296: exaratus videtur Constantinopoli
Claudii Ptolemaei Geographia
cod. Vaticanus graec. 191 (fol. 156r pars superior)



circa A.D. 1296: exaratus videtur Constantinopoli
Claudii Ptolemaei Geographia
cod. Vaticanus graec. 191 (fol. 158r pars inferior)



circa A.D. 1296: exaratus videtur Constantinopoli
Aristoxeni Elementa harmonica
cod. Vaticanus graec. 191 (fol. 299r pars superior)



circa A.D. 1296: exaratus videtur Constantinopoli
Excerptum ex astrologo Byzantino
cod. Vaticanus graec. 191 (fol. 230r pars superior)




circa A.D. 1296: exaratus videtur Constantinopoli
Claudii Ptolemaei Harmonica
cod. Vaticanus graec. 191 (fol. 330^{v} pars superior)



circa A.D. 1296: exaratus videtur Constantinopoli
Diophanti Alexandrini Arithmetica
cod. Vaticanus graec. 191 (fol. 365^v pars superior)




circa A.D. 1296: exaratus videtur Constantinopoli
Diophanti Alexandrini Arithmetica
cod. Vaticanus graec. 191 (fol. 372r pars inferior)




circa A.D. 1296: exaratus videtur Constantinopoli
Diophanti Alexandrini Arithmetica
cod. Vaticanus graec. 191 (fol. 381ᵛ pars superior)



circa A.D. 1296: exaratus videtur Constantinopoli
Diophanti Alexandrini Arithmetica
cod. Vaticanus graec. 191 (fol. 388^{v} pars superior)



circa A.D. 1296: exaratus videtur Constantinopoli
Cleonidis Isagoge harmonica
cod. Vaticanus graec. 191 (fol. 395ᵛ pars superior)




A.D. 1298: haec pagina exarata videtur Constantinopoli
Adnotatio astronomica de longitudine lunae invenienda
cod. Vaticanus graec. 191 (fol. 170ᵛ pars superior)


Καὶ συνηγάγετέ με + γυμνὸς καὶ περιε-
βάλλετέ με + ἠσθένησα· καὶ ἐπεσκέψασθέ
με + ἐν φυλακῇ ἤμην· καὶ ἤλθετε πρός με +
τότε ἀποκριθήσονται αὐτῷ οἱ δίκαιοι λέγον-
τες + κε· πότε σε εἴδομεν πεινῶντα καὶ ἐ-
θρέψαμεν· ἢ διψῶντα καὶ ἐποτίσαμεν +
πότε δέ σε εἴδομεν ξένον καὶ συνηγάγομεν·
ἢ γυμνὸν καὶ περιεβάλομεν + πότε δέ σε
εἴδομεν ἀσθενῆ· ἢ ἐν φυλακῇ· καὶ ἤλθο-
μεν πρός σε + Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ βασιλεὺς
ἐρεῖ αὐτοῖς + ἀμὴν λέγω ὑμῖν + ἐφ' ὅσον ἐ-
ποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου τῶν
ἐλαχίστων· ἐμοὶ ἐποιήσατε + τότε ἐρεῖ καὶ
τοῖς ἐξ εὐωνύμων + πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ
οἱ κατηραμένοι· εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον· τὸ ἡ-
τοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις
αὐτοῦ + ἐπείνασα γὰρ καὶ οὐκ ἐδώκατέ μοι
φαγεῖν + ἐδίψησα· καὶ οὐκ ἐποτίσατέ με +
ξένος ἤμην· καὶ οὐ συνηγάγετέ με + γυμνὸς·

A.D. 1297
Evangeliarium
cod. Vaticanus graec. 2563 (fol. 118ᵛ)

A.D. 1299: exaravit Ioannes Hieraces
s. Martini I papae epistula 12 ad Paulum ep. Thessalonicensem
cod. Vaticanus graec. 1455 (fol. 162r)




A.D. 1299/1300: exaravit Symon
s. Clementis I Romani papae* Epitome de rebus gestis s. Petri
cod. Ottobonianus graec. 426 (fol. 11v)




ἀπέστειλεν τοὺς δούλους αὐτοῦ καλέσαι τοὺς κε-
κλημένους εἰς τοὺς γάμους. καὶ οὐκ ἤθελον
ἐλθεῖν. πάλιν ἀπέστειλεν ἄλλους δούλους λέγων·
εἴπατε τοῖς κεκλημένοις· ἰδοὺ τὸ ἄριστόν μου
ἡτοίμασα· οἱ ταῦροί μου καὶ τὰ σιτιστὰ τεθυ-
μένα· καὶ πάντα ἕτοιμα· δεῦτε εἰς τοὺς
γάμους· οἱ δὲ ἀμελήσαντες, ἀπῆλθον· ὁ μὲν
εἰς τὸν ἴδιον ἀγρόν· ὁ δὲ εἰς τὴν ἐμπορίαν
αὐτοῦ· οἱ δὲ λοιποὶ κρατήσαντες τοὺς δού-
λους αὐτοῦ, ὕβρισαν καὶ ἀπέκτειναν· καὶ ἀ-
κούσας ὁ βασιλεὺς ἐκεῖνος ὠργίσθη· καὶ πέμ-
ψας τὰ στρατεύματα αὐτοῦ, ἀπώλεσεν τοὺς
φονεῖς ἐκείνους· καὶ τὴν πόλιν αὐτῶν ἐνέ-
πρησεν· τότε λέγει τοῖς δούλοις αὐτοῦ· ὁ μὲν γά-
μος ἕτοιμός ἐστιν· οἱ δὲ κεκλημένοι, οὐκ ἦσαν
ἄξιοι· πορεύεσθε οὖν ἐπὶ τὰς διεξόδους τῶν
ὁδῶν. καὶ ὅσους ἐὰν εὕρητε, καλέσατε εἰς
τοὺς γάμους· καὶ ἐξελθόντες εἰς τὰς ὁδοὺς
οἱ δοῦλοι ἐκεῖνοι, συνήγαγον πάντας ὅσους εὗρον·
πονηρούς τε καὶ ἀγαθούς· καὶ ἐπλήσθη ὁ γάμος
ἀνακειμένων· Εἰσελθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς
θεάσασθαι τοὺς ἀνακειμένους, εἶδεν ἐκεῖ
ἄνθρωπον οὐκ ἐνδεδυμένον ἔνδυμα γάμου·
καὶ λέγει αὐτῷ· ἑταῖρε πῶς εἰσῆλθες ὧδε,
μὴ ἔχων ἔνδυμα γάμου· ὁ δὲ ἐφιμώθη·
τότε εἶπεν ὁ βασιλεὺς τοῖς διακόνοις·
δήσαντες αὐτοῦ χεῖρας καὶ πόδας, ἄρατε
αὐτὸν καὶ ἐκβάλετε εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώ-


A.D. 1300: exaravit Andreas anagnostes
Evangelia
cod. Borgianus graec. 9 (fol. 41v)




A.D. 1301: exaravit Manuel
Palladii Historia Lausiaca
cod. Vaticanus graec. 863 (fol. 138^v pars superior)



A.D. 1301: exaravit Basilius in terra Trapezuntia
Andreae Caesariensis commentarius in Apocalypsin
cod. Vaticanus graec. 1743 (fol. 70v)




A.D. 1304: exaravit Manuel Argyronetes
Homeri Ilias
cod. Barberinianus graec. 161 (fol. 166r)



A.D. 1304/1305

Tomus unionis Ecclesiae anno 920 promulgatus de nuptiis


cod. Vaticanus graec. 2220 (fol. 95r)



A.D. 1304/1305
s. Epiphanii Cyprii de mensuris et ponderibus
cod. Vaticanus graec. 2220 (fol. 6a^{r})



A.D. 1304/1305
s. Ioannis Chrysostomi de Incomprehensibili homilia 1
cod. Vaticanus graec. 2220 (fol. 29v)




A.D. 1304/1305
s. Ioannis Damasceni de haeresibus
cod. Vaticanus graec. 2220 (fol. 143r)




A.D. 1304/1305

Photii patriarchae CP. Interrogationes decem et totidem Responsiones canonicae


cod. Vaticanus graec. 2220 (fol. 281ᵛ)



A.D. 1304/1305
Isaac Armenii* oratio I contra Armenios
cod. Vaticanus graec. 2220 (fol. 227^{v})




A.D. 1304/1305
s. Leonis I Magni papae epistula ad Flavianum archiepiscopum CP.
cod. Vaticanus graec. 2220 (fol. 274r)




A.D. 1304/1305
Theodori Abucarae opusculum 10
cod. Vaticanus graec. 2220 (fol. 296r)




A.D. 1305/1306: exaravit Niphon monachus
Euthymii Zigabeni Panoplia dogmatica
cod. Vaticanus graec. 668 (fol. 193v)



A.D. 1306/1307
Theodoreti Cyrensis Graecarum affectionum curatio
cod. Vaticanus graec. 626 (fol. 68r)



A.D. 1310
Georgii Phrancopuli Lexicon
cod. Vaticanus graec. 7 (fol. 280r)




A.D. 1311/1312 aut 1316/1317
Panegyricum
cod. Vaticanus graec. 455 (fol. 176r pars superior)

μορίῳ· ἡ ἐνέργεια ἀφωρισμένη· θατέρῳ δὲ
τὸ δυνατόν· λέγεται δὲ ἐνεργείᾳ· οὐ πάντα ὁμοίως·
ἀλλ' ἢ τὸ ἀνάλογον ὡς τοῦτο ἐν τούτῳ ἢ πρὸς τοῦτο·
τόδ' ἐν τῷδε ἢ πρὸς τόδε· τὰ μὲν γὰρ ὡς κίνησις
πρὸς δύναμιν· τὰ δ' ὡς οὐσία πρός τινα ὕλην·
ἄλλως δὲ καὶ τὸ ἄπειρον καὶ κενὸν καὶ ὅσα τοιαῦτα
λέγεται δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ πολλοῖς τῶν ὄντων·
οἷον τῷ ὁρῶντι καὶ βαδίζοντι καὶ ὁρωμένῳ·
ταῦτα μὲν γὰρ ἐνδέχεται καὶ ἁπλῶς ἀληθεύ-
εσθαί ποτε· τὸ μὲν ὁρώμενον ὅτι ὁρᾶται·
τὸ δ' ὅτι ὁρᾶσθαι δυνατόν· τὸ δὲ ἄπειρον
οὐχ οὕτω δυνάμει ἐστὶν ὡς ἐνεργείᾳ ἐσόμε-
νον χωριστόν· ἀλλὰ γνώσει· τὸ γὰρ μὴ ὑπολείπειν
τὴν διαίρεσιν ἀποδίδωσι τὸ εἶναι δυνά-
μει ταύτην τὴν ἐνέργειαν· τὸ δὲ χωρίζεσθαι
οὔ· τὸ μὲν οὖν ἐνεργείᾳ τί ἐστι καὶ ποῖον
ἐκ τούτων καὶ τῶν τοιούτων δῆλον ἡμῖν ἔστω·
πότε δὲ δυνάμει ἐστὶν ἕκαστον καὶ πότε οὔ διορι-
στέον· οὐ γὰρ ὁποτεοῦν· οἷον ἡ γῆ ἆρ' ἐστὶ δυνάμει
ἄνθρωπος ἢ οὔ· ἀλλὰ μᾶλλον ὅταν ἤδη γένηται
σπέρμα· καὶ οὐδὲ τότε ἴσως· ὥσπερ οὐδ'
ὑπὸ ἰατρικῆς ἅπαν ὑγιασθείη ἂν
οὐδ' ἀπὸ τύχης· ἀλλ' ἔστι τι ὃ δυνατόν ἐστι καὶ τοῦτ'
ἔστιν ὑγιαῖνον δυνάμει· ὅρος δὲ τοῦ μὲν ἀπὸ


A.D. 1311/1312 — 1320/1321
Aristotelis Metaphysica
cod. Vaticanus graec. 256 (fol. 124r)




A.D. 1313
s. Ioannis Climaci Scala Paradisi
cod. Vaticanus graec. 509 (fol. 123v)




A.D. 1315/1316
Libanii orationes
cod. Urbinas graec. 126 (fol. 124[r])




A.D. 1316/1317: exaravit Nilus hieromonachus in Russia
Officium aquae benedictae minoris
cod. Vaticanus graec. 784 (fol. 158v–159r)




A.D. 1318: exaravit Nephon monachus Cryptoferratensis
Octoëchus cum notis musicis
cod. Vaticanus graec. 1562 (fol. 11[r])



A.D. 1318: exaravit Nephon monachus Cryptoferratensis
Octoëchus cum notis musicis
cod. Vaticanus graec. 1562 (fol. 50^{v})



A.D. 1319: exaravit Ioannes Pepagomenus [I]
Aelii Aristidis orationes
cod. Vaticanus graec. 932 (fol. 261r)



A.D. 1317–1320: exaratus in Cypro
Michaëlis Grammatici hieromonachi carmen
cod. Palatinus graec. 367 (fol. 141r)



A.D. 1321/1322: exaravit Ioannes Catrares et quidem Thessalonicae, ut videtur
Theonis Alexandrini commentarius in Claudii Ptolemaei canones manuales
cod. Vaticanus graec. 175 (fol. 52ᵛ)


31

[illegible]


A.D. 1321/1322: exaratus videtur Thessalonicae
Anonymi Hermippus dialogus sive de astrologia
cod. Vaticanus graec. 175 (fol. 31r)




A.D. 1322
Aristophanis Ranae cum scholiis Thomae Magistri
cod. Vaticanus graec. 38 (fol. 267r)




A.D. 1322/1323
Ioannis Zonarae Epitome historiarum
cod. Vaticanus graec. 980 (fol. 213ᵛ)




A.D. 1322/1323: exaravit Stephanus sacerdos
s. Ioannis Climaci Scala Paradisi
cod. Palatinus graec. 120 (fol. 75v)




A.D. 1322/1323
s. Ioannis Climaci Scala Paradisi
cod. Palatinus graec. 120 (fol. 82^{v})



A.D. 1323/1324: exaravit Ioannes Pepagomenus [III]
s. Pauli epistulae cum Oecumenii* commentario
cod. Barberinianus graec. 503 (fol. 205r)



A.D. 1326/1327
Isaac Syri sermones ascetici
cod. Vaticanus graec. 605 (fol. 243ᵛ)



A.D. 1326/1327
Isaac Syri sermones ascetici
cod. Vaticanus graec. 605 (fol. 204r)

γένηται· οἷον, δέδωκέ τις τιμὴν μ̄ν̄, ἵνα ἐ-
λευθερώσῃ τὸν δοῦλον ἴδιον· ἢ ἵνα παραιτή-
σηται κληρονομίαν, ἢ λεγάτον· ἐὰν μὲν
πληρώσῃ ταῦτα, ἀπαιτεῖται ἃ ἔλαβεν·
εἰ δὲ αἰσχρότης ἐστὶν τοῦ λαμβάνοντος καὶ [illegible]
ποιῆσαι τὸ πρᾶγμα· ἐφ' ὧν εἴπαμεν,
ἀποδίδωσιν ὃς ἐνθάδε [illegible] ἐπεὶ μὲν
τὸ φονεῦσαι· ἢ ἱεροσυλῆσαι· ἢ ἐπὶ τὸ
δοῦναι παραθήκην· ἢ δικαίωμα· τότε
γὰρ οἱ τάχα καὶ ἐπιποιήσει καθὼς συνεφώνη-
σεν; ἀλλ' ἀπαιτεῖται ὃ ἔλαβεν· διὰ τὸ ἐπ'
αὐτῷ ἀδίκως καὶ αἰσχρῶς ταῦτα λαβεῖν :–

Ὁ δὲ καλὴν δίκην ἔχων παράσχῃ τῷ δικα-
στῇ, ὑπὲρ μόνου ἐπὶ τὸ ψηφίσασθαι· οὐ
καταλαμβάνω· ἔγκλημα γὰρ πλημμε-
λοῦς· τὸν δικαστὴν ὑποφθείρων καὶ ἐκπί-
πτει τῆς δίκης :–

Γνωστέον ὅτι οὔτε γαμετὴ ὑπὲρ τοῦ ἀνδρός,
ἢ ἀνὴρ ὑπὲρ τῆς γαμετῆς· ἢ πατὴρ ὑπὲρ
τοῦ υἱοῦ· ἢ υἱὸς ὑπὲρ πατρός· ἢ πατὴρ ὑπὲρ
υἱοῦ αὐτεξουσίου· ἢ ἀπελεύθερος ὑπὲρ
πάτρωνος ἐνέχεται· ἐφ' οἷς γὰρ ἕκαστος
τούτων συναλλάξῃ; ἕκαστος μόνος ἐνέ-
χεται :–

A.D. 1329: exaravit Cyrillus monachus prope Serras in Macedonia
Michaëlis Attaliatae opus de iure sive Pragmatice
cod. Vaticanus graec. 1566 (fol. 186v)

καὶ πυρὸς, καὶ τῆς τῶν στοιχείων μεταποιήσεως, καὶ τῶν ὁμοίων· τὸν δὲ πλάνον παραδειγματίσοντας, καὶ μηδὲν μήτε ὑπ᾽ ἐκείνου μήτε ὑφ᾽ ἑτέρους πεισομένους, ἄχρι τοῦ τῆς οἰκείας προφητείας πληρώματος :+ κείμενον:-

Καὶ ὅταν τελέσωσι τὴν μαρτυρίαν αὐτῶν, τὸ θηρίον τὸ ἀναβαῖνον ἐκ τῆς ἀβύσσου, ποιήσει πόλεμον μετ᾽ αὐτῶν, καὶ νικήσει αὐτούς· καὶ τὰ πτώματα αὐτῶν, ἐπὶ τῆς πλατείας τῆς πόλεως τῆς μεγάλης, ἥτις καλεῖται πνευματικῶς Σόδομα καὶ Αἴγυπτος· ὅπου ὁ κύριος αὐτῶν ἐσταυρώθη :+ ἑρμηνεία


Μετὰ τὸ διαμαρτύρασθαι αὐτοῖς φησὶ τὴν ἀπάτης ἀποφυγήν, τὸ θηρίον δηλαδὴ ὁ ἀντίχριστος, ἐκ τῶν σκοτεινῶν καὶ μυχίων χωρίων τῆς γῆς ἐξιὼν, ἐν οἷς ὁ διάβολος καταδεδίκασται, ἀνελεῖ αὐτοὺς κατὰ τὴν θείαν συγχώρησιν· καὶ ἄταφα καταλείψει τὰ σώματα· ἐν αὐτῇ τῇ Ἱερουσαλὴμ δηλαδὴ τῇ παλαιᾷ καὶ κατεστραμμένῃ ἐν ᾗ ὁ κύριος πέπονθεν· ταύτης ὡς ἔοικεν καθιστῶν τὰ βασίλεια, κατὰ μίμησιν Δαβὶδ οὗ ὁ Χριστὸς ὁ ἀληθινὸς δι᾽ ἡμᾶς κατὰ σάρκα γεγέννηται· ἵνα κἀν τούτῳ ἑαυτὸν εἶναι τὸν Χριστὸν πιστώσηται, πληρῶν τὸ προφητικὸν λόγιον τὸ φάσκον· ἀναστήσω τὴν σκηνὴν Δαβὶδ τὴν πεπτωκυῖαν, καὶ τὰ κατεστραμμένα αὐτῆς, ἀνοικοδομήσω· ὅπερ πλανώμενοι Ἰουδαῖοι εἰς τὴν ἐκείνου παρουσίαν ἐκλαμβάνουσιν :+ κείμενον:-

Καὶ βλέψουσιν ἐκ τῶν λαῶν καὶ φυλῶν καὶ γλωσσῶν καὶ ἐθνῶν τὰ πτώματα αὐτῶν, ἡμέρας τρεῖς

A.D. 1330/1331
Andreae Caesariensis commentarius in Apocalypsin
cod. Vaticanus graec. 542 (fol. 308v)

μήτε ἀνδροφόνον· μήτε λωποδύτην· μήτε ἅρπαγα· μήτε ἁ-
πλῶς ἀδίκημά τι πράξαντα ἐλεγχόμενον· ὀνόματος δὲ Χρι-
στιανοῦ προσωνυμίαν ὁμολογοῦντα τὸν ἄνθρωπον τοῦτον ἐκόλασας· οὐ
πρέποντα εὐσεβεῖ αὐτοκράτορι οὐδὲ φιλοσόφου καίσαρος παιδὶ
οὐδὲ ἱερᾷ συγκλήτῳ κρίνεις ὦ οὔρβικε· καὶ ὃς οὐδὲν ἄλλο ἀπο-
κρινάμενος, καὶ πρὸς τὸν λούκιον ἔφη· δοκεῖς μοι καὶ σὺ εἶναι τοιοῦτος.
Καὶ τοῦ λουκίου φήσαντος μάλιστα, πάλιν καὶ αὐτὸν ἀπαχθῆναι ἐκέλευσεν·
ὁ δὲ χάριν εἰδέναι ὡμολόγει· πονηρῶν γὰρ δεσποτῶν τῶν τοιούτων ἀπηλλάχθαι
ἐπίσταται· καὶ πρὸς ἀγαθὸν πατέρα καὶ βασιλέα τὸν θεὸν πορεύεσθαι· καὶ ἄλλος
δὲ τρίτος ἐπελθών, κολασθῆναι προσετιμήθη· τούτοις ὁ ἰουστῖνος
εἰκότως καὶ ἀκολούθως, ἃς προεμνημονεύσαμεν αὐτοῦ φωνὰς
ἐπάγει λέγων· κἀγὼ οὖν προσδοκῶ ὑπό τινος τῶν ὠνομασμένων
ἐπιβουλευθῆναι, καὶ τὰ λοιπά· πλεῖστα δὲ οὗτος καταλέλοιπεν ἡμῖν
Πεπαιδευμένης γνώμης καὶ περὶ τὰ θεῖα ἐσπουδακυίας ὑπομνή-
ματα· πάσης ὠφελείας ἔμπλεα· ἐφ᾽ ἃ τοὺς φιλομαθεῖς
ἀναπέμψομεν· τὰ εἰς ἡμετέραν γνῶσιν ἐλθόντα χρησίμως παρα-
σημηνάμενοι· ὁ μέν τις αὐτῷ ἐστι λόγος πρὸς ἀντωνῖνον τὸν εὐ-
σεβῆ προσαγορευθέντα· καὶ τοὺς τούτου παῖδας· τήν τε ῥωμαίων
σύγκλητον· προσφωνητικὸς ὑπὲρ τῶν καθ᾽ ἡμᾶς δογμάτων· ὁ δὲ,
δευτέραν μὲν περιέχων ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας πίστεως ἀπολογίαν, ἣν
πεποίηται πρὸς τὸν τοῦ δηλωθέντος αὐτοκράτορος διάδοχόν τε
Καὶ ὁμώνυμον ἀντωνῖνον οὐῆρον· οὗ τὰ κατὰ τὸν χρόνον ἐπὶ
τοῦ παρόντος διεξῄειμεν· καὶ ἄλλος ὁ πρὸς ἕλληνας· ἐν ᾧ μακρ-

A.D. 1330/1331: exaravit Georgius anagnostes et quidem Constantinopoli, ut videtur
Eusebii Caesariensis Historia ecclesiastica
cod. Vaticanus graec. 2205 (fol. 82v)



A.D. 1331
s. Ioannis Climaci Scala Paradisi
cod. Vaticanus graec. 735 (fol. 163^r)

[illegible]


τὸν δ' ἄρ' ὑπόβρυχα θῆκε πολὺν χρόνον, οὐδ' ἐδυνάσθη
αἶψα μάλ' ἀνσχεθέειν μεγάλου ὑπὸ κύματος ὁρμῆς·
εἵματα γάρ ῥ' ἐβάρυνε, τά οἱ πόρε δῖα Καλυψώ.
ὀψὲ δὲ δή ῥ' ἀνέδυ, στόματος δ' ἐξέπτυσεν ἅλμην
πικρήν, ἥ οἱ πολλὴ ἀπὸ κρατὸς κελάρυζεν.
ἀλλ' οὐδ' ὧς σχεδίης ἐπελήθετο, τειρόμενός περ,
ἀλλὰ μεθορμηθεὶς ἐνὶ κύμασιν ἐλλάβετ' αὐτῆς,
ἐν μέσσῃ δὲ καθῖζε τέλος θανάτου ἀλεείνων.
τὴν δ' ἐφόρει μέγα κῦμα κατὰ ῥόον ἔνθα καὶ ἔνθα.
ὡς δ' ὅτ' ὀπωρινὸς Βορέης φορέῃσιν ἀκάνθας
ἂμ πεδίον, πυκιναὶ δὲ πρὸς ἀλλήλῃσιν ἔχονται,
ὣς τὴν ἂμ πέλαγος ἄνεμοι φέρον ἔνθα καὶ ἔνθα·
ἄλλοτε μέν τε Νότος Βορέῃ προβάλεσκε φέρεσθαι,
ἄλλοτε δ' αὖτ' Εὖρος Ζεφύρῳ εἴξασκε διώκειν.
τὴν δὲ ἴδεν Κάδμου θυγάτηρ, καλλίσφυρος Ἰνώ,
Λευκοθέη, ἣ πρὶν μὲν ἔην βροτὸς αὐδήεσσα,
νῦν δ' ἁλὸς ἐν πελάγεσσι θεῶν ἒξ ἔμμορε τιμῆς.
ἥ ῥ' Ὀδυσῆ' ἐλέησεν ἀλώμενον, ἄλγε' ἔχοντα,
αἰθυίῃ δ' εἰκυῖα ποτῇ ἀνεδύσετο λίμνης,
ἷζε δ' ἐπὶ σχεδίης καί μιν πρὸς μῦθον ἔειπε·
κάμμορε, τίπτε τοι ὧδε Ποσειδάων ἐνοσίχθων
ὠδύσατ' ἐκπάγλως, ὅτι τοι κακὰ πολλὰ φυτεύει;
οὐ μὲν δή σε καταφθίσει μάλα περ μενεαίνων.
ἀλλὰ μάλ' ὧδ' ἔρξαι, δοκέεις δέ μοι οὐκ ἀπινύσσειν·
εἵματα ταῦτ' ἀποδὺς σχεδίην ἀνέμοισι φέρεσθαι
κάλλιπ', ἀτὰρ χείρεσσι νέων ἐπιμαίεο νόστου
γαίης Φαιήκων, ὅθι τοι μοῖρ' ἐστὶν ἀλύξαι.
τῆ δέ, τόδε κρήδεμνον ὑπὸ στέρνοιο τανύσσαι
ἄμβροτον· οὐδέ τί τοι παθέειν δέος οὐδ' ἀπολέσθαι.
αὐτὰρ ἐπὴν χείρεσσιν ἐφάψεαι ἠπείροιο,
ἂψ ἀπολυσάμενος βαλέειν εἰς οἴνοπα πόντον
πολλὸν ἀπ' ἠπείρου, αὐτὸς δ' ἀπονόσφι τραπέσθαι.

[illegible]


A.D. 1335/1336: exaravit Georgius Chrysococces [I]
Homeri Odyssea cum scholiis
cod. Palatinus graec. 7 (fol. 46v)

φοὺς ἔχῃς τοὺς σούς, θᾶττον ὁ καλὸς ἡ-
μῶν κύριος καὶ διδάσκαλος ἀπαθὲς μῖ-
σος φήσας, μήτηρ μου καὶ ἀδελφοί μου
εἰσὶν οἱ ποιοῦντες τὸ θέλημα τοῦ
πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς. ὑπέδειξεν ἡμῖν.
Ἔστω σου πατὴρ ὁ πρὸς τὸ φορτίον τῶν ἁ-
μαρτιῶν σου συγκοπιᾶσαι δυνάμενος
καὶ βουλόμενος· μήτηρ δὲ ἡ κατάνυξις·
ἡ ἀποπλῦναι σε τοῦ ῥύπου ἰσχύουσα·
ἀδελφὸς δέ, ὁ πρὸς τὸν δρόμον τὸν ἄνω
συμπονῶν καὶ συναμιλλώμενος·
κτῆσαι σύμβιον ἀδιάσπαστον μνήμην
ἐξόδου· τέκνα δέ σου φίλτατα, ἔστωσαν
στεναγμοὶ καρδίας· δοῦλον κτῆσαι σὸν
σῶμα· φίλους δὲ τὰς ἁγίας δυνάμεις·
αἵτινες ἐν καιρῷ ἐξόδου ὠφελῆσαι
δύνανται, ἐὰν φίλοι σου γένωνται· αὕτη
ἡ γενεὰ ζητούντων τὸν κύριον· πόθος θεοῦ
ἀπέσβεσε πόθον γονέων· ὁ δὲ λέγων τὰ
ἀμφότερα ἔχειν πεπλάνηκεν ἑαυτόν.
ἀκούσωμεν τοῦ λέγοντος, οὐδεὶς δύναται δυσὶ
κυρίοις δουλεύειν, καὶ τὰ ἑξῆς· οὐκ ἦλθον,
φησὶν ὁ κύριος εἰρήνην βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν.
γονέων πρὸς υἱοὺς καὶ ἀδελφοὺς δουλεῦσαί
μοι προαιρουμένους· ἀλλὰ μάχην καὶ μά-
χαιραν· διχάσαι φιλοθέους ἐκ φιλοκόσμων.
ὑλικοὺς ἐξ ἀΰλων· φιλοδόξους ἐκ ταπει-
νοφρόνων· εὐφραίνεται γὰρ κύριος ἐπὶ τῇ δι-
βολίᾳ καὶ χωρισμῷ, διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν


A.D. 1336/1337: exaravit Agathon monachus
s. Ioannis Climaci Scala Paradisi
cod. Reginensis graec. 22 (fol. 36ᵛ)




A.D. 1339: exaravit Nicolaus Calibardus
s. Ephraem Syri opuscula
cod. Reginensis graec. 42 (fol. 133^{r})




A.D. 1340
Sophoclis Oedipus Tyrannus
cod. Vaticanus graec. 920 (fol. 196r)



A.D. 1340
Sophoclis Oedipus Tyrannus
cod. Vaticanus graec. 920 (fol. 193ᵛ)



A.D. 1341: textum latinum exaravit Manuel Bestarches
Psalterium graece et latine
cod. Vaticanus graec. 695 (fol. 79v)



A.D. 1341/1342
Nicomachi Geraseni Introductio arithmetica
cod. Vaticanus graec. 195 (fol. 36ᵛ)


τὰ δὲ τικτόμενα ἐξ αὐτοῦ, γίνεται ἐκ ἄγωνος
κατα βιβάζειν δὲ χρὴ ταῦτα τὰ ζῷα πρὸς
λίγων ἡμερῶν τῶν θερινῶν τροπῶν· κυοφορεῖ δὲ
ἡ ὄνος μῆνας δώδεκα· κάλλιον δὲ ἵππους
ὑπὸ ὄνων ἐπιβαίνεσθαι ἢ ὄνους ὑπὸ ἵππων·
φιλοκαλότερον δέ τινες ποιοῦντες τὰς
θηλείας ἵππους ὑποβάλλουσι τῶν ὄνων πῶλ(ους)·
καὶ γὰρ κρεῖττον ἡ τραφεῖσα ὑπὸ γάλακτι· καὶ
οὕτω τραφέντες, φιλοστοργότεροι ἔχουσι περὶ
τὰς ἵππους ἐκ τῆς ἀνατροφῆς· ὥστε καὶ ἐ-
φορμᾶν πρὸς θυμῶν· ἔστω δὲ τῆς γαλουχίας
ὁ χρόνος διετής· ὥσπερ καὶ τοῖς ἵπποις·
ὄνοι δὲ πρὸς ὀχείαν ἀπὸ γ' ἐτῶν ἕως ι' ἔτους
χρήσιμοι· ἐπιμελητέον δὲ ὅπως οἱ μέλλοντες
ὀχεύειν ὄνοι, εὔμορφοι εἶεν· τοιαῦτα γὰρ ἔσται
τὰ γεννώμενα· τινὲς φιλοκαλώτερον ποιοῦντες
τὸν βιβάζοντα ὄνον εἴτε ἵππον· ἀπὸ ἄλλου ἤ ζῴου
χρώματος οὗ ἂν βούλωνται, γενέσθαι τὸ τικτό-
μενον, τοιούτῳ καὶ ἱματίῳ ἐνδιδύσκουσιν·
ὁποῖον γὰρ ἂν ᾖ τὸ τοῦ ἱματίου ᾧ δὲ ἐπιβάτης
ὁ ὄνος περικαλύπτεται· τοιοῦτο καὶ τὸ τικτόμεν(ον)
ἔσται· τοὺς δὲ χωλαίνοντας ὄνους, θεραπεύσεις
ὕδατι θερμῷ περιχέων τὸν πόδα ὅλον· ἔπειτα
καθαρὰς σμιλίῳ· ὁ τὰ δὲ τοῦτο δρῶν ὁ, περὶ
χεῖ οὔρῳ παλαιῷ θερμῷ· εἶτα ἁρμαλιῷ ἐγκλείσας
ἢ δὲ μὴ ῥόδον· καὶ τοῦτο ποίει ἕως ἂν ὑγιασθῇ·

A.D. 1342
Cassiani Bassi de re rustica
cod. Vaticanus graec. 216 (fol. 215v)

A.D. 1342/1343
Thomae-Theoduli Magistri Ecloga vocum atticarum
cod. Vaticanus graec. 22 (fol. 93ᵛ)




A.D. 1344: exaravit Demetrius Canisces Cabasilas Thessalonicensis
s. Maximi Confessoris epistulae
cod. Vaticanus graec. 507 (fol. 206^{v})



A.D. 1347
Manuelis Moschopuli Schedographia
cod. Vaticanus graec. 1118 (fol. 82v)

A.D. 1348–1352: exaratus in Cypro
Theodori lapsi* Responsio ad s. Ioannem Chrysostomum
cod. Vaticanus graec. 569 (fol. 168v)

A.D. 1348–1352: exaravit Nicolaus Urri in Cypro
s. Ioannis Chrysostomi homiliae
cod. Vaticanus graec. 569 (fol. 267ᵛ)




A.D. 1354
Flavii Iosephi Antiquitates Iudaicae
cod. Vaticanus graec. 984 (fol. 165ᵛ)

ζ

[illegible]

A.D. 1354
Flavii Iosephi de bello Iudaico
cod. Vaticanus graec. 984 (fol. 329ᵛ)



A.D. 1354
Flavii Iosephi de bello Iudaico
cod. Vaticanus graec. 984 (fol. 213r)




brevi post A.D. 1354: exaratus videtur Constantinopoli
s. Thomae Aquinatis Summa contra Gentiles a Demetrio Cydonio graece versa
cod. Vaticanus graec. 616 (fol. 14^{v})



brevi post A.D. 1354: exaratus videtur Constantinopoli
s. Thomae Aquinatis Summa contra Gentiles a Demetrio Cydonio graece versa
cod. Vaticanus graec. 616 (fol. 197v)

brevi post A.D. 1354: hanc paginam exaravit Demetrius Cydonius et quidem Constantinopoli, ut videtur
Index in s. Thomae Aquinatis Summam contra Gentiles a Demetrio Cydonio graece versam
cod. Vaticanus graec. 616 (fol. 2r)




A.D. 1357
Isaac Syri sermones ascetici
cod. Ottobonianus graec. 195 (fol. 154v)




A.D. 1358/1359
Ioannis Zonarae commentarius in canonum ecclesiasticorum collectionem
cod. Reginensis graec. 57 (fol. 325r)

ιζ Ταῦτα γὰρ [illegible] τὰ τρεῖς αὐτ[illegible] τῶν μοναχῶν τῆς
ἰδίας ἀναχωρεῖν μονῆς. ἐὰν ἢ ὁ ἡγούμενος αἱρετικός· ἐὰν εἴσοδος γυναικῶν
ἐν αὐτῇ γίνεται· καὶ ἐὰν παῖδας κοσμικὰ μανθάνωσιν. ἀπὸ τούτων δὲ [illegible]
ιη ἐν τῇ μονῇ παρὰ [illegible]: Τοὺς ὄντας ἐν [illegible] μοναχούς, χρὴ
συνεσθίειν τοῖς λοιποῖς καὶ συνεύχεσθαι· μετὰ [illegible] καὶ ἀλόγως ἤτοι [illegible]
ιθ ἀπὸ τῆς αὐτῶν [illegible] ἀφορίσει: Τῇ τῶν ἁγίων ἀποστόλων νηστείᾳ. καὶ τῇ τοῦ ἁγίου Φιλίππου
χρὴ τοὺς ἐν τῇ μονῇ καθημένους μοναχούς, τετράδας καὶ παρασκευὰς [illegible]
[illegible]. Τοὺς δὲ ἐργαζομένους, μετὰ τὴν [illegible] καὶ [illegible]:
κ Ἐὰν φθαρῇ μονάστρια ὑπὸ βαρβάρου ἤ τινος τῶν ἀτάκτων, καὶ ἦν ὁ πρὸ τούτου
βίος ἀνεπίληπτος, [illegible] ἐπιτιμᾶται. εἰ δὲ πρὸ τούτου ὁ βίος αὐτῆς οὐκ ἦν ἀ-
κα νεπίληπτος, τὸ τῆς μοιχείας ἐπιτίμιον ἐκπληροῖ: Ὁ μοναχὸς ἐν [illegible] φέρων
στρατείαν ἢ ἄλλην τινὰ [illegible], καὶ [illegible] μετὰ τὴν
[illegible] ἀποθέμενος, εἰς [illegible] ἐπιτιμᾶται. Ἐ-
κβ ὄντως τὴν ἁγίαν [illegible] κοινωνεῖ: Μοναχοῦ πρεσβυτέρου [illegible] ὑπηρε-
κγ τοῦντος, καὶ μεταδιδόντος αὐτοῦ, οὐ χρὴ κοινωνεῖν ἐξ αὐτοῦ: Οὐ χρὴ τὸν ἡγού-
κδ μενον, τὸ κουκούλιον τοῦ μαθητοῦ ἐκβάλλειν καὶ [illegible]: Τὸν ἀθετήσαντα
τὸ ἅγιον σχῆμα καὶ μὴ διορθούμενον, οὐ χρὴ [illegible] αὐτῷ:
κε Ἐάν τις [illegible]. καὶ ἐπιζητῇ τὸ [illegible] ἢ τὸ ἅγιον σχῆμα, χρὴ διδόναι
κς ἀνυπερθέτως, καὶ μὴ κωλύειν [illegible]: Οὐ χρὴ λειτουργῆσαι τὸν πρεσβύτερον
μοναχὸν ἄνευ [illegible]: Τοὺς δὲ [illegible] ἐξομολογουμένους, τῆς με-
κοινωνίας ἀπείργειν δεῖ [illegible] τὴν ἐκείνων ἐξομολόγησιν. εἰς δὲ
τὴν ἐκκλησίαν μὴ κωλύειν εἰσέρχεσθαι· μηδὲ τὰ κατ' αὐτοὺς θριαμβεύειν·
ἀλλ' ἐπιεικῶς τούτους νουθετεῖν τῇ μετανοίᾳ προσανέχειν καὶ προσευχῇ· καὶ
κζ οἰκονομεῖν τὰ προσήκοντα τούτοις ἐπιτίμια κατὰ τὴν ἑκάστου προαίρεσιν:
Μοιχοὶ καὶ κτηνοβάται καὶ ἀνδροφόνοι καὶ ἀνδρόφθοροι, ἐὰν οἰκειοθελῶς τὴν ἰδίαν
ἐξομολογήσωνται ἀνομίαν, ἀδήλου τοῖς πολλοῖς ἐπιτυγχανούσης, τῆς κοι-
νωνίας μὲν κωλύονται καὶ τὰ ἐπιτίμια δέχονται. εἰς τὴν ἐκκλησίαν [illegible]
ἵστανται μέχρι τῆς τῶν κατηχουμένων εὐχῆς. ἐὰν δὲ δῆλα τὰ τούτων ὦσι
πταίσματα, [illegible] κατὰ τὴν ἐκκλησίαν ἀκολούθως ἐκπληροῦται τὰ ἐπιτίμια:
κθ Ἐὰν ἐξομολογήσηται κοσμικὸς τὰ ἑαυτοῦ ἁμαρτήματα ἐκ προαιρέσεως, δύναται
λ ποιῆσαι οἰκονομίαν ὁ δεχόμενος: Κα[illegible] πρὸς [illegible] ποιεῖ
λα προεστηκὼς καὶ πρεσβύτερος: Οὐ χρὴ μεταδιδόναι τοῖς [illegible]
λβ ἢ συνεσθίειν τοῖς [illegible]: Δεῖ νηστεύειν τοὺς μοναχούς,
τετράδα καὶ παρασκευὴν τῆς τυροφάγου. καὶ μετὰ τὴν τῶν προηγιασμένων
ἀπόλυσιν, ἐσθίειν τυρὸν [illegible]· [illegible]
λγ [illegible] καὶ τῆς [illegible] αἱρέσεως: Εἴ τις πολλάκ


A.D. 1358/1359
s. Nicephori I patriarchae CP.* Canones
cod. Reginensis graec. 57 (fol. 484v)




A.D. 1359: exaravit Alexius sacerdos
s. Gregorii Nazianzeni orationes cum scholiis
cod. Vaticanus graec. 464 (fol. 68^{v} pars superior)



A.D. 1362: exaravit Georgius
Aristophanis Ranae cum scholiis Thomae Magistri
cod. Vaticanus graec. 918 (fol. 116^{v})




A.D. 1362: exaravit Petrus Telemachus
Meletii monachi de natura hominis
cod. Ottobonianus graec. 145 (fol. 13r)




A.D. 1363: exaravit Cosmas
Ioannis IV Ieiunatoris patriarchae CP.* Canonarium
cod. Ottobonianus graec. 160 (fol. 44ᵛ)




A.D. 1363: exaravit Robertus Brac(a) de Soleto terrae Hydruntinae
Hesiodi Opera et Dies cum scholiis Ioannis Tzetzae
cod. Ottobonianus graec. 210 (fol. 58ʳ)




A.D. 1364
Ioannis Actuarii opera medica
cod. Reginensis graec. 181 (fol. 5v)




A.D. 1364
Ioannis Actuarii opera medica
cod. Reginensis graec. 181 (fol. 44r)



A.D. 1364
Excerpta medica ex Hippocrate et Galeno
cod. Reginensis graec. 181 (fol. 291^{v})



A.D. 1370: exaravit Manuel Tzycandyles CPolitanus in castro Mystra ad Spartam sito
Ioannis VI Cantacuzeni (Ioasaph monachi) Epistulae ad Paulum patriarcham latinum CP. prooemium
cod. Vaticanus graec. 674 (fol. 165^{r})




A.D. 1371: exaravit Ignatius
s. Ioannis Chrysostomi homiliae in Ioannem
cod. Vaticanus graec. 541 (fol. 231r)



A.D. 1372: exaravit Manuel Tzycandyles CPolitanus et quidem in castro Mystra ad Spartam sito, ut videtur
Thucydidis Historiae
cod. Vaticanus graec. 127 (fol. 245^{v})



A.D. 1372: exaravit Marcianus hieromonachus et quidem in castro Mystra ad Spartam sito, ut videtur
Thucydidis Historiae
cod. Vaticanus graec. 127 (fol. 251ᵛ)




A.D. 1372/1373: exaravit Georgius Pul(o)pod(es) Tripocarides
Typicum s. Sabae et Marci hieromonachi Quaestiones in Typicum
cod. Palatinus graec. 101 (fol. 129r)


214

Ἔμελλε τολμήσειν ἐκβαλεῖν τὸ τοῦ Μωάμεθ ὄνομα ἀπὸ
τοῦ εὐαγγελίου εἴπερ εὑρίσκετο ἐν αὐτῷ γεγραμμένον·
τὸ μέν, ὅτι μίαν καὶ μόνην λέξιν ὁ τολμήσας προσθήσειν ἢ
ἐκβαλεῖν, οὐ δύναται πλέον ἐκεῖνος ὀνομάζεσθαι χριστι-
ανός· τὸ δέ, ὅτι εἴπερ καί τις κακῶς ὑποθώμεθα ἐξέβαλε
τινὰ λέξιν ἀπὸ τοῦ εὐαγγελίου, ὁ ἕτερος ἅπας κόσμος ἀ-
κολουθήσειν ἔμελλε τῷ τοῦ ἑνὸς ἀτοπήματι; πάντως
οὐχί. ἀπὸ γοῦν τούτου ἀναφαίνεται, ὅτι οὐκ ἦν γεγραμμέ-
νον τὸ τοῦ Μωάμεθ ὄνομα ἐν τῷ εὐαγγελίῳ. ἐπεὶ εἴπερ
εὑρίσκετο τὸ τοῦ Μωάμεθ ὄνομα ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, ἢ ὡς
καλὸν ἔμελλε μαρτυρῆσαι ὁ Χριστὸς ἐκεῖνον, ἢ ὡς κακόν. καὶ εἰ
μὲν ὡς καλόν, ἔμελλον ἐκδέχεσθαι πάντες οἱ βασιλεῖς
τῆς γῆς. πάντες οἱ τοπάρχαι. πάντες οἱ χριστιανοὶ τὸν παρὰ
τοῦ Χριστοῦ μαρτυρηθέντα, ἵνα λάβωσι τὴν ἀπὸ τούτου ὠ-
φέλειαν. εἰ δὲ ὡς κακόν, πάλιν ἔμελλον ἔχειν τὰ ἐκείνου
γνωρίσματα καὶ φυλάττεσθαι ἐξ αὐτοῦ, ἵνα μὴ βλαβῶσι·
καὶ εἴπερ ὡς ἐκδεχόμενοι τὸν καλόν, εἴτε ὡς ἀποστρεφόμενοι
τὸν κακόν, οὐδὲν ἔμελλεν ἐκβαλεῖν ἅπας ὁ κόσμος ἐκ τοῦ
εὐαγγελίου τὸ τοῦ Μωάμεθ ὄνομα. καὶ ἀπὸ τούτου ἀναφαί-
νεται, ὅτι οὐκ ἦν γεγραμμένον ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τὸ τούτου
ὄνομα. ἔτι οὐδείς ἐστιν ὁ φθονῶν ὡς ἑτέρῳ, πρὶν γεννη-
θῆναι αὐτοῦ. τίς γοῦν ἔμελλε φθονήσειν τῷ Μωάμεθ πρὸ τῆς αὐτοῦ
γεννήσεως; πάντως οὐδείς. εἰ δὲ ὡς ἐφθόνησεν αὐτῷ

A.D. 1373: exaravit Ioannes Pepagomenus [II] et quidem Constantinopoli, ut videtur
Ioannis VI Cantacuzeni (Ioasaph monachi) Apologiae contra Mahometem
cod. Vaticanus graec. 686 (fol. 214r)



A.D. 1373: exaravit Antonius sacerdos in Calabria
Lectiones Novi Testamenti
cod. Vaticanus graec. 1973 (fol. 49v–50r)



A.D. 1377/1378: exaratus in Calabria
Anonymi liber de arte metallica
cod. Vaticanus graec. 1134 (fol. 25v)

ἀνυμνούμενον τὸν ποιητὴν πάσης κτίσεως:
Νοῦς ὁ ἄναρχος τὸν λόγον ἀπορρήτως γεγέννηκε·
καὶ τὸ θεῖον πνεῦμα τὸ ἰσοσθενὲς ἐκπεπόρευκε·
διὰ τοῦτο τριαδικὸν ὁμοούσιον τὸν δεσπότην τῶν
ὅλων θεὸν καταγγέλλομεν:
Ὁ ὀπτανόμενος τοῖς πάλαι τυπικῶς προκατήγγελλε
τὴν ἐκ σοῦ παρθένε σάρκωσιν ὁ λόγος ἀλλ' ὕστερον
ἐπιφανεὶς τοῖς ἀποστόλοις κατ' ἀλήθειαν τρισυπόστατον
μίαν ἀρχὴν ἐφανέρωσεν: ᾠδὴ ε΄: Ἐξέστη τὰ σύμ(παντα)
Συνιέντες ἐκ πίστεως τῆς παντουργοῦ θεότητος μίαν
μὲν πρὸς τὴν οὐσίαν τρεῖς δ' ὑποστάσεις ζωαρχι-
κὰς συμφυεῖς ὑμνοῦμεν πατέρα καὶ υἱὸν καὶ πνεῦμα τὸ
ἅγιον συναΐδιον ὕπαρξιν:
Τὸ σέλας τρισήλιον τῆς οὐσιώδους αἴγλης καὶ λαμπρὸν
ἑνιαίας μιᾶς θεότητος ἀκτῖσι φύσεως καὶ φωτουργικῇ
τῇ ἡμῶν πάσης φωτοδότιδος αὐγῆς ἵνα κατοπτρί-
ζωμαι τὸ σὸν κάλλος τὸ ἄρρητον:
Ὡς μόνον ὑπάρχοντα δημιουργὸν τοῦ σύμπαντος
καὶ σωστικὸν καὶ κυβερνήτην πανσόφως ὄντως
καὶ τῆς ζωῆς χορηγὸν κατανοούμενα οἱ σοὶ
διὰ τὰ τρισήλια τοῦ ὑμνοῦντα σε φρούρησον:
Θεῶσαι βουλόμενος τὸν πρὶν φθαρέντα ἄνθρωπον
ὁ δι' ἀγαθότητα παρθένε πλάσας καὶ δείξας εἰ-
κόνα θείας μορφῆς ἄνθρωπος ἐγένετο ἐκ σοῦ καὶ μίαν
τρισάριθμον θεαρχίαν κατήγγειλεν:
ᾠδὴ ς΄: Ἐβόησε προτυπῶν τὴν
Ἐνέφηνεν ὁ ὑπερέκλαλος τὴν υἱότητα καὶ τὸ πνεῦμα
ὁ χωρὶς ἀπαθῶς ἐκπορευόμενον διὰ τοῦτο μίαν καὶ
τριττὴν θεαρχίαν δοξάζομεν:
Ὡς εἶδος τρισαγίοις φωναῖς ἀνυμνούμενον Ἡσαΐας

A.D. 1378/1379
Metrophanis metropolitae Smyrnaei canon liturgicus
cod. Vaticanus graec. 786 (fol. 306v)

καίπερ ἀθῶος ὤν, τῆς ὑ-
μῶν ἕνεκεν ὁμονοίας·
θρόνου ἐξώσατε· πόλεως
ἀπηλάσατε· μόνον τὴν
ἀλήθειαν καὶ τὴν εἰρήνην
ὡς ὁ ζαχαρίας φησὶν ἀ-
γαπήσατε· ἔρρωσθε ἱε-
ροὶ ποιμένες· καὶ τῶν ἐ-
μῶν μνημονεύοντες πό-
νων μὴ ἀπολήξητε·
Ταῦτα εἰπόντος, αἰδώς
τις αὐτοῖς εἰσῆλθε τοῖς εἰρη-
μένοις κατανυγέντας·
ὁ μὲν οὖν ἐπὶ τὴν καππα-
δοκῶν βαδιούμενος ἐ-
ξῄει τοῦ συλλόγου συμμι-
γῆς χαρᾶς τε καὶ κατηφείας·
τὸ μὲν, ὅτι τῶν πόνων ἀ-
νάπαυλαν εὕρατο· τὸ
δὲ, τοῦ ποιμνίου χάριν
ὅπως αὐτὸ καταλείψει·
ἐλθὼν δὲ εἰς τὰ βασίλεια,
ᾔτει χάριν τὸν αὐτοκρά-
τορα τοιάδε εἰπὼν πρό-

τερον· σὺ μὲν ὦ βασι-
λεῦ, ὧν τὴν ἐκκλησίαν
εὐεργέτησας, ἀντιμετρή-
σαι σοι Χριστὸς ἐν ἡμέρᾳ ἀντ-
αποδόσεως· ἣν δὲ νῦν αἰ-
τῶ χάριν ὦ κράτιστε, δοῦ-
ναι μὴ κατοκνήσῃς· οὐ
περὶ χρημάτων ἱκετεύω·
οὐδὲ ποθῶ πολυτελῆ θυ-
σιαστηρίων σκεπάσματα·
οὐ συγγενῶν ἀρχάς· ἀλλ'
ἱκετεύω τῶν πόνων ἀνε-
θῆναι· ληγέτω καὶ φθό-
νος· εἰρηνευέτωσαν οἱ
ἐπίσκοποι· σοὶ τοῦτο
μᾶλλον σπουδαζόντως·
παῦσον τῶν ἱερέων τὸν
πόλεμον, ὡς ἔστησας βαρ-
βάρων τὸ θράσος· τὰ μέ-
γιστα τρόπαια τοῦ σοῦ κρά-
τους, ἐν κόσμῳ σὺν τῇ σῇ
εὐφημίᾳ τῶν ἐπισκόπων·
ταύτην ἐγὼ δωρεὰν αἰ-
τοῦμαι· ταύτην τελ...

297

A.D. 1381/1382
Symeonis Metaphrastae Menologium
cod. Vaticanus graec. 453 (fol. 297r)




A.D. 1382: exaravit Eleutherius Eleus in Euboea
Ioseph Rhacendytae (vel Ioseph Philosophi) Synopsis rhetorices
cod. Vaticanus graec. 899 (fol. 114v)

θαύματα πρὸς πλείους εἰς Χριστὸν πιστοὺς με-
ταγαγεῖν· ἐπεὶ δὲ τοῦ βασιλέως
Δεκίου, ὃς Φίλιππον διεδέξα-
το τὸν κρατήσαντα μετὰ Γορδι-
ανόν, διεβλήθη Ἀκυλίνῳ τῷ ἐ-
πάρχῳ τῆς ἀνατολῆς ὅτι μὴ λα-
τρεύειν τοῖς δαίμοσιν, ἀχθεὶς πρὸς
αὐτὸν ἐν Νικαίᾳ· καὶ ὁμολογήσας
τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα, πρῶτον ἀνα-
[illegible] ξύλῳ· εἶτα ἵπποις δεσμεῖται
καὶ ἐλαύνεται ὥρᾳ χειμῶνος κα-
τὰ δυσβάτων καὶ ἀπροόδων χω-
ρίων· καὶ μετὰ τοῦτο γυμνὸς σώ-
μα σιδηρῶν ἥλων ἐμπείρεται· εἶτα
δὲ μαστιχθεὶς καὶ λαμπάσι πυρὸς
τὰς πλευρὰς ἐκκαεὶς, τὴν διὰ ξί-
φους ἀπόφασιν δέχεται· ἣν προ-
φθάσας, τῷ θεῷ τὸ πνεῦμα παρέθετο·
τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ σύναξις ἐν
τῷ μαρτυρείῳ αὐτοῦ τῷ ὄντι ἐν τῷ
τοῦ [illegible] Ἰωάννου τοῦ
Θεολόγου· πλησίον τῆς ἁγιωτάτης
μεγάλης ἐκκλησίας:~ μνήμη τοῦ
ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Πέτρου τοῦ ἐν
Οὗτος πατρίδα ἔλαχε [illegible] Γαλατίᾳ:
τοῖς πρὸς τὴν Ἄγκυραν τραφείς·
ἐν ἑπτὰ μὲν ἔτεσι τοῖς γονεῦσι συ-
νῆν· ἔπειτα δὲ ἱστορίας ἕνεκα
τὰ Ἱεροσόλυμα καταλαμβάνει·
ἐκεῖθεν δὲ Ἀντιόχειαν παραγί-
νεται· καὶ τάφον εὑρὼν ἐν αὐτῷ
ἔσω θύραν οὐκ ἔχοντα καὶ δρύφα-
κτον προβεβλημένον, διοῦ τοὺς
δήμους τὰς ἐδέχετο, δι' ἡμερῶν δύο

ἄρτου βραχέος καὶ ὕδατος γευό-
μενος μετρίου· ἰάσατο δὲ πρῶτον
διὰ προσευχῆς τινά, οὐκ ὠσίως οἰ-
κον ἐποιήσατο· ἀλλὰ καὶ τὴν μητέρα
τοῦ μακαρίου Θεοδωρήτου τοῦ ἐπισκό-
που Κύρου ἔβλαβε [illegible] οὖσαν
καὶ θεραπεύσας τὸν ὀφθαλμὸν ἰάσα-
το· καὶ [illegible] τινὰ δαι-
μονος ὀχλούμενον ἐθεράπευσεν·
καὶ ἕτερον ἀγροικὸν τοῦ αὐτοῦ ἠλευ-
θέρωσε πάθους· καὶ τὸν στρατηγὸν
τῆς πόλεως, παρθένον τινὰ βι-
άσασθαι βουλόμενον, τῆς ἀχει-
ρίας διεκώλυσε πηρώσας τοὺς
ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ· καὶ τὴν προρρη-
θεῖσαν μητέρα τοῦ Θεοδωρήτου δὲ
τοκετὸν καὶ κινδυνεύουσαν τοῦ
θανάτου ἐλυτρώσατο· ὡς ἐνενήκον-
τα ὅσιος καὶ δέκα χρόνους θεαρέστως
βιώσας, ἐν εἰρήνῃ τῷ κυρίῳ παρέθε-
το τὴν ψυχήν· τὰ τῶν πόνων ἔ-
παθλα κομισάμενος:~ μνήμη
τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Βενδιμιανοῦ:
Βενδιμιανὸς δένδρον ἀρετῆς μέγιστον
φυτευθὲν εἰς γῆν καὶ μεταχθὲν εἰς
Οὗτος μαθητὴς γέγονε πόλον:·
τοῦ ἁγίου Αὐξεντίου· καὶ μετὰ τὴν
αὐτοῦ τελευτήν, ἀσπασάμενος τὸν
τρόπον τοῦ διδασκάλου, ἐν ᾗ κατεσκεύασεν
οἰκίσκον τινὰ σμικρὸν τάφον· καὶ
ἐν αὐτῷ ἐπὶ δύο καὶ τεσσαράκοντα
χρόνους διαβιούς· ἐν τῷ μέλ-
λειν πρὸς κύριον ἐκδημεῖν τὸ γόνυ
προσερείσας τῇ γῇ, τὸ πνεῦμα παρέ-
θετο τῷ θεῷ:~

A.D. 1382
Menaea
cod. Vaticanus graec. 1515 (fol. 172v)




A.D. 1383: exaravit Macarius patriarcha CPolitanus
s. Athanasii Magni* Quaestiones ad Antiochum ducem
cod. Vaticanus graec. 402 (fol. 223^{v})

βιωτικοῖς, ὁ μὲν νέος
χρήσιμος· ὁ δὲ γεγηρακὼς
ἄχρηστος· οὐδὲ ἐν τοῖς ἐμοῖς
φησὶν, οὕτως· ἀλλ᾽ ὅ-
ταν ἐπέλθῃ τὸ γῆρας,
τότε καὶ ἀρετὴ λαμπροτέ-
ρα· τότε καὶ ἀνδρεία
περιφανεστέρα· οὐδὲν
ἀπὸ τῆς ἡλικίας κωλυο-
μένη. Ταῦτα δὲ ἔλεγεν,
οὐ κατάπληξιν ποιούμενος
αὐτοῦ· ἀλλὰ διεγείρων·
ᾔδει γὰρ αὐτοῦ τὸν πόθον,
καὶ ὅτι τοῦτο πάλαι ὠ-
δίνει τὸ καλόν· ὁμοῦ δὲ,
καὶ τὸν τρόπον δηλοῖ τοῦ
θανάτου· ἐπειδὴ γὰρ ὁ
Πέτρος διὰ παντὸς ἐβού-
λετο εἶναι ἐν τοῖς ὑπὲρ
αὐτοῦ κινδύνοις, θάρρει
φησίν· οὕτω γὰρ ἐμπλή-
σω σου τὴν ἐπιθυμίαν,
ὥστε ἅπερ οὐκ ἔπαθες
νέος ὤν, ταῦτά σε δεῖ
παθεῖν γεγηρακότα· εἶτα

253

ἐγείρων τὸν ἀκροατήν
ὁ δ᾽ [illegible] τῆς ἐπὶ γῆρ·
ταῦτα δὲ ἔλεγε, σημαίνων
ποίῳ θανάτῳ δοξάσει
τὸν θεόν· οὐκ εἶπεν ἀποθα-
νεῖται, ἀλλὰ δοξάσει τὸν
θεόν· ἵνα μάθῃς ὅτι τὸ
παθεῖν ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ, δόξα
τοῦ πάσχοντος καὶ τιμή.
Καὶ ταῦτα εἰπών φησί,
λέγει αὐτῷ· ἀκολούθει μοι.
ἐντεῦθεν πάλιν τὸ κηδε-
μονικὸν αἰνίττεται, καὶ
τὸ σφόδρα πρὸς αὐτὸν
οἰκείως διακεῖσθαι. εἰ δὲ
λέγει τις· πῶς οὖν ὁ
Ἰάκωβος τὸν θρόνον ἔλα-
βε τῶν Ἱεροσολύμων,
ἐκεῖνο ἂν εἴποιμι· ὅτι
τοῦτον τῆς οἰκουμένης
ἐχειροτόνησε διδάσκαλον.
στραφεὶς οὖν ὁ Πέτρος,
βλέπει τὸν μαθητὴν ὃν
ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς ἀκολουθοῦντα·
ὃς καὶ ἀνέπεσεν ἐν τῷ

A.D. 1387
s. Ioannis Chrysostomi homiliae in Ioannem
cod. Vaticanus graec. 716 (fol. 253r)



pagina partim A.D. 1281/1282, partim A.D. 1389 exarata
Subscriptio scribae (lin. 1–5) A.D. 1281/1282; Notitia de terrae motu (lin. 6–23) A.D. 1389
cod. Ottobonianus graec. 381 (fol. 335v)

[illegible]

τὸ βλέφαρον:— περὶ ἐμφυσήματος ὀφθαλμῶν. ἐκ τῶν Δημοσθένους:— 16

Ἐμφυσᾶσθαι τὸν ὀφθαλμὸν λέγουσιν, ὅταν χωρὶς φλεγμονῆς αἱ περὶ τὸν ὀφθαλμὸν [illegible]


[illegible]

καὶ [illegible] μάλιστα χημώσεις:— περὶ οἰδημάτων ἐν ὀφθαλμοῖς: 17


Οἰδοῦσι τὸν ὀφθαλμὸν [illegible] ὅταν συμβῇ ἐπαρθῆναι τὸ βλέφαρον ἔξωθεν καὶ [illegible]

[illegible]

A.D. 1389
Aëtii Amideni Libri medicinales
cod. Vaticanus graec. 298 (fol. 219r)




A.D. 1389: exaravit Michaël sacerdos nomophylax
Homiliarium
cod. Vaticanus graec. 1587 (fol. 149ᵛ)




A.D. 1393: exaravit Eleutherius Eleus in insula Rhodo
Menandri rhetoris de genere demonstrativo
cod. Vaticanus graec. 899 (fol. 52r)

καὶ ἁμαρτιῶν· δεσμίων ἐν ἀχθηδόνι· καὶ
ἀπολυομένων ἐν δυναστείᾳ· ὁ τὰ παρόντα
χρησίμως οἰκονομῶν· καὶ τὰ μέλλοντα
λυσιτελῶς διοικῶν· ὁ τοὺς θανάτου
κέντρῳ πεπληγότας· ἀναστάσεως
εὐφραίνων ἐλπίσιν· αὐτὸς δέσποτα
τῶν ἁπάντων· ἰησοῦ ὁ σωτὴρ ἡμῶν· ἡ ἐλπὶς
πάντων τῶν περάτων τῆς γῆς
καὶ τῶν ἐν θαλάσσῃ μακράν· ὁ καὶ
ἐν ταύτῃ τῇ ἐσχάτῃ καὶ μεγάλῃ καὶ
σωτηρίῳ ἡμέρᾳ τῆς πεντηκοστῆς·
τὸ μυστήριον τῆς ἁγίας καὶ ὁμο-
ουσίου· καὶ συναϊδίου· καὶ ἀδιαι-
ρέτου· καὶ ἀσυγχύτου τριάδος ὑποδεί-
ξας ἡμῖν· καὶ τὴν ἐπιφοίτησιν καὶ
παρουσίαν τοῦ ἁγίου καὶ ζωο-
ποιοῦ σου πνεύματος ἐν εἴδει πυρίνων
γλωσσῶν· ἐπὶ τοὺς ἁγίους σου ἀ-
ποστόλους ἐκχέας· καὶ εὐαγγελιστὰς
αὐτοὺς θέμενος τῆς εὐσεβοῦς πίστεως·
καὶ ὁμολογητὰς καὶ κήρυκας τῆς
ἀληθοῦς ἀναδείξας θεολογίας· ὁ καὶ
ἐν ταύτῃ τῇ παντελεῖ καὶ σωτηρίῳ ἑορτῇ καὶ


A.D. 1394: exaravit Ioasaph monachus Constantinopoli in monasterio τῶν Ὁδηγῶν
Officium genuflexionis pro vesperis s. Pentecostes
cod. Chisianus R V 29 (graec. 23; fol. 243v)




a) cod. Vaticanus graec. 1694 (fol. 75ᵛ–76ʳ): codicem subscripsit Michaël Gazes A.D. 1203




b) cod. Vaticanus graec. 772 (fol. 115ᵛ): subscripsit Martinus sacerdos A.D. 1220/1221




cod. Vaticanus graec. 1296 (fol. 551r): subscripsit Matthaeus A.D. 1205




cod. Vaticanus graec. 2281 (rotuli faciei aversae extrema pars): subscripsit Ioannes filius Christoduli A.D. 1209




a) cod. Vaticanus graec. 103 (fol. 208^{v}): subscripsit Demetrius A.D. 1226




b) cod. Vaticanus graec. 648 (fol. 1^{v}): cryptographice adnotavit scriba Symeon Corax (A.D. 1232)




c) cod. Vaticanus graec. 648 (fol. 338^{r}): subscripsit Symeon-Sabas Corax Rhodius A.D. 1232




d) cod. Vaticanus graec. 731 (fol. 93^{r}): subscriptus est A.D. 1234/1235




a) cod. Barberinianus graec. 297 (fol. 58^v): subscripsit Ioannes Neretinus A.D. 1236




b) cod. Barberinianus graec. 515 (fol. 96^v): subscriptus A.D. 1244




c) cod. Vaticanus graec. 105 (fol. 418^r–418^v): subscripsit Thomas monachus A.D. 1244–1254




cod. Vaticanus graec. 106 (fol. 257r): subscriptus A.D. 1251




a) cod. Vaticanus graec. 10 (fol. 301ʳ): subscripsit Georgius Timiostaurites A.D. 1253




b) cod. Reginensis graec. 63 (fol. 140ᵛ): subscripsit Barlaam monachus in monte Galesio A.D. 1259/1260




c) cod. Vaticanus graec. 64 (fol. 289ᵛ): subscriptus A.D. 1269/1270




cod. Vaticanus graec. 867 (fol. 187^r–187^v): subscriptus A.D. 1258/1259




a) cod. Vaticanus graec. 465 (fol. 385ᵛ): subscripsit Georgius Mammyres A.D. 1270




b) cod. Vaticanus graec. 2153 (fol. 383ᵛ): subscripsit Gregorius hieromonachus A.D. 1273




c) cod. Borgianus graec. 18 (fol. 444ᵛ): subscripsit Ioannes Theotocites A.D. 1273




a) cod. Barberinianus graec. 455 (fol. 145r): subscripsit Basilius sacerdos Calaber A.D. 1276




b) cod. Vaticanus graec. 690 (fol. 260r): subscripsit Nicolaus Mesarites A.D. 1279




c) cod. Vaticanus graec. 1899 (fol. 9r): praescripsit Theodora Palaeologina Rhaulaena A.D. 1261–1282




ἐτελειώθη τὸ παρὸν θεῖον καὶ ἱερ(ὸν)
[illegible] μη(νὶ) [illegible] εἰς τὴν [illegible] παρα-
κλήσει τοῦ [illegible] ἡμῶν κυροῦ Θεοφυ-
λάκτου ἀρχιεπισκόπου Βουλγαρίας,
διὰ χειρὸς ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ τάχα
δὴ καὶ καλλιγράφου καὶ κατὰ [illegible]
ἀναξίως [illegible] Θεοδώρου τοῦ Ἁγιοπε-
τρίτου· διὰ συνδρομῆς δὲ καὶ πόθου
πολλοῦ τοῦ τιμιωτάτου πρ(ωτο)ν(οταρίου) ἡμῶν
κυροῦ Κυρίλλου τοῦ Καταμάγκη·
καὶ οἱ τοῦτο ἀναγινώσκοντες, εὔχεσθε
ὑπὲρ τοῦ πόθῳ πολλῷ κτη-
σαμένου· κἀμοὶ δὲ τῷ γράψαντι
λύσιν πολλῶν ἁμαρτημάτων:—







cod. Vaticanus graec. 644 (folii 348^{v} partes): subscripsit Theodorus Hagiopetrites A.D 1279/1280




a) cod. Vaticanus graec. 770 (fol. 106r): subscripsit Macarius Rheginus A.D. 1279/1280




b) cod. Reginensis graec. 31 (fol. 126r): subscripsit Michaël Argyrus A.D. 1281/1282




a) cod. Vaticanus graec. 2383 (fol. 94ᵛ): subscriptus A.D. 1287




b) cod. Vaticanus graec. 1081 (fol. 221ᵛ): subscripsit Theodoretus hieromonachus A.D. 1287/1288




c) cod. Vaticanus graec. 641 (fol. 302ᵛ): scribae Gerasimi monachi invocatio (A.D. 1286)




d) cod. Vaticanus graec. 641 (fol. 466ʳ): subscripsit Gerasimus monachus (A.D. 1286)




cod. Vaticanus graec. 641 (fol. 466v): subscripsit Gerasimus monachus A.D. 1286




a) cod. Ottobonianus graec. 214 (fol. 219ᵛ): subscripsit Nicolaus Perdicares A.D. 1290




b) cod. Barberinianus graec. 102 (fol. 148ᵛ): subscripsit Nicolaus Hagiopetrites A.D. 1290/1291




c) cod. Vaticanus graec. 734 (fol. 282ᵛ): subscripsit Barnabas monachus A.D. 1290/1291




a) cod. Vaticanus graec. 1070 (fol. 199ᵛ): subscripsit Romanus abbas in Calabria A.D. 1291




b) cod. Barberinianus graec. 541 (fol. 213ʳ): subscripsit Romanus abbas in Calabria A.D. 1291/1292




a) cod. Ottobonianus graec. 252 (fol. 201r): subscripsit Georgius Capalytes A.D. 1291/1292




b) cod. Ottobonianus graec. 252 (fol. 224v): subscripsit Georgius Capalytes A.D. 1291/1292




c) cod. Vaticanus graec. 29 (fol. 484v): subscripsit Paisius A.D. 1291/1292







cod. Vaticanus graec. 1877 (fol. 177ʳ–177ᵛ):
subscripsit Paulus Corinthius Siculus A.D. 1292 (potius quam 1291)




a) cod. Vaticanus graec. 1755 (fol. 317ᵛ): subscripsit Constantinus sacerdos A.D. 1294




b) cod. Barberinianus graec. 164 (fol. 255ʳ): subscripsit Alexius --- A.D. 1294




a) cod. Barberinianus graec. 39 (fol. 76ᵛ): subscripsit Barnabas A.D. 1294/1295




b) cod. Vaticanus graec. 1455 (fol. 176ʳ): subscripsit Ioannes Hieraces A.D. 1299




a) cod. Vaticanus graec. 191 (fol. 170r lin. 1–3): adnotatio astronomica de longitudine solis invenienda scripta A.D. 1298




b) cod. Vaticanus graec. 191 (fol. 108r lin. 1–3): adnotatio astronomica de longitudine solis invenienda scripta A.D. 1302




c) cod. Vaticanus graec. 191 (fol. 1r): adnotatio de annis secundum aeram Seleucidarum computandis scripta A.D. 1302/1303




cod. Vaticanus graec. 2563 (fol. 201r): subscriptus A.D. 1297




cod. Vaticanus graec. 863 (fol. 209ᵛ): subscripsit Manuel A.D. 1301




cod. Ottobonianus graec. 426 (fol. 77ᵛ pars dimidia superior): subscripsit Symon A.D. 1299/1300




cod. Ottobonianus graec. 426 (fol. 77v pars dimidia inferior): subscripsit Symon A.D. 1299/1300




a) cod. Borgianus graec. 9 (fol. 153ᵛ): subscripsit Andreas anagnostes A.D. 1300




b) cod. Vaticanus graec. 1743 (fol. 15ᵛ): scribae Basilii invocatio (A.D. 1301)



c) cod. Vaticanus graec. 1743 (fol. 112ʳ): subscripsit (Basilius) A.D. 1301




a) cod. Barberinianus graec. 161 (fol. 246ᵛ): subscripsit Manuel Argyronetes A.D. 1304




b) cod. Vaticanus graec. 2220 (fol. 97ʳ): subscriptus A.D. 1304/1305




c) cod. Vaticanus graec. 668 (fol. 374ʳ): subscripsit Niphon monachus A.D. 1305/1306




d) cod. Vaticanus graec. 626 (fol. 116ʳ): subscriptus A.D. 1306/1307




e) cod. Vaticanus graec. 7 (fol. 356ᵛ): subscriptus A.D. 1310




a) cod. Vaticanus graec. 455 (fol. 290v): subscriptus A.D. 1311/1312 aut 1316/1317




b) cod. Vaticanus graec. 256 (fol. 218r): subscriptus A.D. 1311/1312 — 1320/1321




c) cod. Urbinas graec. 126 (fol. 359r): subscriptus A.D. 1315/1316




d) cod. Vaticanus graec. 932 (fol. 377r): subscripsit Ioannes Pepagomenus [I] A.D. 1319




cod. Vaticanus graec. 509 (fol. 159ʳ): subscriptus A.D. 1313




cod. Vaticanus graec. 784 (fol. 160v–161r): subscripsit Nilus hieromonachus in Russia A.D. 1316/1317







cod. Vaticanus graec. 1562 (fol. 140r–140v): subscripsit Nephon monachus Cryptoferratensis A.D. 1318




a) cod. Palatinus graec. 367 (fol. 172ʳ margo dexter): codicis scribae Cyprii adnotationes de agnatis mortuis A.D. 1318–1320




b) cod. Palatinus graec. 367 (fol. 99ᵛ): exemplum instrumenti mense Novembri A.D. 1317 completi transcriptum a codicis scriba Cyprio paulo post Novembrem A.D. 1317




c) cod. Palatinus graec. 367 (fol. 172ᵛ): codicis scribae Cyprii adnotatio de nuru (aut fratria) mortua A.D. 1319




d) cod. Vaticanus graec. 175 (fol. 158ᵛ): subscripsit Ioannes Catrares A.D. 1321/1322




e) cod. Vaticanus graec. 38 (fol. 285ᵛ): subscriptus A.D. 1322




a) cod. Vaticanus graec. 980 (fol. 308ᵛ): subscriptus A.D. 1322/1323




b) cod. Palatinus graec. 120 (fol. 184ᵛ): litteris arcanis subscripsit Stephanus sacerdos A.D. 1322/1323




c) cod. Barberinianus graec. 503 (fol. 265ʳ): subscripsit Ioannes Pepagomenus [III] A.D. 1323/1324




d) cod. Vaticanus graec. 605 (fol. 280ᵛ): subscriptus A.D. 1326/1327




e) cod. Vaticanus graec. 542 (fol. 369ʳ): subscriptus A.D. 1330/1331




a) cod. Vaticanus graec. 1566 (fol. 220r): subscripsit Cyrillus monachus A.D. 1329




b) cod. Vaticanus graec. 2205 (fol. 276v): adnotavit scriba Georgius anagnostes (A.D. 1330/1331)




c) cod. Vaticanus graec. 2205 (fol. 381r): subscripsit (Georgius anagnostes) A.D. 1330/1331




d) cod. Vaticanus graec. 735 (fol. 190r): subscriptus A.D. 1331




a) cod. Palatinus graec. 7 (fol. 197ʳ): subscripsit Georgius Chrysococces [I] A.D. 1335/1336




b) cod. Reginensis graec. 22 (fol. 216ᵛ): subscripsit Agathon monachus A.D. 1336/1337




c) cod. Reginensis graec. 42 (fol. 281ᵛ): subscripsit Nicolaus Calibardus A.D. 1339




a) cod. Vaticanus graec. 920 (fol. 221ᵛ): subscriptus A.D. 1340




b) cod. Vaticanus graec. 695 (fol. 134ᵛ):
textum latinum subscripsit Manuel Bestarches A.D. 1341




c) cod. Vaticanus graec. 195 (fol. 84ᵛ): subscriptus A.D. 1341/1342




a) cod. Vaticanus graec. 216 (fol. 232ᵛ): subscriptus A.D. 1342




b) cod. Vaticanus graec. 22 (fol. 249ʳ): subscriptus A.D. 1342/1343




c) cod. Vaticanus graec. 507 (fol. 319ᵛ): subscripsit Demetrius Canisces Cabasilas A.D. 1344




d) cod. Vaticanus graec. 1118 (fol. 94ʳ): subscriptus A.D. 1347




e) cod. Vaticanus graec. 984 (fol. 344ᵛ): subscriptus A.D. 1354



cod. Vaticanus graec. 569 (fol. 340ʳ):
subscripsit Nicolaus Urri in Cypro A.D. 1348–1352




a) cod. Vaticanus graec. 616 (fol. 313ᵛ): brevi post A.D. 1354 (potius quam post 1355) adnotatio latina a Demetrio Cydonio, ut videtur, scripta




b) cod. Vaticanus graec. 616 (fol. 315ᵛ): ut videtur, brevi post A.D. 1354 subscriptio a Manuele Tzycandyle scripta, qui tamen hunc codicem non exaravit




c) cod. Ottobonianus graec. 195 (fol. 183ʳ): subscriptus A.D. 1357




d) cod. Reginensis graec. 57 (fol. 479ʳ): subscriptus A.D. 1358/1359




a) cod. Vaticanus graec. 464 (fol. 166ᵛ): subscripsit Alexius sacerdos A.D. 1359




b) cod. Vaticanus graec. 918 (fol. 1ʳ): scribae Georgii invocatio (A.D. 1362)




c) cod. Vaticanus graec. 918 (fol. 158ʳ): subscripsit (Georgius) A.D. 1362




a) cod. Ottobonianus graec. 145 (fol. 80ᵛ): subscripsit Petrus Telemachus A.D. 1362




b) cod. Ottobonianus graec. 160 (fol. 172ᵛ): subscripsit Cosmas A.D. 1363




a) cod. Ottobonianus graec. 210 (fol. 64^r^): subscripsit Robertus Brac(a) de Soleto A.D. 1363




b) cod. Reginensis graec. 181 (fol. 324^r^): subscriptus A.D. 1364




c) cod. Vaticanus graec. 674 (fol. 225^v^): codicis a Manuele Tzycandyle in castro Mystra exarati A.D. 1370 subscriptio a quodam, ut videtur, amanuensi Tzycandylis scripta




d) cod. Palatinus graec. 101 (fol. 194^r^): subscripsit Georgius Pul(o)pod(es) Tripocarides A.D. 1372/1373




a) cod. Vaticanus graec. 541 (fol. 338ᵛ): subscripsit Ignatius A.D. 1371




b) cod. Vaticanus graec. 127 (fol. 306ᵛ):
subscripsit Marcianus hieromonachus (in castro Mystra) A.D. 1372




a) cod. Vaticanus graec. 686 (fol. 285ᵛ): subscripsit Ioannes Pepagomenus [II] A.D. 1373




b) cod. Vaticanus graec. 1973 (fol. 57ᵛ): subscripsit Antonius sacerdos in Calabria A.D. 1373




c) cod. Vaticanus graec. 1134 (fol. 110ᵛ): subscriptus in Calabria A.D. 1377/1378




a) cod. Vaticanus graec. 786 (fol. 313ʳ): subscriptus A.D. 1378/1379




b) cod. Vaticanus graec. 453 (fol. 384ᵛ): subscriptus A.D. 1381/1382




c) cod. Vaticanus graec. 899 (fol. 118ʳ): subscripsit Eleutherius Eleus in Euboea A.D. 1382




d) cod. Vaticanus graec. 899 (fol. 60ᵛ): subscripsit Eleutherius Eleus in insula Rhodo A.D. 1393




a) cod. Vaticanus graec. 1515 (fol. 275ʳ): subscriptus A.D. 1382



b) cod. Vaticanus graec. 402 (fol. 2ᵛ): adnotatio Macarii patriarchae CP. scripturam suam esse indicantis (A.D. 1383)




c) cod. Vaticanus graec. 402 (fol. 232ʳ): subscripsit (Macarius patriarcha CP.) A.D. 1383




d) cod. Vaticanus graec. 716 (fol. 316ʳ): subscriptus A.D. 1387




a) cod. Vaticanus graec. 298 (fol. 296ʳ summa pagina): nota parti codicis praescripta A.D. 1385




b) cod. Vaticanus graec. 298 (fol. 590ᵛ): partim subscriptus A.D. 1387



c) cod. Vaticanus graec. 298 (fol. 294ᵛ): partim subscriptus A.D. 1389



d) cod. Vaticanus graec. 1587 (fol. 372ᵛ): subscripsit Michaël sacerdos nomophylax A.D. 1389



e) cod. Chisianus R V 29 (graec. 23; fol. 247ᵛ):
subscripsit Ioasaph monachus monasterii CP. τῶν Ὁδηγῶν A.D. 1394

TABULAS PUBLICA OFFICINA POLYGRAPHICA CONFECIT ROMAE
MCMLXIV